This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
1584
Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

1584

Phil. 59

Philos. 59

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON PHILOSOPHICUM,

SIVE

INDEX

LATINORUM VERBORUM

Deſcriptionumque ad Philoſophos & Dialecticos maximè pertinentium, in duas Partes diſtributus.

In primâ Parte Materia Philoſophica, ut à *Cicerone* tractata eſt, ſervato rerum ordine, continetur.

In alterâ verò quæ Vocabula à Scholaſticis, ut ajunt, novata ſunt, aut barbarè & horridè uſurpata, ab uſitatis & Latinis Vocibus, ordine literarum A. B. C. diligentiſſimè ſecernuntur.

AUCTORE PLEXIACO.



HAGÆ-COMITIS,
Apud HENRICUM DU SAUZET.
CIƆ IƆCC XVI.

Digitized by Google

AD
LECTOREM
PRÆFATIO.

Miratus ſæpè ſum quid cauſæ eſſet cur, cùm nihil ferè, quod ad Philoſophiam ſpectet, non à Cicerone ita tractatum ſit, ut ad perfectam rerum notitiam mira ſermonis elegantia, verborumque vis ac proprietas accederet, tanta nihilominùs in noſtras hodie Scholas barbaries irrepſiſſet. Neque verò rem propiùs intuenti, mecumque reputanti quâ poſſimùm ratione graſſantem in dies peſtem illam coercere ac depellere poſſem, facile mihi & præſens remedium occurrebat. Et ſi enim ſuppetit nobis numeroſa Lexicorum copia, nullum tamen, quod ſciam, ita digeſtum eſt, ut barbara vocabula Latinè efferat. Teritur omnium manibus *Theſaurus* ille vocum omnium Latinarum à Roberto Stephano concinnatus: ſunt & alia multa Latinæ Linguæ Promptuaria, quæ voces tum Latinas tum barbaras complectuntur: ſed illorum ope nemo unquam aſſequetur, ut quod barbarè & minùs Latinè dicitur, id propriâ & à Veteribus uſurpatâ voce ſuppleat.

Rem igitur omnibus cùm gratiſſimam tùm utiliſſimam

 factu-

factum eſſe me duxi, ſi aſſiduâ Ciceronis librorumque inprimis ab eo de Philoſophia conſcriptorum lectione, eas voces ſeligerem, quibus ille quidquid ad Dialecticam pertinet elegantiſſimè expreſſit.

Atque, in illo quidem Oratore ſimul ac Philoſopho perlegendo, tam multa mihi non præclara modò, ſed penè divina viſa ſunt, ut ea variis in locis diſperſa in unum veluti corpus, ordinemque, quoad licuit, abſolutiſſimum digerere non dubitaverim.

Hæc prior Pars hujus Operis, in qua materia ferè omnis Philoſophica, Genus, Species, Cauſarum differentiæ, Finis, &c. ſub uno quaſi intuitu, quemadmodùm à Cicerone tractata eſt, conſpicitur.

In alterâ verò Parte barbaras quaſque voces locutioneſque ſpurio, ut ajunt, ſeu Italico charactere & aſteriſco ſic annotavimus, ut earum locum ſubeant Latina Vocabula ex adverſo poſita, è Cicerone potiſſimùm, Livio, Cæſare, Tacito, Plinio, Terentio, Horatio, Virgilio, Ovidio, Catullo, Martiale, aliiſque probatiſſimis Scriptoribus deprompta. Quæcunque autem dictiones genuino ſeu Romano charactere donatæ ſunt, eas Auctore aliquo, quiſquis tandem ille fuerit, niti comperies. Ac, ne tibi fucum facere videremur, ubi vox aliqua à Scriptore non prioris illius ſed medii vel infimi ævi uſurpata eſt, illius nomen huic voci appoſuimus, ut ſua cuique Vocabulo conſtet auctoritas. Illud

lud porrò tibi maximè probatum iri exiſtimo, quòd ubique dictionem minùs Latinam excipiant aliæ ab optimis quibuſque Scriptoribus excerptæ. Quæ ſynonymarum Vocum varietas ac copia non niſi incredibilem afferre poteſt dicendi ubertatem.

Hæc ſunt, Candide Lector, quæ te monitum volui. Supereſt nunc te ut rogem obſecremque æquum te huic noſtro labori judicem præbeas; cui tu ſi favebis, ad majora nos in dies excitabis. Vale.

APPROBATIO.

Illuſtriſſimi Galliarum Cancellarii juſſu *Indicem* legi *Latinorum verborum deſcriptionumque ad Philoſophos & Dialecticos maximè pertinentium, quibus Cicero utitur*. Egregium iſtud Opus, ad depellendum è Scholis quod barbariæ ſupereſt, multùm conferet. Datum Pariſiis IV. Non. Jul. An. 1713.

RAGUET.

Digitized by Google

TABULA.

PRIMA PARS.

CAPUT I. *De Philoſophia*, PAG. 1
—— II. *Dialectica*, 11
—— III. *Quotuplex quæſtionis genus & cauſæ conſtitutio*, 15
—— IV. *De genere, ipſiuſque formis & partibus*, 23
—— V. *De argumentatione & Syllogiſmorum formâ*, 28
—— VI. *De locis & argumentorum fontibus*, 41
—— VII. §. 1. *Definitio & deſcriptio*, 47. §. 2. *De partitione & diviſione*, 49
—— VIII. *De multiplici genere cauſarum*, 51
—— IX. §. 1. *De animo & humanâ mente*, 60. §. 2. *Mens, ratio, intelligentia, ingenium, cogitatio*, 67. §. 3. *De Ideis & notionibus*, 70. §. 4. *De viſo, ſeu viſis, & impreſſionibus, quam phantaſiam Græci appellant*, 74. §. 5. *De memoriâ*, 76. §. 6. *De perſpicuitate & evidentiâ*, 77. §. 7. *De vero & falſo propriâque veri & certi notâ*, 81. §. 8. *De errore*, 87. §. 9. *De aſſenſu & enunciatione*, 89. §. 10. *De conſtantiâ & firmitate aſſenſionis, (quam* certitudinem *Scholaſtici vocant) ſeu de firmâ & conſtanti aſſenſione*, 90. §. 11. *De voluntate & appetitu liberâque poteſtate voluntatis: tum de fato & neceſſitate*, 94. §. 12. *De affectibus animi & habitibus*, 106. §. 13. *De perturbationibus animi*, 107. §. 14. *De virtutibus & vitiis*, 111. §. 15. *De cupiditatibus & voluptate*, 117
—— X. *De rebus & verbis*, 120
—— XI. *De multiplici diſtinctione rerum & variis differentiis*, 123
—— XII. *De naturâ Dei*, 127
—— XIII. *De Homine*, 142
—— XIV. *De gratuito amore & mercenario*, 150
—— XV. *De tempore & æternitate*, 157
—— XVI. *De variis ſejunctionibus orationis & conjunctionibus, verborumque concinnâ tranſgreſſione*, 161
—— XVII. *Varia Exordia, quibus Cicero utitur*, 169

LEXI-

LEXICON PHILOSOPHICUM,

SIVE

INDEX

LATINORUM VERBORUM

Deſcriptionumque ad Philoſophos & Dialecti-cos maximè pertinentium.

PARS PRIMA,

In qua Materia Philoſophica, ut à Cicerone tractata eſt, ſervato rerum ordine, continetur.

CAPUT I.

De Philoſophiâ.

PHiloſophia ex rationum collatione conſtat, 4. *Tuſc.* 84. Quid eſt enim, per deos, optabilius *ſapientiâ*? quid præſtantius? quid homini melius? quid homine dignius? hanc igitur qui petunt, *Philoſophi* nominantur, nec quidquam aliud eſt *Philoſophia*, ſi interpretari velis, quàm *ſtudium ſapientiæ*. *Sapientia* autem eſt (ut à veteribus Philoſophis definitum eſt) *rerum divinarum & humanarum, cauſarumque, quibus hæ res continentur, ſcientia*: cujus ſtudium qui vituperat, haud ſanè intelligo quidnam ſit, quod laudandum putet. nam ſi oblectatio quæritur animi requieſque curarum, quæ conferri cum eorum ſtudiis poteſt, qui ſemper aliquid acquirunt, quod ſpectet & valeat ad benè beatéque vivendum? &c. *l.* 2. *de Officiis n.* 5.

De cujus excellentiâ multa quidem dici quamvis fusè latéque poſſint, ſed breviſſimè illo modo; *Sapientiam eſſe rerum divinarum & humanarum ſcientiam, cognitionemque, quæ cauſa cujuſque rei ſit*: ex quo

efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat, *l.* 4. *Tuſcul. Q. n.* 57.

Philoſophia verò omnium mater artium, quid eſt aliud niſi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum deorum? hæc nos primùm ad illorum cultum, deindè ad jus hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tum ad modeſtiam magnitudinemque animi erudivit: eademque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, ultima, media videremus. prorſus hæc divina mihi videtur vis, quæ tot res efficiat & tantas, *l.* 1. *Tuſcul. Q. n.* 64. Philoſophi denique ipſius, qui de ſuâ vi ac ſapientiâ unus omnia penè profitetur, eſt tamen quædam deſcriptio, ut is *qui ſtudeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam, cauſaſque noſſe, & omnem benè vivendi rationem tenere & perſequi*, nomine hoc appelletur, 1. *de Oratore*, 212.

Nec verò ſine Philoſophorum diſciplinâ genus & ſpeciem cujuſque rei cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes poſſiumus, nec judicare quæ vera, quæ falſa ſint, neque cernere conſequentia, repugnantia videre, ambigua diſtinguere, *Oratore*, 16.

Princepſque omnium virtutum eſt illa *ſapientia*, quam σοφίαν Græci vocant. prudentiam enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quamdam intelligimus: quæ eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia. illa autem *ſapientia*, quam principem dixi, *rerum eſt divinarum atque humanarum ſcientia*, in quâ continetur deorum & hominum communitas & ſocietas inter ipſos, 1. *Offic.* 153.

Philoſophia in tres partes eſt diſtributa, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores, 1. *de Oratore*, 68. ex quo (ſtudio ſcilicet incitato) triplex ille animi fœtus exſiſtit: unus in cognitione rerum poſitus & in explicatione naturæ: alter in deſcriptione expetendarum fugiendarumque rerum: tertius in judicando, quid cuique rei ſit conſequens, quid repugnans: in quo ineſt omnis tum ſubtilitas diſſerendi, tum veritas judicandi, 5. *Tuſcul. Q.* 68. in tres igitur partes & à pleriſque, & à nobiſmetipſis diſtributa ſapientia eſt, 4. *Acad. Q.* 116. totam Philoſophiam tres in partes diviſerunt. quam partitionem à Zenone retentam eſſe videmus, 4. *de Fin.* 4. ſed eſt forma ejus diſciplinæ, (Peripateticorum) ſicut ferè cæterarum, triplex: una pars eſt naturæ; diſſerendi, altera; vivendi, tertia: natura ſic ab iis inveſtigata eſt, ut nulla pars cœlo, mari, terrâ (ut poë-

poëticè loquar) prætermiſſa ſit &c. 5. *de Fin.* 9. fuit ergò jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex: una de vitâ & moribus: altera de rebus occultis (& ab ipſâ naturâ involutis:) tertia de diſſerendo & quid verum & quid falſum &c. 1. *Acad. Q.* 19.

Quorum alterum eſt, quod Græci *ethicon* vocant, ad naturas & ad mores & ad omnem vitæ conſuetudinem accommodatum, *de Oratore:* quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem Philoſophiæ *de moribus* appellare ſolemus: ſed decet augentem Linguam Latinam nominare *moralem*, *de Fato* 1. item *de Divinatione*.

Sequitur tertia, quæ per omnes partes ſapientiæ manat & funditur, quæ rem definit, genera diſpartit, ſequentia adjungit, perfecta concludit, vera & falſa dijudicat, diſſerendi ratio & ſcientia, 5. *Tuſc. Q.* 71. jam in alterâ Philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi ac diſſerendi quæ λογικὴ dicitur &c. 1. *de Fin.* 22. obſcura quæſtio eſt, quam περὶ δυνατῶν appellant, totaque eſt *Logicæ*, quam rationem diſſerendi voco, *de Fato* 1. habes ea, quæ de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici; quæ *logica* appellant, quia diſſeruntur ſubtiliùs, 4. *Tuſc.* 33.

Noſtra tu *Phyſica* noſti, quæ contineantur ex affectione & ex materiâ eâ, quam fingit & format effectio, 1. *Acad.* 6. ad eaſque virtutes, de quibus diſputatum eſt, Dialecticam etiam adjungunt & Phyſicam, 3. *de Fin.* 72. Phyſicæ quoque non ſine causâ tributus idem eſt honos, *ibidem*. in phyſicis, 1. *de Fin.* 17. oratorem ne *Phyſicorum* quidem eſſe expertem volo, *Orat.* 120. Phyſica iſta, 1. *de Orat.* omnibus ferè in rebus & maximè in phyſicis, quid non ſit citiùs, quàm quid ſit dixerim... Phyſicæ rationis ignari, 2. *de nat. D.* non pudet igitur Phyſicum, id eſt, ſpeculatorem venatoremque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis, 1. *de nat.* 94. ineſt in eâdem explicatione naturæ, inſatiabilis quædam è cognoſcendis rebus voluptas, 4. *de Fin.* 12. Philoſophia, non illa *de naturâ* &c. *de clar.* 31, omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem, 1. *Off.* 18. ut magno argumento eſſe debeat, cauſam, id eſt, principium Philoſophiæ eſſe ſcientiam, 1. *de nat.* 1.

Socrates mihi videtur, id quod conſtat inter omnes, primus à rebus occultis & ab ipſâ naturâ involutis, in quibus omnes ante eum occupati fuerunt, avocaviſſe Philoſophiam & ad vitam communem adduxiſſe, ut de virtutibus & vitiis, omninóque de bonis rebus & malis quæreret. Cœleſtia autem vel procul eſſe à noſtrâ cognitione cenſeret, vel ſi maximè cognita eſſent, nihil tamen ad

benè vivendum conferre &c... Platonis autem auctoritate, qui varius & multiplex & copioſus fuit, una & conſentiens duobus vocabulis Philoſophiæ forma inſtituta eſt, Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes nominibus differebant, &c... fuit ergò jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex: una, de vitâ & moribus: altera, de naturâ & rebus occultis: tertia, de diſſerendo & quid verum & quid falſum; quid rectum in oratione pravumque; quid conſentiens, quid repugnans judicando... itaque omnis illa antiqua Philoſophia ſenſit in unâ virtute eſſe poſitam beatam vitam, nec tamen beatiſſimam, niſi adjungerentur & corporis & cætera, quæ ſupra dicta ſunt, ad virtutis uſum idonea... de naturâ autem ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera eſſet *efficiens*, altera autem *quaſi huic ſe præbens*. ea, quâ efficeretur aliquid, in eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant: in eo autem, quod efficeretur, materiam quamdam; in utroque tamen utrumque: neque enim materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nullâ vi contineretur, neque vim ſine aliquâ materia: nihil eſt enim quod non alicubi eſſe cogatur. ſed quod ex utroque, id jam corpus & qualitatem nominabant..... qualitates igitur appellavi quas ποιότητας Græci vocant. quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed Philoſophorum, atque id in multis &c... earum igitur qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. principes ſunt uniuſmodi & ſimplices; ex his autem ortæ variæ ſunt & quaſi multiformes. itaque aër quoque, ignis, & aqua, & terra, prima ſunt. ex iis autem ortæ animantium formæ, earumque rerum quæ gignuntur è terrâ. ergò illa initia, ut è Græco vertam, elementa dicuntur: è quibus aër & ignis movendi vim habent & efficiendi: reliquæ partes, accipiendi & quaſi patiendi; aquam dico & terram. quintum genus è quo eſſent aſtra menteſque ſingulares, &c... tertia deinde Philoſophiæ pars, quæ erat in ratione & diſſerendo, ſic tractabatur ab utriſque: quanquam oriretur à ſenſibus, tamen non eſſe judicium veritatis in ſenſibus. mentem volebant rerum eſſe judicem; ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur, quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex & uniuſmodi, & tale, quale eſſet. hanc illi ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam: nos rectè ſpeciem poſſimus dicere. ſenſus autem omnes, hebetes & tardos eſſe arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quæ ſubjectæ ſenſibus viderentur; quæ eſſent aut ita parvæ, ut ſub ſenſum cadere non poſſent, aut ita mobiles

Digitized by Google

biles & concitatæ, ut nihil unquam unum eſſet conſtans; ne idem quidem, quia continenter laberentur & fluerent omnia. itaque hanc omnem partem rerum opinabilem appellabant. ſcientiam autem nuſquam eſſe cenſebant, niſi in animi motionibus atque rationibus. quâ de cauſâ definitiones rerum probabant, & has ad omnia, de quibus diſceptabatur, adhibebant. verborum etiam explicatio probabatur, quâ de causâ quæque eſſent ita nominata. quam etymologiam appellabant. poſt argumentis & quaſi rerum notis utebantur ad probandum & ad concludendum id quod explanari volebant. in quâ tradebatur omnis dialectica diſciplina, id eſt, orationis ratione concluſæ. huic quaſi ex alterâ parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accommodatæ, &c. 1. *Acad. Q.*

Si oportet ſapere, dare operam Philoſophiæ convenit, 1. *Rhet.* totum igitur illud Philoſophiæ ſtudium mihi quidem ipſe ſumo, & ad vitæ conſuetudinem & conſtantiam, quantam poſſum, & ad delectationem animi; nec ullum arbitror, ut apud Platonem eſt, majus aut melius à diis datum munus homini, 1. *Acad.* 7.

Virtus ferè omnis in tribus rebus vertitur: quarum una eſt in perſpiciendo quid in quâque re verum ſincerumque ſit, quid conſentaneum cuique, quid conſequens, ex quo quæque gignantur, quæ cujuſque rei ſit cauſa? alterum, cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant: appetitioneſque, quas illi ὁρμάς, obedientes efficere rationi: tertium, iis, quibuſcum congregamur, uti moderatè & ſcienter; quorum ſtudiis ea, quæ natura deſiderat, expleta cumulataque habeamus, 2. *de Off.* 18.

Quoniam igitur omnis ſumma Philoſophiæ ad beatè vivendum refertur, idque unum expetentes homines ſe ad hoc ſtudium contulerunt, 2. *de Fin.* & 5. *de Fin.* 87.

Sapientia hominis cuſtos & procreatrix, 4. *de Fin.* 1. ſapientia moderatrix omnium rerum, 1. *Rhet.* 5. ſic ſapientia, quæ ars vivendi putanda eſt, 1. *de Fin.* 42.

Colere ſtudium Philoſophiæ. . . .

Philoſophia ex rationum collatione conſtat, 4. *Tuſc.* 84. cumque fundamentum eſſet Philoſophiæ poſitum in finibus bonorum & malorum, &c. 2. *Divin.* 2.

Veterum Philoſophorum more. . . . qui quaſi officinas inſtruxerunt

runt ſapientiæ &c. 1. *de Leg.* 36. primum igitur. . . & de variis diſciplinis Philoſophorum loquor &c. 2. *Tuſcul.* eſt enim Philoſophia paucis contenta judicibus, multitudinem conſultò fugiens, 2. *Tuſc.* 4. in Philoſophiâ nihil debet eſſe commentitiis fabulis loci, 2. *de Divin.* 80. quod ſi in Philoſophiâ tantum intereſt quemadmodùm dicas, ubi res ſpectatur, non verba penduntur, *Orat.* 52. & tamen à Philoſopho, ſi affert eloquentiam, non aſperner; ſi non habeat, non admodùm flagitem, *de Fin.* poſitum ſit igitur in primis, ſine Philoſophiâ non poſſe effici quem quærimus eloquentem, *partit. orat.* 14. ſed tum maximè tamen hoc ſignificabat (Carneades) eos qui Rhetores nominarentur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil planè tenere, neque poſſe quemquam facultatem aſſequi dicendi, niſi qui Philoſophorum inventa didiciſſet, 1. *de Orat.* 84. Philoſophia mater omnium benefactorum, benedictorum, *de cl.* 322. Philoſophia laudandarum artium omnium procreatrix & quaſi parens, 1. *de Orat.* 9. quòd omnis optimarum rerum cognitio atque in iis exercitatio Philoſophia nominaretur, 3. *de Orat.* 57. ars eſt enim Philoſophia vitæ, 3. *de Fin.* 4. Philoſophia virtutis continet, & officii, & benè vivendi diſciplinam, quam qui profitetur, graviſſimam mihi ſuſtinere perſonam videtur, 1. *P.* 71. iſta præpotens & glorioſa Philoſophia, 1. *de Orat.* 193.

Philoſophiæ denique ipſius principes nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. ultimas terras luſtraſſe Pythagóram, Democritum, Platonem accepimus. ubi enim quid eſſet, quod diſci poſſet, eò veniendum judicaverunt. num putamus hæc fieri ſine ſummo cupiditatis ardore potuiſſe? 4. *Tuſcul. Q.* 43.

Illud quidem ſic habeto, niſi ſanatus animus ſit, quod ſine Philoſophiâ fieri non poteſt, finem miſeriarum nullum fore: quamobrem, quoniam cœpimus, tradamus nos ei curandos. ſanabimur ſi volemus, 3. *Tuſcul.* 13. ita fit ut ſapientia ſanitas ſit animi; inſipientia autem, quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eademque dementia... totum igitur id quod quærimus, quid & quale ſit, verbi vis ipſa declarat. eos enim ſanos intelligi neceſſe eſt, quorum mens, motu, quaſi morbo, perturbata nullo ſit. qui contra affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. itaque nihil melius, quam quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cum *exiſſe ex poteſtate* dicimus eos qui effrænati feruntur aut libidine, aut iracundiâ... qui igitur exiiſſe ex poteſtate di-

dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à naturâ tributum eſt, *ibidem* 9. 10. videre licet alios tantâ levitate & jactatione, iis ut fuerit non didiciſſe melius; alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum ſervos; ut cum eorum vitâ mirabiliter pugnet oratio, 2. *Tuſcul.* 22. ſed neſcio quomodò nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo Philoſophorum, 2. *de Divin.* 119.

Eſt profectò animi medicina Philoſophia, cujus auxilium non, ut in corporis morbis, petendum eſt foris, 3. *Tuſcul.* 6.

Nullum verò id quidem argumentum eſt (quoſdam ſcilicet Philoſophos turpiter vivere, atque adeò nihil Philoſophiam prodeſſe:) nam ut agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur, ſic animi non omnes culti fructum ferunt. atque ut in eodem ſimili verſer, ut ager quamvis fertilis, ſine culturâ fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine doctrinâ animus. ita eſt utraque res una ſine alterâ debilis. cultura autem animi Philoſophia eſt, quæ extrahit vitia radicitùs & præparat animos ad ſatus accipiendos, eaque mandat iis &, ut ita dicam, ſerit, quæ adulta fructus uberrimos ferant, 2. *Tuſc. Q.* 23. Literis talibuſque doctrinis antè excoli animos & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet, *Hortenſ.*

Nunquam igitur ſatis laudari dignè poterit Philoſophia, cui qui pareat, omne tempus ætatis ſine moleſtiâ poſſit degere, *de Senect.* 2. ſed nos Philoſophia adverſùs omnes vel temporum, vel fortunæ, vel naturæ inſidias munivit, quæ ita fortis eſt, ut nullius injuriæ impetum extimeſcat, ita lenis & ſuavis, ut omnes acerbitates facilè mitiget ac molliat, ita demùm utilis & fructuoſa, ut totam ſe ad humanas utilitates liberaliſſimè porrigat atque explicet. nec verò ſecùs debet. quæ enim humanarum miſeriarum cumulum optimè norit & acutiſſimè perſpicit, ſi eas patiatur manare longiùs, neque homini mœrore confecto conſilio præſidioque ſuo præſto ſit, quid illo miſerius? quid vitâ noſtrâ laborioſius, aut tetrius? aut quid prodeſſet adſpectum à naturâ ad ſupera erectum accepiſſe, ut cœlum contemplari, ut deorum majeſtatem cogitare, aut à diis immortalibus mentem & rationem; ut utilia cognoſcere, honeſta à turpibus ſecernere, æqua amplecti, ab iniquis abſtinere poſſemus, voce denique ipſâ & oratione frui, quæ nullis animantibus conceſſa eſt, quâque cæteris omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, viventium naturis antecellimus? inania hæc videri poſſent, ſi tam multis ex adverſo miſeriis oppreſſa hominis natura, neque ſe ad cœleſtia

cri-

erigere, nec tantis bonis quibus majora eſſe nulla potuerunt, uti poſſet. ſed profectò ut contra ſerpentium virus pharmacorum genera multa, contra inopiæ calamitatem ſolertia & induſtria, contra turpitudinis voluptatem pudor & verecundia, ſic contra doloris morſum Philoſophia nobis data eſt deorum immortalium conceſſu atque munere. quam ut nemo ſatis pro dignitate laudare queat, ſic quamplurimi mentis tranquillitatem, animi moderationem, in voluptates imperium, in acerba omnia ſummam quamdam vim ac fortitudinem illi uni acceptam referant, neceſſe eſt, *de Conſolat.*

Non ſine causâ, eas, quas dixi, in pueris virtutum quaſi ſcintillulas videmus, è quibus accendi Philoſophi ratio debet, ut eam, quaſi deum, ducem ſubſequens, ad naturæ perveniat extremum. nam, ut ſæpè jam dixi, in infirmâ ætate imbecillâque mente, vis naturæ per caliginem cernitur. cum autem progrediens confirmatur animus, agnoſcit ille quidem naturæ vim, ſed ita ut progredi poſſit longiùs, per ſe ſit tamen inchoata. intrandum eſt igitur in rerum naturam & penitùs, quid ea poſtulet, pervidendum. aliter enim *noſmetipſos noſſe* non poſſumus. quod præceptum, quia majus erat, quàm ut ab homine videretur, idcircò aſſignatum eſt deo. jubet igitur nos Pythius Apollo *noſcere noſmetipſos*. cognitio autem hæc eſt una, ut vim noſtri corporis animique norimus, ſequamurque eam vitam, quæ rebus ipſis perfruatur, 5. *de Fin.* 44. ita fit ut mater omnium bonarum artium ſapientia ſit. à cujus amore, græco verbo, Philoſophia nomen invenit. quâ nihil à diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præſtabilius hominum vitæ datum eſt. hæc enim una nos cùm cæteras res omnes, tum, quod eſt difficillimum, docuit, ut noſmetipſos noſceremus. cujus præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, ut ea non homini cuipiam, ſed Delphico deo tribueretur. nam qui ſe ipſe norit, primùm aliquid ſentiet ſe habere divinum, ingeniumque in ſe ſuum, ſicut ſimulacrum aliquod, dedicatum putabit, tantoque munere deorum ſemper dignum aliquid & faciet, & ſentiet. & cùm ſe ipſe perſpexerit totumque tentarit, intelliget quemadmodùm à naturâ ſubornatus in vitam venerit, quantaque inſtrumenta habeat ad obtinendam adipiſcendamque ſapientiam. quoniam principio rerum omnium quaſi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit. quibus illuſtratus, ſapientiâ duce bonum virum, & ob eam ipſam cauſam cernat ſe beatum fore. nam cum animus, cognitis perceptiſque virtutibus à corpo-

ris

ris obſequio indulgentiâque diſceſſerit, voluptatemque ſicut labem aliquam dedecoris oppreſſerit, omnemque mortis doloriſque timorem effugerit, ſocietatemque carnis ejecerit, tum ſuis omnibuſque naturâ conjunctos ſuos duxerit, cultumque deorum & puram religionem ſuſceperit, & exacuerit illam, ut oculorum, ſic ingenii aciem, ad bona deligenda & rejicienda contraria: quæ virtus ex providendo eſt appellata prudentia: quid eo dici, aut excogitari poterit beatius? idemque cùm cœlum, terras, maria, omniumque rerum naturam perſpexerit, eaque undè generata, quò recurrant, quandò, quomodò obitura, quid in iis mortale & caducum, quid divinum æternumque ſit, viderit, ipſumque ea moderantem & regentem pænè prehenderit, ſeſeque non unis circumdatum mœnibus popularem alicujus loci, ſed civem totius mundi, quaſi unius urbis, agnoverit: in hâc ille magnificentiâ rerum atque in hoc conſpectu & cognitione naturæ, dii immortales, quàm ipſe ſe noſcet! quod Apollo præcepit Pythius: quàm contemnet, quàm deſpiciet, quàm pro nihilo putabit ea, quæ vulgò dicuntur ampliſſima. atque hæc omnia quaſi ſepimento aliquo vallabit diſſerendi ratione, veri & falſi judicio, ſcientiâ & arte quâdam intelligendi, quid quamque rem ſequatur, & quid ſit cuique contrarium. cúmque ſe ad civilem ſocietatem natum ſenſerit, non ſolùm illâ ſubtili diſputatione ſibi utendum putabit, ſed etiam fusâ latiùs perpetuâ oratione, quâ regat populos, quâ ſtabiliat leges, quâ caſtiget improbos, quâ tueatur bonos, quâ laudet claros viros, quâ præcepta ſalutis & laudis aptè ad perſuadendum edat ſuis civibus; quâ hortari ad decus, revocare à flagitio, conſolari poſſit afflictos, factaque & conſulta fortium & ſapientum, cum improborum ignominiâ ſempiternis monumentis prodere. quæ cùm tot res tantæque ſint quæ ineſſe in homine perſpiciantur ab iis, qui ſe ipſi velint noſcere, earum parens eſt educatrixque ſapientia, 2. *de Legibus* 57. &c.

Pythagoram, ut ſcribit auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Phliuntem ferunt veniſſe, eumque cum Leonte Principe Phliaſiorum doctè & copioſè diſſeruiſſe quædam. cujus ingenium & eloquentiam cùm admiratus eſſet Leon, quæſiviſſe ex eo, quâ maximè arte conſideret. at illum, artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe *Philoſophum*. admiratum Leontem novitatem nominis, quæſiſſe quinam eſſent *Philoſophi*, & quid inter eos & reliquos intereſſet.

Digitized by Google

Pythagoram autem reſpondiſſe, ſimilem ſibi videri vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent; alii emendi aut vendendi quæſtu & lucro ducerentur; eſſet autem quoddam genus eorum, idque vel maximè ingenuum, qui nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi causâ venirent, ſtudioſéque perſpicerent, quid ageretur & quomodo; item nos quaſi in mercatûs quâdam celebritate ex urbe aliquâ, ſic in hanc vitam ex aliâ vitâ & naturâ profectos? alios gloriæ ſervire, alios pecuniæ, raros eſſe quoſdam, qui, cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſè intuerentur, hos ſe appellare ſapientiæ ſtudioſos, id eſt enim, Philoſophos; & ut illic liberaliſſimum eſſet ſpectare, nihil ſibi acquirentem, ſic in vitâ longè omnibus ſtudiis contemplationem rerum cognitionemque præſtare, 5. *Tuſcul. Q.* 8. &c. vitæ autem degendæ ratio maximè quidem illi placuit quieta, in contemplatione & cognitione poſita rerum, 2. *de Fin.*

Sophiſtes (pro Philoſopho) Protagoras, Sophiſtes temporibus illis maximus, 1. *de Nat.* 63. Iſocrates multique alii, qui ſunt nominati *Sophiſtæ*, *ibid.* 37. ſed & Gorgiam & cæteros Sophiſtas luſos videmus à Socrate, 2. *de Fin.* 2. at quis eſt hic? num *Sophiſtes?* ſic enim appellantur hi, qui aut oſtentationis, aut quæſtûs causâ philoſophantur, 4. *Acad.* 72. O vitæ Philoſophia dux, ô virtutis indagatrix expultrixque vitiorum, quî non modò nos, ſed omninò vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? tu urbes peperiſti: tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocaſti, tu eos inter ſe primò domiciliis, deindè conjugiis, tum literarum & vocum communione junxiſti: tu inventrix legum, tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti, ad te confugimus, à te opem petimus, tibi nos, ut antea, magnâ ex parte, ſic penitùs totoſque tradimus. eſt autem unus dies benè & ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus, 5. *Tuſcul. Q.* 5. quod ſi ita eſt, ut neque quiſquam, niſi bonus vir, & omnes boni beati ſint, quid Philoſophiâ magis colendum, aut quid eſt virtute divinius? 3. *de Fin.* 76.

Tota Philoſophorum vita, ut ait idem, (Socrates) commentatio mortis eſt. nam quid aliud agimus, cùm à voluptate, id eſt, à corpore, cùm à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, cùm à republicâ, cùm à negotio omni ſevocamus animum? quid, inquam,

tum

tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum advocamus, ſecum eſſe cogimus, maximéque à corpore abducimus? ſecernere autem à corpore animum nec quidquam aliud eſt, quàm emori diſcere: quare hoc commentemur, mihi crede, disjungamuſque nos à corporibus, id eſt, conſueſcamus mori: hoc & dum erimus in terris, erit illi cœleſti vitæ ſimile, & cùm illuc ex his vinculis emiſſi feremur, minùs tardabitur curſus animorum: nam qui in compedibus corporis ſemper fuerunt, etiam cùm ſoluti ſunt, tardiùs ingrediuntur, ut ii, qui ferro vincti multos annos fuerunt: quò cùm venerimus, tum denique vivemus, 1. *Tuſcul. Q.* 75.

(Sapientis egregiam deſcriptionem reperies in locis quos indicat Apparatus Cic. *ad verbum*, Sapiens. *)*

CAP. II.

Dialectica.

Dialectica (vocatur etiam) Dialectice, es: Dialecticorum ſcientia, differendi ratio & ſcientia, veri & falſi diſceptatrix & judex, prudentia diſputandi, Dialectica diſciplina, ars Dialectica, &c. Cùm omnis ratio diligens differendi duas habeat partes, unam inveniendi, alteram judicandi, utriuſque princeps, ut mihi quidem videtur, Ariſtoteles fuit. Stoici autem in alterâ elaboraverunt. judicandi enim vias diligenter perſecuti ſunt eâ ſcientiâ, quam *Dialecticen* appellant, *Top. cap.* 1.

Videſne Diogenem fuiſſe, qui diceret artem ſe tradere benè differendi & vera ac falſa dijudicandi, quam verbo græco διαλεκτικὴν appellaret? in hâc arte, ſi modò eſt hæc ars, nullum eſt præceptum quo modo verum inveniatur, ſed tantum eſt quo modo judicetur. nam & omne quod eloquimur, ſic, ut aut eſſe dicamus id, aut non eſſe; &, ſi ſimpliciter dictum ſit, ſuſcipiunt Dialectici, ut judicent, verumne ſit, an falſum: &, ſi conjunctè ſit elatum & adjuncta ſint alia, judicent, recténe adjuncta ſint & verane ſumma ſit uniuſcujuſque rationis: & ad extremum ipſi ſe pungunt ſuis acuminibus, &c. 2. *de Orat.* 157.

Sequitur tertia (Philoſophiæ pars). quæ per omnes partes ſapien-

tiæ manat & funditur, quæ rem definit, genera diſpartit, ſequentia adjungit, perfecta concludit, vera & falſa dijudicat differendi ratio & ſcientia, 5. *Tuſc.* 71. nam & partiri ipſum, & definire, & ambigui partitiones dividere, & argumentorum locos noſſe, & argumentationem ipſam concludere, & videre quæ ſumenda in argumentando ſint, quidve ex iis, quæ ſumta ſunt, efficiatur, & vera à falſis, veriſimilia ab incredibilibus dijudicare & diſtinguere, aut malè ſumta, aut malè concluſa reprehendere, & eadem vel anguſtè diſſerere, ut Dialectici qui appellantur; vel, ut Oratorem decet, latè exprimere; illius exercitationis & ſubtiliter diſputandi & copioſè dicendi artis eſt, *Partit. Orat. c.* 20. ſunt autem aliæ virtutes quaſi miniſtræ comiteſque ſapientiæ; quarum altera, quæ ſint in diſputando vera atque falſa, quibuſque poſitis quid ſequatur, diſtinguit & judicat: quæ virtus omnis in ratione ſcientiâque diſputandi ſita eſt: altera autem oratoria, *Partit. Orat. n.* 78.

Dialecticam inventam eſſe dicitis veri & falſi quaſi diſceptatricem & judicem, 4. *Acad. Q.* ſed dum Dialecticam contemnit Epicurus, quæ una continet omnem & perſpiciendi quid in quâque re ſit, ſcientiam, & judicandi quale quidque ſit, ac ratione & viâ diſputandi, ruit in dicendo, nec ea quæ dicit, vult ullâ arte diſtingui, 2. *de Fin.* 18.

Eſſe igitur perfectè eloquentis puto, non eam ſolùm facultatem habere, quæ ſit ejus propria, fusè latéque dicendi, ſed etiam vicinam ejus atque finitimam Dialecticorum ſcientiam aſſumere. quamquam aliud videtur oratio eſſe, aliud diſputatio; nec idem loqui eſſe, quod dicere: attamen utrumque in diſſerendo eſt diſputandi ratio & loquendi, Dialecticorum ſit; Oratorum autem, dicendi & ornandi. Zeno quidem ille, à quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes intereſſet. nam cùm compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam ajebat ejuſmodi eſſe. cùm autem diduxerat & manum dilataverat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. atque etiam ante hunc Ariſtoteles principio artis rhetoricæ dicit illam artem quaſi ex alterâ parte reſpondere Dialecticæ, ut hoc videlicet differant inter ſe, quòd hæc ratio dicendi latior ſit, illa loquendi contractior.... nam & ipſe Ariſtoteles tradidit præcepta plurima diſſerendi, & poſtea, qui Dialectici dicuntur, ſpinoſiora multa pepererunt, *Orator.* 113. ut jam ante Ariſtoteles (omnem

nem vim loquendi) in duas tributam eſſe partes diceret: Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quòd latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſiùs, 2. *de Fin.* 17. A quo (Diodoro) cùm in aliis rebus, tum ſtudioſiſſimè in Dialecticâ exercebar, quæ quaſi contracta & adſtricta eloquentia putanda eſt, ſine quâ etiam, tu, Brute, judicaſti, te juſtam illam eloquentiam, quam Dialecticam dilatatam eſſe putant, conſequi non poſſe, *de claris Orat.* 309. Poſt argumentis & quaſi rerum notis utebantur ad probandum & ad concludendum id quod explanari volebant: in quâ tradebatur omnis Dialectica diſciplina, id eſt, orationis ratione concluſæ. huic quaſi ex alterâ parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadendum accommodatæ, 1. *Acad.* 32.

Ad eaſque virtutes, de quibus diſputatum eſt, Dialecticam etiam adjungunt & Phyſicam: eaſque ambas virtutum nomine appellant; alteram, quòd habeat rationem, ne cui falſò aſſentiamur, neve unquam captioſâ probabilitate fallamur, eaque quæ de bonis & malis diceremus, ut tenere tuerique poſſimus. nam ſine hâc arte quemvis arbitramur à vero abduci fallique poſſe, &c. 3. *de Fin.* 72. Erit igitur hæc facultas in eo, quem volumus eſſe eloquentem, ut definire rem poſſit, neque id faciat tam preſſè & anguſtè, quàm in illis eruditiſſimis diſputationibus fieri ſolet: ſed cùm explanatius, tum etiam uberius, & ad commune judicium popularemque intelligentiam accommodatius. idemque etiam, cùm res poſtulabit, genus univerſum in ſpecies certas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur ac dividet... nec verò Dialecticis modò ſit inſtructus, ſed habeat omnes Philoſophiæ notos & tractatos locos, *Orator.* 117.

Fundamentum Dialecticæ eſt, quicquid enuntietur (id autem appellatur *axioma*, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe, aut falſum, 4. *Acad.* 95. etenim cùm ab Epicuro, qui totam Dialecticam & contemnit & irridet, non impetrent, ut verum eſſe concedat, quod ita effabimur, *aut vivet cras Hermachus*, *aut non vivet*, cùm Dialectici ſic ſtatuant, omne, quod ita disjunctum ſit, quaſi, *aut etiam, aut non*, non modò verum eſſe, ſed etiam neceſſarium; vide, quàm ſit cautus is, quem iſti tardum putant. ſi enim, inquit, alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe, neceſſe erit cras Hermachum aut vivere, aut non vivere. nulla eſt autem in naturâ rerum talis neceſſitas. Cum hoc igitur (Epicuro) Dialectici pugnant, id eſt, Antiochus &

Stoici. totam enim evertit Dialecticam. nam ſi è contrariis disjunctio, (contraria autem ea dico, cùm alterum ait, alterum negat) ſi talis disjunctio falſa poteſt eſſe, nulla vera eſt, 4. *Acad.* 97. Idem facit contra Dialecticos, à quibus cùm traditum ſit, in omnibus disjunctionibus, in quibus aut *etiam*, aut *non* poneretur, alterutrum verum eſſe, pertimuit, ne ſi conceſſum eſſet hujuſmodi aliquid, *aut vivet cras*, *aut non vivet Epicurus*, alterutrum fieret neceſſarium; totum hoc, aut *etiam*, aut *non*, negavit eſſe neceſſarium. quo quid dici poteſt obtuſius? 1. *de Nat. D.* 70.

Differendi ſubtilitas (Philoſophiæ propria.) 1. *de Orat.*

Alia eſt illa, cùm veritas ipſa limitatur in diſputatione, ſubtilitas; alia, cùm ad opinionem communem omnis accommodatur oratio, 2. *Off.*

Uberiùs iſta, quæſo. hæc enim ſpinoſiora priùs ut confitear me cogunt, quàm ut aſſentiar, 1. *Tuſcul. Q.*

Hoc vos Dialectici non facitis, nec ſolùm ea non ſumitis ad concludendum, quæ ab omnibus concedantur; ſed ea ſumitis, quibus conceſſis, nihilò magis efficiatis, quod velitis, 2. *de Divinat.* 104.

Quàm ſit ſubtile vel ſpinoſum potiùs differendi genus, *Cic.*

Sed ut omnes iſtos aculeos & totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus, *Cic.*

Remotâ ſubtilitate diſputandi, *Cic.*

Quæ Dialectici nunc tradunt & docent, *Cic.*

Dialecticorum quoque verba nulla ſunt publica, 1. *Acad.* 25.

Dialecticis ne imbutus quidem, *Cic.*

Quomodo autem mentientem diſſolvas, quem *Pſeudomenon* vocant, aut quemadmodum Soriti reſiſtas &c.. hæc quoque Dialectici docent, 2. *de Divinat.* 11.

Ambigua ad Dialecticum referenda ſunt, 2. *de Divinat.* Dialecticæ captiones, 2. *de Fin.* acumen Dialecticorum, *de Orat.* de connexis & conjunctionibus ridiculis Dialecticorum, *de Fato.*

Peripateticorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta, propter ignorationem Dialecticæ, 3. *de Fin.* 41.

CAP. III.

CAP. III.

Quotuplex ſit quæſtionis genus & cauſæ conſtitutio?

Quæſtio autem eſt appetitio cognitionis: quæſtioniſque finis inventio, 4. *Acad.* 26.

Quæſtionum duo ſunt genera: alterum *infinitum*, alterum *definitum*. definitum eſt quod ὑπόθεσιν Græci, nos *cauſam*. infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos *propoſitum* poſſumus nominare. *Cauſa* certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in pleriſque eorum: propoſitum autem in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis: itaque propoſitum pars cauſæ eſt. Sed omnis quæſtio earum aliquâ de re eſt, quibus cauſæ continentur, aut unâ, aut pluribus, aut nonnunquam de omnibus, *Topica* 79. Eſt omnis oratio aut de infinitæ rei quæſtione ſine deſignatione perſonarum & temporum, aut de re certis in perſonis ac temporibus locatâ, 1. *de Orat.* Hæc igitur quæſtio à propriis perſonis & temporibus ad univerſi generis orationem traducta, appellatur theſis, *Orator.* 46. Duo ſunt, ut initio dixi, quæſtionum genera, quorum alterum finitum temporibus & perſonis *cauſam* appello: alterum infinitum nullis neque perſonis, neque temporibus notatum, quod *propoſitum* voco: ſed eſt conſultatio, quaſi pars cauſæ quædam & controverſiæ: ineſt enim infinitum in definito, & ad illud tamen referuntur omnia, *Partit. Orat.* 61. poſuit breviter in artis diſtributione idem quod Græci plerique poſuerunt... duo prima genera quæſtionum eſſe, in quibus eloquentia verſaretur: unum *infinitum*, alterum *certum*: infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo: expetenda-ne eſſet eloquentia, expetendi-ne honores: certum autem, in quo quid in perſonis & in conſtitutâ re & definitâ quæreretur: cujuſmodi ſunt quæ in foro atque in civium cauſis diſceptationibuſque verſantur, 2. *de Orat.* 42. atque in hoc genere illa quoque eſt infinita ſylva, quod Oratores plerique duo genera ad dicendum dederunt: unum de certâ definitâque causâ, quales ſunt quæ in litibus, quæ in deliberationibus verſantur. alte-

rum,

rum, quod appellant omnes ferè Scriptores, explicat nemo, infinitam generis ſine tempore & ſine perſonâ quæſtionem, *ibidem* 65. conſtituunt enim in partiendis orationum modis duo genera cauſarum. unum appellant, in quo ſine perſonis atque temporibus de univerſo genere quæratur: alterum, quod perſonis certis & temporibus definiatur, *ibidem* 133. nam quicquid quæritur, id habet aut generis ipſius ſine perſonis, temporibus, aut iis adjunctis, facti, aut juris, aut nominis controverſiam, 4. *de Fin.* 6... quid? quæſtio quaſnam habet partes? *infinitam*, quam *conſultationem* appello, & *definitam*, quam *cauſam* nomino, *Partit. Orat.* 4.

Quæſtionum autem, quâcumque de re ſint, duo ſunt genera; unum, *cognitionis*: alterum, *actionis*. cognitionis ſunt hæ, quarum finis eſt ſcientia. ut, ſi quæratur, à naturâne jus profectum ſit, an ab aliquâ quaſi conditione hominum & pactione. *actionis* autem hujuſmodi exempla ſunt; ſit-ne ſapientis ad rempublicam accedere. *cognitionis* quæſtiones tripartitæ ſunt, cùm, *an ſit*, aut *quid ſit*, aut *quale ſit* quæritur. horum primum, conjecturâ: ſecundum, definitione: tertium, juris & injuriæ diſtinctione explicatur. conjecturæ ratio in quatuor partes diſtributa eſt: quarum una eſt, cùm quæritur, *ſitne aliquid*: altera, *undè ortum ſit*: tertia, *quæ id cauſa effecerit*: quarta, in quâ de mutatione rei quæritur, *ſit*, *necne ſit*. ecquidnam honeſtum ſit, ecquid æquum; reverâ, an hæc tantùm in opinione ſint, *Top.* 81. De propoſito dicamus, cujus genera ſunt duo: cognitionis alterum: ejus ſcientia eſt finis, ut verine ſint ſenſus: alterum, actionis, quod refertur ad efficiendum quid, ut ſi quæratur, quibus officiis amicitia colenda ſit. rurſùs ſuperioris genera ſunt tria: ſit, necne: quid ſit: quale ſit &c. *Partit. Orat.* 62. Omnis igitur res eamdem habet naturam ambigendi, de quâ quæri & diſceptari poteſt, ſive in infinitis conſultationibus diſceptatur, ſive in iis cauſis, quæ in civitate & in forenſi diſceptatione verſantur: neque eſt ulla, quæ non aut ad cognoſcendi, aut ad agendi vim rationemque referatur &c. 3. *de Orat.* 109.

Omnis res, quæ habet in ſe poſitam in dictione aut diſceptatione aliquam controverſiam, aut *facti*, aut *nominis*, aut *generis*, aut *actionis* continet quæſtionem. eam igitur quæſtionem, ex quâ cauſa naſcitur, conſtitutionem appellamus. *conſtitutio* eſt prima conflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta, hoc modo; *feciſti*, *non feci*,

aut

aut *jure foci.* cum *facti* controverſia eſt, quoniam conjecturis cauſa firmatur, conſtitutio *conjecturalis* appellatur. cum autem *nominis*, quia vis vocabuli definienda verbis eſt, conſtitutio *definitiva* nominatur. cum verò *qualis* ſit res, quæritur, quia & de vi & de genere negotii controverſia eſt, conſtitutio *generalis* vocatur. at cùm cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo quîcum oportet, aut non apud quos, quo tempore, quâ lege, quo crimine, quâ pœnâ oportet, *translativa* dicitur conſtitutio; quia actio translationis & commutationis indigere videtur. atque harum aliquam in omne cauſæ genus incidere neceſſe eſt. nam in quam rem non inciderit, in eam nihil eſſe poterit controverſiæ. quare eam ne cauſam quidem convenit putari. ac facti quidem controverſia in omnia tempora poteſt diſtribui &c... nominis eſt controverſia, cùm de facto convenit & quæritur id quod factum eſt, quo nomine appelletur. quo in genere neceſſe eſt ideò nominis eſſe controverſiam, non quod de re ipsâ non conveniat, non quod de facto non conſtet, ſed quod id, quod factum ſit, aliud alii videatur eſſe, & idcircò alius alio nomine id appellet. quare in hujuſmodi generibus definienda res erit verbis & breviter deſcribenda: ut, *ſi quis ſacrum ex privato ſurripuerit, utrùm fur, an ſacrilegus ſit judicandus.* nam id cùm quæritur, neceſſe erit definire utrumque, quid ſit fur, quid ſacrilegus, & ſuâ deſcriptione oſtendere alio nomine illam rem, de quâ agitur, appellari oportere, atque adverſarii dicunt. *generis* eſt controverſia, cùm & quid factum ſit, convenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, conſtat; & tamen quantum & cujuſmodi, & omninò quale ſit, quæritur, hoc modo: *juſtum, an injuſtum: utile, an inutile:* & omnia, in quibus, quale ſit id, quod factum eſt, quæritur, ſine ullâ nominis controverſiâ. huic generi Hermagoras partes quatuor ſuppoſuit, deliberativam, demonſtrativam, juridicialem, negotialem. quod ejus, ut nos putamus, non mediocre peccatum reprehendendum videtur... ... genera igitur hæc cauſarum putanda ſunt, non partes alicujus conſtitutionis. hæc ergò conſtitutio, quam *generalem* nominamus, partes nobis videtur duas habere, *juridicialem* & *negotialem. juridicialis* eſt, in quâ æqui & recti natura, aut præmii, aut pœnæ quæritur. *negotialis* eſt, in quâ quid juris ex civili more & æquitate ſit, conſideratur: cui diligentiæ præeſſe apud nos Juriſconſulti exiſtimantur. ac *juridicialis* quidem ipſa in duas diſtribuitur partes, abſolutam & aſſumtivam.

Digitized by Google

abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe continet juris & injuriæ quæſtionem. *aſſumtiva* eſt, quæ ipſa ex ſe nihil firmi dat ad accuſationem. ejus partes ſunt quatuor, conceſſio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio &c... in quartâ conſtitutione quam *translativam* nominamus, ejus conſtitutionis eſt controverſia, cùm aut quem, aut quîcum, aut quomodò, aut apud quos, aut quo jure, aut quo tempore agere oporteat, quæritur; aut omninò aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur &c... conſtitutione cauſæ repertâ, ſtatim placet conſiderare, utrùm cauſa ſit ſimplex, an conjuncta: & ſi conjuncta erit, utrùm ſit ex pluribus quæſtionibus juncta, an ex aliquâ comparatione. *ſimplex* eſt, quæ abſolutam in ſe continet quæſtionem, hoc modo; *Corinthiis bellum indicamus, an non? conjuncta* ex pluribus quæſtionibus, in quâ plura quæruntur, hoc modo &c... *ex comparatione*, in quâ per contentionem, utrùm potiùs, aut quid potiſſimùm ſit, quæritur, ad hunc modum &c... 1. *Rhet. cap.* 3.

Deinde conſiderandum eſt, *in ratione*, an *in ſcripto* ſit controverſia. nam *ſcripti* controverſia eſt ea, quæ ex ſcriptionis genere naſcitur. ejus autem genera, quæ ſunt ſeparata à conſtitutionibus, quinque ſunt. nam tum verba ipſa videntur cum ſententiâ Scriptoris diſſidere, tum inter ſe duæ leges, aut plures diſcrepare, tum id, quod ſcriptum eſt, duas aut plures res ſignificare videtur: tum ex eo, quod ſcriptum eſt, aliud quoque, quod non ſcriptum eſt, inveniri: tum vis verbi, quaſi in definitivâ conſtitutione, in quo poſita ſit, quæri. quare primum genus, de ſcripto & ſententiâ: ſecundum, ex contrariis legibus: tertium, ambiguum: quartum, ratiocinativum: quintum, definitivum nominamus. *ratio* eſt autem, cùm omnis quæſtio, non in ſcriptione, ſed in aliquâ argumentatione conſiſtit. ac tum conſiderato genere cauſæ & cognitâ conſtitutione, cùm ſimplexne, an conjuncta ſit intellexeris, & ſcripti an rationis habeat controverſiam, videris: deinceps erit videndum, quæ *quæſtio*, quæ *ratio*, quæ *judicatio*, quid *firmamentum cauſæ* ſit: quæ omnia à conſtitutione proficiſcantur, oportet, *ibidem.*

Quæſtio eſt ea, quæ ex conflictione cauſarum gignitur controverſia, hoc modo: *non jure feciſti, jure feci.* cauſarum autem hæc eſt conflictio, in quâ conſtitutio conſtat. ex eâ igitur naſcitur controverſia, quam quæſtionem dicimus, hoc modo: *jure-ne fecerit? ratio* eſt ea, quæ continet cauſam, quæ ſi ſublata ſit, nihil in cauſâ controverſiæ relinquetur hoc mo-

modo, ut docendi cauſâ in facili & pervulgato exemplo conſiſtamus: Oreſtes ſi accuſetur matricidii, niſi hoc dicat, *jure feci: illa enim patrem meum occiderat*: non habet defenſionem; quâ ſublatâ, omnis quoque controverſia ſublata ſit. ergò ejus cauſæ ratio eſt, quod illa Agamemnonem occiderit. *judicatio* eſt, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis naſcitur controverſia. (nam ſit ea nobis expoſita ratio quam paulò ante expoſuimus) *illa enim meum, inquit, patrem occiderat. at non, inquit adverſarius, abs te filio matrem necari oportuit. potuit enim ſine tuo ſcelere illius factum puniri*. ex hâc deductione rationis, illa ſumma naſcitur controverſia, quam conſtitutionem appellamus. ea eſt hujuſmodi: *rectumne fuerit ab Oreſte matrem occidi, cùm illa Oreſtis patrem occidiſſet. firmamentum* eſt firmiſſima argumentatio defenſionis & aptiſſima ad judicationem: &c.. & in cæteris quidem conſtitutionibus ad hunc modum judicationes reperiuntur. in conjecturali autem conſtitutione, quia ratio non eſt (factum enim non conceditur) non poteſt ex deductione rationis naſci judicatio. quare neceſſe eſt eamdem eſſe quæſtionem & judicationem: ut factum eſt, factum non eſt: factum-ne ſit. quot autem in causâ conſtitutiones aut earum partes erunt, totidem neceſſe erit quæſtiones, rationes, judicationes, firmamenta reperiri, *ibid*. 1. *Rhet. cap*. 3.

Cùm eſt nominis controverſia, quia vis vocabuli definienda verbis eſt, conſtitutio *definitiva* dicitur. ejus generis exemplo nobis poſita ſit hæc cauſa &c... intentio eſt: *majeſtatem minuiſti, quòd Tribunum plebis de templo deduxiſti*. depulſio eſt: *non minui majeſtatem*. quæſtio eſt: *majeſtatemne minuerit?* ratio: *in filium enim, quam habebam poteſtatem, eâ uſus ſum*. rationis infirmatio: *at enim, qui patriâ poteſtate, hoc eſt, privatâ quâdam, tribunitiam poteſtatem, hoc eſt, populi poteſtatem infirmat, minuit is majeſtatem*. judicatio eſt: *minuatne is majeſtatem, qui in tribunitiam poteſtatem patriâ poteſtate utatur?* ad hanc judicationem argumentationes omnes afferri oportebit, 2. *Rhet. c*. 3.

Cùm autem actio translationis aut commutationis indigere videtur, quòd non aut is agit, quem oportet, aut cum eo, quîcum oportet, aut apud quos, quâ lege, quâ pœnâ, quo crimine, quo tempore oportet, *conſtitutio translativa* appellatur, 2. *Rhet. c*. 4.

Cùm & facto & facti nomine conceſſo, neque ulla actionis illatâ controverſiâ vis & natura & genus negotii ipſius quæritur, *conſtitutionem generalem* appellamus. hujus primas eſſe partes duas nobis vi-

deri diximus, negotialem & juridicialem. *negotialis* eſt, quæ in ipſo negotio juris civilis habet implicitam controverſiam. ea eſt hujuſmodi &c... intentio eſt &c... depulſio eſt &c. quæſtio eſt &c... ratio eſt &c... infirmatio eſt rationis &c... judicatio &c. *ibid. cap.* 5. & *cap.* 6. *juridicialis* eſt, in quâ æqui & iniqui natura, & præmii aut pœnæ ratio quæritur. hujus partes ſunt duæ, quarum alteram abſolutam, alteram aſſumtivam nominamus &c...

In ſcripto verſatur controverſia, cùm ex ſcriptionis ratione aliquid dubii naſcitur. id fit ex ambiguo, ex ſcripto & ſententiâ, ex contrariis legibus, ex ratiocinatione, ex definitione. *ex ambiguo* autem naſcitur controverſia, cùm quod ſenſerit ſcriptor, obſcurum eſt. quod ſcriptum duas plures-ve res ſignificat, ad hunc modum &c... primùm, ſi fieri poterit, demonſtrandum eſt, non eſſe ambiguè ſcriptum, propterea quod omnes in conſuetudine ſermonis ſic uti ſolent eo verbo uno pluribus-ve in eâ ſententiâ, in quâ is qui dicet, accipiendum eſſe demonſtrabit. deindè ex ſuperiore & ex inferiore ſcripturâ docendum id, quod quæratur, fieri perſpicuum. quare ſi ipſa ſeparatim ex ſe verba conſiderentur, omnia, aut pleraque ambigua viſum iri. quæ autem ex omni conſiderata ſcripturâ perſpicua fiant, hæc ambigua non oportere exiſtimari. deindè quâ in ſententiâ ſcriptor fuerit, ex cæteris ejus ſcriptis, ex factis, ex dictis, animo atque vitâ ejus ſumi oportebit, & eam ipſam ſcripturam, in quâ inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus ex partibus pertentare, ſi quid aut ad id appoſitum ſit, quod nos interpretemur, aut ei, quod adverſarius intelligat, adverſetur. nam facilè, quid veriſimile ſit eum voluiſſe, qui ſcripſit, ex omni ſcripturâ & ex perſonâ ſcriptoris atque iis rebus, quæ perſonis attributæ ſunt, conſiderabitur. deindè erit demonſtrandum ſi quid ex ipſâ re dabitur facultatis, id quod adverſarius intelligat, multò minùs commodè fieri poſſe, quàm id quod nos accipimus, quòd illius rei neque adminiſtratio, neque exitus ullus exſtet. nos quod dicamus, facilè & commodè tranſigi poſſe.... deindè ſi in lege erit ex ambiguo controverſia, dare operam oportebit, ut de eo, quod adverſarius intelligat, aliâ in lege cautum eſſe doceatur. permultùm autem proficiet illud demonſtrare, quemadmodùm ſcripſiſſet, ſi id, quod adverſarius accipiat, fieri aut intelligi voluiſſet... quare hoc genere magnoperè talibus in cauſis uti oportebit: ſi hoc modo ſcripſiſſet, iſto verbo uſus non eſſet: non iſto lo-

co

eo verbum iſtud collocaſſet. nam ex his ſententia ſcriptoris maximè perſpicitur, 2. *Rhet. cap.* 8.... in quâ re alii quaſi ſtatus exſiſtunt novi, qui appellantur *legitimæ* diſceptationes. tum enim defenditur non id legem dicere, quod adverſarius velit, ſed aliud. id autem contingit, cùm ſcriptum ambiguum eſt, ut duæ differentes ſententiæ accipi poſſint. tum opponitur ſcripto voluntas ſcriptoris, ut quæratur, verbane plus, an ſententia valere debeat. tum legi lex contraria affertur. ita ſunt tria genera, quæ controverſiam in omni ſcripto facere poſſunt, ambiguum, diſcrepantia ſcripti & voluntatis, & ſcripta contraria, *Top.* 96... cùm autem plura ſignificantur ſcripto, propter verbi aut verborum ambiguitatem, ut liceat ei, qui contradicat, eò trahere ſignificationem ſcripti, quò expediat, aut velit: aut etiam ſi ambiguè ſcriptum non ſit, vel à verbis voluntatem & ſententiam ſcriptoris abducere, vel alio ſe eâdem de re contrariè ſcripto defendere; tum diſceptatio ex ſcripti contentione exſiſtit, ut in ambiguis diſceptetur, quid maximè ſignificetur: in ſcripti ſententiæque contentione, utrum potiùs ſequatur judex: in contrariis ſcriptis, utrum magis ſit comprobandum, *Partit. Orat.* 108. & 132. &c... Sed in eo genere, in quo, quale ſit quid, ambigitur, exſiſtit etiam ex ſcripti interpretatione ſæpè contentio, in quo nulla poteſt eſſe niſi ex ambiguo controverſia &c. 2. *de Orat.* 110... exſiſtere autem controverſias etiam ex ſcripti interpretatione, in quo aut ambiguè quid ſit ſcriptum, aut contrariè, aut ita ut à ſententiâ ſcriptum diſſideat; tum id quod nos intenderemus, confirmandum: poſt, quæ contradicerentur, refellenda, 1. *de Orat.*... iterùm autem peccant, cùm genus hoc cauſarum, quod in ſcripti interpretatione verſatur, ab illis cauſis, in quibus, qualis quæque res ſit, diſceptatur, ſejungunt. nuſquam enim tam quæritur quale ſit genus ipſum rei, quàm in ſcripto, quod totum à facti controverſiâ ſeparatum eſt, 2. *de Orat.* 112.

Nam quoniam quicquid eſt, quod in controverſiâ aut in contentione verſetur, in eo aut ſitne, aut quid ſit, aut quale ſit, quæritur &c. *Orator*... quoniam igitur omne quod in controverſiam venit, id aut ſit, nec-ne ſit; aut quid ſit; aut quale ſit, quæritur: in primo conjectura valet, in altero definitio, in tertio ratio, *Partit. Orat.* 33. & 63.

(De genere demonſtrativo, deliberativo & judiciali, *Partit. Orat. cap.* 12. 13. 14.)

Quædam genera cauſarum ſimpliciter & ex ſuâ vi conſiderantur; quædam autem ſibi aliud quoque aliquod controverſiæ genus aſſumunt, 2. *Rhet.* (itaque oportet) conſiderare utrùm cauſa ſit ſimplex an conjuncta, 1. *Rhet.*

Omnis de officio duplex eſt quæſtio &c.. ſed quot ſint, magna quæſtio eſt... in hâc quæſtione potiſſimùm... facti, aut juris, aut nominis controverſia, 4. *de Fin.* 6... *facti* in equuleo quæſtio eſt; *juris* in judicio, *pro Mil.* cùm eſſet controverſia nulla facti, juris tamen diſceptationem eſſe voluit, & Pompeïus de jure, non de facto quæſtionem habuit, *pro Milone.* ex controverſiâ facti, 2. *de Orat.* verbi controverſiâ, 1. *de Orat.* cùm eſt nominis controverſia &c. 2. *Rhet. cap.* 3. ſed omnem eſſe contentionem inter homines doctos in verbi controverſiâ poſitam, 1. *de Orat.* 107. verbi enim controverſia jam diù torquet Græculos homines contentionis cupidiores, quàm veritatis, 1. *de Orat.* non eſſe rerum Stoicis cum Peripateticis controverſiam, ſed nominum, 3. *de Fin.* an parùm diſſerui, non verbis Stoicos à Peripateticis, ſed universâ re & totâ ſententiâ diſſidere, 4. *de Fin.* 2... poſita in dictione controverſia.... eúmque omnis controverſia aut de re ſoleat, aut de nomine eſſe, 4. *de Fin.* 57.

Diſceptatio (pro controverſiâ ſeu causâ.) legitimæ diſceptationes.... omnia quæcumque in hominum diſceptationem cadere poſſunt. (Vide Appar. Cic. ad verbum, *Diſceptatio.*)

Quicquid eſt enim illud in quo quaſi certamen eſt controverſiæ, *Orator.* cùm igitur, accepto cauſæ genere & cognito, rem tractare cœpi, nihil prius conſtituo, quàm quid ſit illud, quò mihi referenda ſit omnis illa oratio, quæ ſit propria quæſtionis & judicii &c. 2. *de Orat.* 114. & quoniam in omnibus quæ ratione docentur & viâ, primum conſtituendum eſt quid quodque ſit, (niſi enim inter eos qui diſceptent, convenit, quid ſit illud de quo ambigitur, nec rectè diſſeri, nec unquam ad exitum perveniri poteſt.) *Orator.* quæ res in quæſtione verſetur, *pro Cl.* 159.

Status rerum, Reip. civitatis &c. (non autem ſtatus quæſtionis à Cicerone dicitur, attamen in *Partit. Orat.* 102. ubi de facti controverſiâ agitur, ſic ait:) primus ille ſtatus & quaſi conflictio cum adverſario, conjecturâ quâdam: ſecundus autem definitione atque deſcriptione &c.

Quæſtiones omnes animo percuſſas ac propè decantatas habere debet, *Cic.*

CAP. IV.

CAP. IV.

De genere, ipſiuſque formis & partibus.

Genus & formam definiunt hoc modo. *genus* eſt notio ad plures differentias pertinens. *forma* eſt notio, cujus differentia ad caput generis & quaſi fontem referri poteſt. notionem appello, quod Græci tum ἔννοιαν tum πρόληψιν dicunt. ea eſt inſita & ante percepta cujuſque formæ cognitio, enodationis indigens. formæ igitur ſunt hæ in quas genus ſine ullius prætermiſſione dividitur: ut ſi quis jus in legem, morem, æquitatem dividat. formas qui putat idem eſſe, quod partes, confundit artem, & ſimilitudine quâdam conturbatus, non ſatis acutè, quæ ſunt ſecernenda, diſtinguit, *Top.* 31. 32. *genus* eſt quod plures partes amplectitur, ut animal. *pars* eſt, quæ ſubeſt generi, ut equus. ſed ſæpè eadem res alii genus, alii pars eſt: ut homo animali pars eſt, Thebani aut Trojani genus, 1. *Rhet.* 32. genus eſt quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas. pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut amor, avaritia, *ibidem* 42. genus autem eſt id quod ſui ſimiles communione quâdam, ſpecie autem differentes duas, aut plures complectitur partes. partes autem ſunt, quæ generibus iis ex quibus emanant, ſubjiciuntur, 1. *de Orat.* 189. eadem enim res alii genus eſſe, alii pars poteſt. eidem genus eſſe & pars non poteſt, 1. *Rhet.* 12. deinde conjecturalis cauſa *non poteſt ſimul ex eâdem parte*, *eodem in genere* & conjecturalis eſſe & definitiva, *ibidem n.* 14. à quibus ad genera formaſque generum devenerunt, 4. *de Fin. forma* generis, quam interdum *partem* licet nominare, *Top.* genera partium, generumve *partes*, *Top.* & *Part. Orat.* Sed hoc genus in plures *partes* diſtribuitur. nam alia argumenta appellamus ex genere, alia ex formâ, *Top.* ſed in ſingulis perturbationibus *partes* ejuſdem generis plures ſubjiciuntur, 4. *Tuſc.* voluptatis autem *partes* hoc modo deſcribunt. . . . . . . omnes autem ejus *partes* atque omnia membra, 1. *de N. D.* 9. cujus partes duæ ſunt. . . . . . . reliquæ ſunt *duæ partes* honeſtatis, quarum altera &c. . . ambitioni autem talia quædam ſubjecta ſunt. . . . . hæc *partes* habet tres. . . ejus *partes* ſunt quatuor. . . *partes* autem perturbationum &c. *Tuſc.* omneſque hæ ſunt genere quatuor, *partibus* plures,

3. *de*

3. *de Fin.* 35. tres ei partes, quas ante diximus, ſuppoſuimus... tra-
ducta ex parte ad genus notatio, 2. *de Orat.* 358. tum, ut ſcis, ex-
plicato genere cujuſque rei, videndum eſt, quæ ſint ejus generis ſi-
ve formæ, ſive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio, *Orat.* 116.
117. huic generi quatuor partes ſupponimus &c... tres ei partes ſup-
poſuimus, 1. *Rhet.* quæ autem pars ſubjecta generi eſt, eam ſic de-
finiunt, ut &c.... omneſque hæ (perturbationes) ſunt genere qua-
tuor, partibus plures, 3. *de Fin.* 35... & item contrariâ de parte,
2. *Rhet.* par autem numerus.. ex contrariâ parte, *ibid.*

Species (pro formâ generis.) genus & *ſpeciem* cujuſque rei cernere
... definiendo explicare... tribuere in partes, *Orator.* 16. *ſpecie* autem
differentes, 1. *de Orat.* 189. nam genere quidem utrumque idem eſſe
intelligitur. verùm &c. quare cùm genere idem ſit, ſit aliud quod
quâdam parte & *ſpecie*, ut diximus, differat, 1. *Rhet.* 40. virtutes
ſpecie diſpares, prudentiâ conjunguntur, *Orator.* 33. in comparatione
ſpectantur hæc, numerus, *ſpecies*, vis &c. *Top.* 68. *ſpecies*, forma, &
notio boni viri, 3. *Off.* 81. (ætate Ciceronis ad ideas translata eſt *ſpe-
ciei* vox.) *formæ* ſunt, quas Græci ἰδέας vocant: noſtri, ſi qui hæc
fortè tractant, *ſpecies* appellant: non peſſimè id quidem, ſed inutili-
ter ad mutandos caſus in dicendo. nolim enim, ne ſi Latinè quidem
dici poſſit, *ſpecierum* & *ſpeciebus* dicere: & ſæpè his caſibus utendum
eſt: at formis & formarum velim. cum autem utroque verbo idem
ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam,
Top. hanc illi ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam: nos
rectè ſpeciem poſſimus dicere, 1. *Acad.* 30. qualem ideam appellat
ille, nos *ſpeciem*, 1. *Tuſc.*

Definitiones aliæ ſunt *partitionum*, aliæ *diviſionum*. partitionum,
cùm res ea, quæ propoſita eſt, quaſi *in membra* diſcerpitur... divi-
ſionum autem definitio *formas* omnes complectitur, quæ ſub eo ge-
nere ſunt, quod definitur &c. *Top.* 28. (itaque *partes* generis dicun-
tur *ipſæ res* aut extra mentem poſitæ, aut certè perceptæ, quæ gene-
ri ſubjiciuntur: *formæ* autem vocantur ipſæ notiones & ideæ, ſeu ſpe-
cies ipſæ & impreſſiones rerum perceptarum. quæ ut faciliùs diſcer-
nantur, *formæ* generis ad *diviſionem*, & *partes* generis ad *partitionem*
à Cicerone referuntur.) *formas* qui putat idem eſſe, quod *partes*, con-
fundit artem, (inquit *Top.* 32.)

Prima genera... ſed duo prima genera. unum eorum quæ &c. al-
te-

terum eorum quæ &c. duo prima genera quæſtionum eſſe, in quibus eloquentia verſaretur. unum &c. alterum &c. 2. *Rhet.*

De univerſo genere quæſtio... ad univerſi generis vim & naturam referre... dicam de genere univerſo... Sed genus univerſum (ut tollatur error) brevi circumſcribi & definiri poteſt &c... *pro Sex.* 97. Cognoſcis ex particulâ parvâ.. genus univerſum... quarum alteram in univerſi generis quæſtione pono, quam (ut ſupra dixi) Græci appellant θέσιν &c. *Orat.* 115. ac verò illa pars orationis, quæ eſt de genere univerſo, *ibid.* 126. atque de univerſo genere dicatur, *ibid*... non minùs operis mihi videtur de univerſis generibus rerum, quàm de cauſis ſingulorum dicere... 2. *de Orat.* 71. vel ſeparatim de genere univerſo dicere, vel de ſingulis hominibus... 2. *de Orat.* 135. genera univerſa... 1. *de Orat.* 146. univerſi generis... revocetur oportet ad genus & naturam univerſam... 2. *de Orat.* 135. oratio ad univerſi generis diſputationem referatur, neceſſe eſt, *ibid.* 138. genus univerſum in ſpecies certas partiri ac dividere... *Orat.* 117. tribuere rem univerſam in partes... *de Cl.* 152. de univerſo genere quæſtiones, 2. *de Orat.* 133. & 134. perpetui juris & univerſi generis quæſtio, 1. *de Orat.* 146. quæſtio à propriis perſonis & temporibus ad univerſi generis orationem traducta, appellatur Theſis, *Orator.*

Et cur potiùs id contenditis, quod rerum natura non patitur, ut non ſuo quidque genere ſit tale, quale eſt? nec ſit in duobus aut pluribus nullâ re differens ulla communitas, ut ſibi ſint & ova ovorum, & apes apum ſimillimæ &c. 4. *Acad. Q.* 54. (ibi deſcribitur univerſale genus, *à parte rei*, ut Scholaſtici aïunt.) itaque quæcumque eſt hominis definitio, una in omnes convenit. quod argumenti ſatis eſt, nullam diſſimilitudinem eſſe in genere, 1. *de Leg.* 30. genus quod ab Ennio poſitum in unâ re, transferri in permultas poteſt, *Off.* jus civile in certa genera cogere. expoſito *genere* hujus artis, officio, & fine, & materiâ, & partibus, 1. *Rhet.*

Nuſquam enim tam quæritur, quale ſit *genus ipſum* rei &c. 2. *de Orat.* 112. aut ſi genus ipſum argumentationis vitioſum oſtenditur &c. 1. *Rhet.* multa ejuſmodi proferre poſſum... ſed genus ipſum videtis, 2. *de Nat. D.* nam primùm, generibus ipſis diſtinguere convenit omnem orationem &c. 1. *Rhet.* bellum genere ipſo neceſſarium, magnitudine periculoſum, *pro Pomp.* 27.

Genere (pro generatim.) tota igitur ratio talium largitionum *ge-*

 nere

Digitized by Google

nere vitioſa eſt, temporibus neceſſaria...., nam *genere* quidem utrumque idem eſſe intelligitur, 1. *Rhet.*

In hoc genere... in eo genere... in ſuo quodque genere... quo in genere &c... quo in genere etiam... hoc ergò in genere... quo de genere poſt erit nobis ſeparatim dicendum, 2. *Rhet.* ſed de hoc genere toto in iis libris &c. diligenter eſt diſputatum... quo in genere eſt &c. 2. *Rhet.* in illo autem altero genere... ac de eo quidem genere &c. ſatis dictum eſt &c. nunc de eo &c. ex quo genere comparationis illud eſt Catonis ſenis &c... ſed toto hoc de genere.... hoc in genere præcipiendum nobis videtur. primum ut illud &c. ejuſmodi ſit, ut &c. in omni genere, *ibid.* *At.* 5. Ut alia ejuſdem generis... ut alia generis ejuſdem.... ſuperioris generis hujuſmodi exempla ſunt, 1. *Off.* ut... & alia ejuſdem generis.... ejus generis hæc ſunt... cujus generis etiam illa ſunt, quæ &c. *Top.* ejus generis ſunt quæſtiones omnes eæ, in quibus &c... ejus generis hæ ſunt quæſtiones: exempli gratiâ, ſi &c... cætera generis ejuſdem.... in hoc genere etiam illa eſt.... hujus etiam generis eſt, quod &c. *quod genus* (hoc eſt, exempli gratiâ.) quod genus pecunia eſt, *Rhet.* quod genus, pactum, par, judicatum, 2. *Rhet.* 162. quod genus, virtus, ſcientia, veritas eſt, *ibid.* & cætera, quæ in ſimili genere verſantur, *Rhet.* in omni genere.

Genus (pro quâdam ſpecie generatim ſumtâ.) ſed *injuſtitiæ duo genera* ſunt, 1. *Off.* quoniam igitur *duobus generibus injuſtitiæ* propoſitis &c. *ibid.* nam cum ſint *duo genera decertandi*, unum &c. *Off.* nam cum *duo genera liberalitatis ſint*, unum dandi beneficii, alterum reddendi &c. *ibid.* intelligendum eſt autem, cùm propoſita ſint genera quatuor, è quibus honeſtum, officiumque manaret, *ibid.* duplex omninò eſt *jocorum genus*: unum &c. alterum &c. *ibid.* omninò *duo* ſunt *genera largitorum*: *ibid.* rerum expetendarum tria genera ſunt, 2. *Rhet.* ſed quoniam *de hoc genere beneficiorum* dictum eſt, *Off.* nunc hujus generis præcepta videamus, 2. *Rhet.* nunc quoniam omne in cauſæ genus argumentandi ratio tradita eſt, 2. *Rhet.* de propoſito dicamus, cujus genera ſunt duo &c. *Partit. Orat.* fuerunt etiam *alia genera Philoſophorum*, qui &c. 3. *de Orat.* *quod genus ipſius orationis* optimum judicarem, *Orat.* 52. hæc genera officiorum, qui perſequuntur, *Off.* quamobrem hoc quidem deliberantium genus, pellatur è medio, 3. *Off.* atque hoc omne genus peſtiferum, *ibid.* quæſtionum duo ſunt ge-

genera : alterum definitum : alterum infinitum, 1. *Rhet.* quæſtionum autem quâcunque de re ſint *duo ſunt genera* (Gallicè, *deux eſpêces.*) unum cognitionis, alterum actionis, 1. *Rhet.* conficitur autem *genus hoc dictionis* narrandis exponendiſque factis &c... *ibid.* cauſarum autem genera ſunt plura, *Partit. Orat.* (Gall. *il y a pluſieurs eſpêces de cauſes.*) cauſarum igitur genera duo ſunt &c. *ibid.* hoc genus cauſæ (Gall. *cette eſpêce de cauſe.*) tria genera bonorum; maxima animi, ſecunda corporis, externa tertia, 5. *Tuſc.* 85. (Gall. *il y a trois eſpêces de biens.*) nam illud genus tertium deductionis erat hujuſmodi... exempla autem cujuſque generis tum commodiùs expoſituri videmur, cùm &c. 1. *Rhet.* in ſuo cujuſque genere.... quare in hoc genere... nam neminem in eo genere ſcientiùs verſatum Iſocrate, confitendum eſt, *Orat.* 175. cùm genus hoc cauſarum, quod in ſcripti interpretatione verſatur &c. 2. *de Orat.* 112. tria genera cupiditatum, 2. *de Fin.* 26. (Gall. *trois eſpêces de cupiditez.*) natura quicquid genuit, in ſuo genere perfectum eſſe voluit, 5. *Tuſc.* 37. ſol efficit ut omnia floreant, & in ſuo quæque genere pubeſcant, 2. *de N.* 41. tantus ſplendor generis hominum, ætatum, ordinum, *pro Dom.* 75. ne genus humanum temporis longinquitate occideret.... explicatis his generibus & modis diſceptationum, 3. *de Orat.* 117. ex tot animantium generibus atque naturis, 1. *de Leg.* 22. varia genera beſtiarum vel cicurum, vel ferarum, 2. *de N.* 99. unum genus eſt, quod pertinet ad &c... alterum poſitum eſt in &c. 1. *Off.* exponam enim vobis ex quibus generibus &c. unum genus eſt eorum &c. alterum genus eſt eorum qui &c. tertium genus eſt &c. quartum genus eſt ſanè varium & mixtum &c. quintum genus eſt &c. poſtremum autem genus eſt &c. implicari aliquo certo genere curſuque vivendi, 1. *Off.* 117. ex quo genere hæc ſunt, 3. *de Orat.* 165. & ejus generis homines, 1. *de Orat.* 210. orationes, aut aliquid id genus, ſoleo ſcribere, 13. *A.* 13. in omni genere & varietate artium excellere, *pro Corn.* 15. teneat oportet venas cujuſque generis, ætatis, ordinis, 1. *de Orat.* 223. in hoc genere fuimus ipſi & alii complures, *pro Pl.* 45. in hoc toto genere plura faciam, quàm ſcribere audeo, 4. *Fa.* 13. quâ de re & de hoc genere toto, pauca cognoſce... 1. *Q.* 112. tuum conſilium, Brute, de toto genere belli, 7. *Br.* cujus generis magna penuria eſt, *de Amic.* 63. hujus generis plenus eſt Nævius, 2. *de Orat.* 285. divitiæ genere, non numero cernuntur, 5. *Tuſc.* 22. verùm

rùm id ſit, non genere, ſed gradu, *de Opt*. 4. cæteraque quæ ſunt generis ejuſdem, 1. *Rhet*. 25. ſunt autem ejus generis innumerabilia... ut aliquandò totam hujus generis orationem concludam & defi-
„ niam.... (ne mireris quod in illis locis *generis* nomen partibus ge-
„ neris à Cicerone tribuatur. nam ut idem admonet, 1. *Rhet*. 32. *ſæ-*
„ *pè eadem res alii genus, alii pars eſt. ut homo animali pars eſt, The-*
„ *bani aut Troiani genus*. hoc eſt, eamdem rem ſæpiùs ratione ſupe-
„ rioris cui ſubjicitur, partem eſſe; ratione autem inferiorum, genus.
„ ſed inter Latinum ſermonem & Gallicum hoc intereſt, quod tum
„ in diviſione, tum enumeratione rerum, Gallica Lingua ſpecierum
„ nomine (*eſpèces*) frequenter uti amet, rebus ſcilicet comparatè ad
„ ſuperiora genera conſideratis. at Latini Auctores generis generumve
„ nomen ſæpiùs uſurpant & tritum habent, iiſdem rebus ratione in-
„ feriorum ſpectatis. ad quod quidem Grammatici æquè ac Philoſo-
„ phi diligenter attendant, neceſſe eſt.)

Tum ſunt notanda genera, & ad certum numerum paucitatemque revocanda, 1. *de Orat*. 189. & primum, omne jus civile in certa genera digerat, quæ perpauca ſunt. deindè eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat; tum propriam cujuſque vim definitione declaret, 1. *de Orat*. 190. ſequitur ut cujuſque generis nota quæratur & formula, *Orator*.... id eſt generis infiniti....

CAP. V.

De argumentatione & Syllogiſmorum formâ.

Argumentum eſt probabile inventum ad faciendam fidem, *Partit*. 5. argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, *Top*. 8.

Argumentationem quærere videris, *quæ eſt argumenti explicatio... eſt* ergò (ut ſupra dictum eſt) *explicatio argumenti*, *argumentatio*: ſed ea conficitur, cùm ſumſerit aut non dubia, aut probabilia, ex quibus id efficias, quod aut dubium, aut minùs probabile per ſe videtur, *Partit*. 45.

Argumentatio nomine uno res duas ſignificat, ideò quod & *inventum* aliquam in rem probabile aut neceſſarium, argumentatio vocatur, & ejus inventi artificioſa expolitio: quandò igitur proferent aliquid hujuſmodi; *quoniam peperit*, *cum viro concubuit*, inventum profe-

ferent, non expolitionem. nos autem de expolitionis partibus loquimur, 1. *Rhet.* 74. 75.

Omnis argumentatio, aut *neceſſaria*, aut *probabilis* debebit eſſe. etenim, ut breviter deſcribamus, argumentatio videtur eſſe inventum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter oſtendens, aut neceſſariè demonſtrans. *neceſſariè* demonſtrantur ea, quæ aliter, ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt, hoc modo: *ſi peperit, cum viro concubuit:* hoc genus argumentandi, quod in neceſſariâ demonſtratione verſatur, maximè tractatur in dicendo aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per ſimplicem concluſionem. *complexio* eſt, in quâ utrum conceſſeris, reprehenditur, ad hunc modum: *ſi improbus eſt, cur uteris? ſin probus, cur accuſas?* enumeratio eſt, in quâ pluribus rebus expoſitis & cæteris infirmatis, una reliqua neceſſariò confirmatur, hoc pacto &c... ſimplex autem concluſio ex neceſſariâ conſecutione conficitur, hoc modo &c.... *probabile* autem eſt id, quod ferè fieri ſolet; aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hæc quamdam ſimilitudinem, ſive id falſum eſt, ſive verum... omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda eſt, aut per ratiocinationem. *inductio* eſt oratio, quæ rebus non dubiis captat aſſenſionem ejus, quîcum inſtituta eſt. quibus aſſenſionibus facit, ut illi dubia quædam res, propter ſimilitudinem earum rerum, quibus aſſenſit, probetur... hoc in genere præcipiendum nobis videtur, primum, ut illud quod inducemus per ſimilitudinem, ejuſmodi ſit, ut ſit neceſſe concedi. nam ex quo poſtulabimus nobis illud, quod dubium ſit, concedi, dubium eſſe id ipſum non oportebit. deindè illud, cujus confirmandi causâ fiet inductio, videndum eſt, ut ſimile iis rebus ſit, quas res, quaſi non dubias, ante induxerimus &c. deindè non intelligant, quò ſpectent illæ primæ inductiones, & ad quem ſint exitum perventuræ... ita fit hoc genus argumentandi tripertitum. prima pars conſtat ex ſimilitudine unâ, pluribus-ve: altera ex eo, quod concedi volumus, cujus causâ ſimilitudines adhibitæ ſunt: tertia ex concluſione, quæ aut confirmat conceſſionem, aut quid ex eâ conficiatur, oſtendit &c... ac de inductione quidem ſatis in præſentiâ dictum videtur. nunc deinceps *ratiocinationis* vim & naturam conſideremus. *ratiocinatio* eſt oratio ex ipsâ re probabile aliquod eliciens, quod expoſitum & per ſe cognitum ſuâ ſe vi & ratione confirmet. hoc de genere qui diligentiùs conſiderandum pu-

Digitized by Google

taverunt, cùm idem in uſu dicendi ſequerentur, paululùm in præcipiendi ratione diſſenſerunt. nam partim quinque ejus partes eſſe dixerunt; partim non plus quàm in tres partes poſſe diſtribui putaverunt... qui autem tripertitam eſſe dicunt, ii non aliter putant tractari oportere argumentationem, ſed partitionem horum reprehendunt. negant enim neque à propoſitione, neque ab aſſumtione approbationes eorum ſeparari oportere; neque propoſitionem abſolutam, neque aſſumtionem ſibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata non ſit. quare quas illi duas partes numerant, propoſitionem & approbationem, ſibi unam partem videri, propoſitionem: quæ ſi approbata non ſit, propoſitio non ſit argumentationis. item, quæ ab illis aſſumtio & aſſumtionis approbatio dicitur, eamdem ſibi aſſumtionem ſolam videri. ita fit, ut eâdem ratione argumentatio tractata, aliis tripertita, aliis quinquepertita videatur... nobis autem commodior illa partitio videtur eſſe, quæ in quinque partes diſtributa eſt, quam omnes ab Ariſtotele & Theophraſto profecti, maximè ſecuti ſunt &c. (nam) ſi quâdam in argumentatione ſatis eſt uti propoſitione & non oportet adjungere approbationem propoſitioni: quâdam autem in argumentatione infirma eſt propoſitio, niſi adjuncta ſit approbatio, ſeparatum quiddam eſt à propoſitione approbatio &c... quinque ſunt igitur partes ejus argumentationis, quæ *per ratiocinationem* tractatur: *propoſitio*, per quam breviter locus is exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet ratiocinationis: *propoſitionis approbatio*, per quam id, quod breviter expoſitum eſt, rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit: *aſſumtio*, per quam id, quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet, aſſumitur. *aſſumtionis approbatio*, per quam id, quod aſſumtum eſt, rationibus firmatur. *complexio*, per quam id quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur. quæ plurimas habet argumentatio partes, ea conſtat ex his quinque partibus. ſecunda eſt quadripartita. tertia tripertita. dein bipertita, quod in controverſiâ eſt. de unâ quoque parte poteſt alicui videri poſſe argumentationem conſiſtere. eorum igitur quæ conſtant, exempla ponemus: eorum quæ dubia ſunt, rationes afferemus. quinquepertita argumentatio eſt hujuſmodi &c... quatuor autem partibus conſtat argumentatio, cùm aut proponimus, aut aſſumimus ſine approbatione, id facere oportet, cùm aut propoſitio ex ſe intelligitur, aut aſſumtio perſpicua eſt & nullius approbationis indiget. propoſitionis approbatione præteritâ, qua-

quatuor ex partibus argumentatio tractatur, ad hunc modum &c... utrâque approbatione præteritâ, tripertita fit, hoc pacto &c... ſunt autem qui putant nonnunquam poſſe complexione opportunè ſuperſederi, cùm id perſpicuum ſit, quod conficiatur ex ratiocinatione: quod ſi fiat, bipertitam quoque fieri argumentationem, hoc modo: *ſi peperit, virgo non eſt :: peperit autem.* hîc ſatis eſſe dicunt proponere & aſſumere, quoniam perſpicuum ſit, quod conficiatur, complexionis rem non indigere. &c... ſi qui autem ex unâ quoque parte putabunt conſtare argumentationem, poterunt dicere ſæpè ſatis eſſe hoc modo argumentationem facere. *quoniam peperit, cum viro concubuit*... ſed nobis ambiguitate nominis videntur errare. nam argumentatio nomine uno res duas ſignificat &c. (ut ſupra)... atque hâc diſtinctione, alia quoque, quæ videbuntur officere huic partitioni propulſabimus, ſi qui aut aſſumtionem aliquandò tolli poſſe putent, aut propoſitionem... illud autem volumus intelligi nos probè tenere, aliis quoque rationibus tractari argumentationes in Philoſophiâ multis & obſcuris, de quibus certum eſt artificium conſtitutum, 1. *Rhet. cap.* 7. *n.* 44. & *cap.* 8.

Si rectè ratiocinabimur... (Vide verbum *ratiocinari* in Apparatu Cic.) captioſiſſimum genus interrogationis, quod genus minimè in Philoſophiâ probari ſolet, cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur, *Soritas* hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano. vitioſum ſanè & captioſum genus, 4. *Acad.* 50. quemadmodùm *Soriti* reſiſtas, quem, ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acervalem appellare, 2. *de Divin.* 11. venit ad *Soritas*, lubricum ſanè & periculoſum locum: quod tu modò dicebas eſſe vitioſum interrogandi genus... at vitioſi ſunt Soritæ, 4. *Acad.* 92. 93.

Complexio, per quam id quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur, 1. *Rhet.* 67. ne quod perſpicuum ſit, id in complexionem inferamus, *ibid.* 72. complexionum genera, *ibid.* 73.

Argumenti concluſio, quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, ita definitur, ratio, quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit, 4. *At.* 26. concluſio eſt exitus & determinatio totius orationis, 1. *Rhet.* 98. hæc concluſio, quam habeat vim, conſidera, 4. *Acad.* 67. concluſio ſententiarum, *Orat.* 195. intereſſe enim inter argumentum concluſionemque rationis &c. 1. *de Fin.* 30. acutulæ & breves concluſiones, 3. *de Nat.* 18. ſimplex autem concluſio ex neceſſariâ conſecutione conficitur, 1. *Rhet.* 45. fallaces concluſiunculæ, 4. *Acad.* 75. (ad ſig-

ſignificandam ipſam concluſionem his verbis Cicero utitur, *concludo*, *complector*, *efficio*, *conficio*, *infero*, *colligo*, ad hunc modum:) eaque efficere non perturbatè, ſed ſingulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod ſit conſequens iis quæ ſumentur ad quamque rem confirmandam, *Orat.* 122. ut argumentum ratione concludat, *ibid.* 137. aut demonſtrando, id quod concludere illi velint, non effici ex propoſitis, nec eſſe conſequens, 2. *de Orat.* 215. ratione concludere, hoc modo, 1. *de Divin.* 71. concludunt ratiunculis Stoici, cur &c... qui contortulis quibuſdam ac minutis concluſiunculis... effici volunt &c. 1. *Tuſc.* movemur enim ſæpè aliquo acutè concluſo, 1. *Tuſc.* concludatur ergò ratio. ſi enim &c. 2. *de Divin.* quamobrem qui &c. in eos valebit illa concluſio &c. qui autem &c. in eos nihil valebit, *de Fato.* nam aſſumtione non conceſſâ, nulla concluſio eſt, *de Fato* 14. ô acutos homines! quàm paucis verbis negotium confectum putant? ea ſumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. concluſio autem rationis ea probanda eſt, in quâ ex rebus non dubiis, id quod dubitatur, efficitur, 2. *de Divin.* 103. nimis inconſideratè concludi hanc rationem putabat, *de Fato*: ſi rectè concluſit, 4. *Acad.* 98. quomodò efficiatur, concludaturque ratio, 1. *de Fin.* 22. illa igitur ratio concluditur, 1. *de Divin.* 61. commodiùs arbitror ex rebus conceſſis concludi quid velis & ad exitum perveniri, 2. *de Fin.* 3. quæ quidem eſſe reverâ, hâc Stoicorum ratione concluditur, 2. *de Divin.* 82. aut ita *complectemur*, ut in unum conducamus propoſitionem & aſſumtionem, 1. *Rhet.* 73. unâ comprehenſione omnia *complecti*, 5. *de Fin.* 26. concluſum eſt contra Cyrenaicos ſatis acutè nihil ad Epicurum, 1. *de Fin.* 39. perfecto enim & concluſo &c. 2. *de Fin.* 85. aut ita, ut id ſolùm, quod conficitur, inferatur ad hunc modum, 1. *Rhet.* 73. hoc ſi nolis inferre, & inferas id, quod ſequitur... & concluſeris argumentationem & perſpicuam fugeris complexionem, *ibid.* 73. conficitur hoc, *ibid.* aut ita ut ex contrario ſententia conficiatur, hoc modo, *ibid.* aut ita, ut id, quod eam rem, quæ conficitur, ſequatur neceſſe eſt, *ibid.* quod conficiatur ex ratiocinatione, *ibid.* 72. ex quo conficitur... ſæpè id quod non conficitur, quaſi conficiatur, in concluſione infertur... quare obſervare diligenter oportet, & quid ſumatur, & quid ex his conficiatur... ſin autem &c. effectum illud erit &c. 4. *Acad.* 68. quare hoc quidem effectum ſit, 1. *Off.* 160.

Digitized by Google

Cogere, colligére (*ad indicandum conſectarium.*) undè colligitur, 2. *Off.* 57. hoc cogere volebat, falſas literas eſſe, *Brut. Epiſt. c. in* 7. innumerabilia ſunt ex quibus effici cogique poſſit &c. 3. *de Nat.* 33. ex quibus id quod volumus efficitur & cogitur, 2. *de Leg.* 32. hic complexio eſt infirma. aliud enim quàm cogebatur, illatum eſt, 1. *de Invent.* 87. ex eo colligere potes, quantâ occupatione diſtinear, *Att. l.* 2. *ep.* 23.

Conſectarium, *conſequens*, *conſequentia*, *conſecutio*, *connexum*, *ſumma uniuſcujuſque rationis*, Cic.

Conſectaria me Stoicorum brevia & acuta delectant, 3. *de Fin.* 26. nunc venio ad illa tua brevia, quæ conſectaria eſſe dicebas, 4. *de Fin.* 48. illud verò minimè conſectarium, ſed inprimis habes &c. *ibid.* 50.

Simplex concluſio ex neceſſariâ conſecutione conficitur, 1. *Rhet.* 45. quæ (mens) & cauſas rerum & conſecutiones videat, 2. *de Fin.* 45. *conſecutio* tractatur, cùm quid quamque rem ſequatur, inquiritur, *de Orat.* 111.

Itaque mihi placere non ſolet *conſequentia* reprehendere, cùm prima conceſſeris, 5. *Tuſc.* 24. cùm primum aſſumſeris, conſequitur id quod annexum eſt.... poteſtis igitur principia negare, cùm extrema concedetis?... ea enim dico conſequentia, quæ rem neceſſariò conſequantur, *Top.* 52. homo rationis particeps, per quam conſequentia cernit, cauſas rerum videt, 1. *Off.* 11. alia ex antecedentibus. appellantur, alia ex conſequentibus, alia ex repugnantibus, *Partit.* 7. Philoſophi in primis acuti & conſequentia & repugnantia videntes, 2. *de Divin.* 150. cùm conſequens aliquod falſum ſit, illud cujus id conſequens ſit, non poſſe eſſe verum, 4. *de Fin.* 68. cernere repugnantia, conſequentia videre, *Orat.* 16. quæque non ſint conſequentia, *de Cl.* 152. id quod concludere velis, non effici ex propoſitis, nec eſſe conſequens, 2. *de Orat.* 215. quoniam &c. conſequens eſt, ut &c. 1. *de Leg.* 15. quod non eſt conſequens, *Partit.* 18. ut efficiatur, quod ſit conſequens iis, quæ ſumentur, *Orat.* 121. his propoſitis, tenuit prorſùs conſequentia, 4. *de Fin.* 54. ſic conſequentibus veſtris ſublatis, prima tolluntur, *ibid.* 55. videamus nunc, quàm ſint præclara illa, iis, quæ nunc poſui, conſequentia, 3. *de Fin.* 25. quod cuique conſequens ſit, quodque contrarium, *Orat.* 115. hoc probato, conſequens eſt illud, 5. *Tuſc.* 18. aſſentior alterum alteri conſequens eſſe, quemadmodùm &c. *ibid.* 21. contrariorum contraria ſunt conſequentia, 5.

Digitized by Google

Tuſc. 50. his autem ea conſentanea & conſequentia, 3. *de Fin.* 48. perſpicere quid in quâque re verum ſincerumque ſit, quid conſentaneum cuique, quid conſequens, 2. *Off.* 18.

Docent enim nos Dialectici, ſi ea quæ rem aliquam conſequantur, falſa ſint, falſam illam ipſam eſſe, quam ſequantur, 4. *de Fin.* 55.

Ipſa enim ratio *connexi*, cùm conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere, 4. *Acad.* 96. ita didici, omne quod ipſum ex ſe connexum ſit, verum eſſe, *ibid.* 98. non judicem... eodem modo eſſe connexum, *ibid.* ſi igitur quod primum in connexo eſt, neceſſarium eſt; fit etiam quod conſequitur neceſſarium, *de Fato* 14. etenim ſi illud verè connectitur &c. primumque quod in connexo &c. neceſſarium eſt &c. *ibidem*.

(Præterea quid conſectarium ſit, his verbis Cicero enuntiat.) ſequitur, efficitur, conficitur, relinquitur, reliquum eſt, reſtat, neceſſe eſt, conſentaneum eſt, conſequens eſt &c.

Quo conſtituto, *ſequitur* &c. 2. *de Nat.* 75. non enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus, 2. *de Fin.* 24. ſignificant ergo. ne id quidem ſequitur, 2. *de Divin.* 106. ut enim &c. non ſequitur tamen ut etiam ſedere eos & ambulare principalibus cauſis definitum ſit, *de Fato* 9. ſequitur enim, ut ſi &c. *ibid.* 22. ſequitur illud... ſequitur id, quod... nec ſi omne enunciatum verum aut falſum eſt, ſequitur illicò eſſe cauſas immutabiles & æternas, *de Fato* 8. ſi hoc verum non eſt, ſequitur ut falſum ſit, *ibid.* 28. qui ſi non ſint &c. non ſequitur ut ne appetitus quidem &c. at hoc ſequeretur, ſi &c. *ibid.* 41. ſequitur igitur ut etiam vitia ſint paria, *Parodox.* 1... ſequitur porrò &c. quorum utrumvis ut ſit ſequitur &c.

Non continuò, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius, *pro Roſc. Amer.* 49. non continuò ſi quis populi motus factus eſt, id C. Norbano in nefario crimine eſſe ponendum, 2. *de Orat.* 199. nec ſi omne &c. ſequitur illicò &c. illicóne &c.

Reſtat igitur, ut motus aſtrorum ſit voluntarius, 2. *de Nat.* 44. reſtat, ut, aut &c. *pro Q.* 41.

Relinquitur ergò ut &c... 1. *Rhet.* 12. relinquitur igitur ut &c. *ibidem* 45. relinquitur ut id quod dicitis, *ibid.* ita relinquitur, ut &c. 2. *de Divinat.* 14.

Ex quo efficitur id quod volumus... quod enim efficiebatur ex his duobus quæ erant ſumta, 2. *de Fin.* effectum illud erit, 4. *Acad.* 68.

68. quare hoc quidem effectum ſit, 1. *Off.* 160.

Conficitur... ex quo conficitur... ex his illud conficitur &c. (ut ſupra.)

Cùm &c. conſentaneum eſt &c. 2. *de Nat. D.* 42. non eſt autem conſentaneum &c. 1. *Off.* 68. illud quæro, quid ei qui in voluptate ſummum bonum ponit, conſentaneum ſit dicere, 2. *de Fin.* his autem ea conſentanea & conſequentia, 3. *de Fin.*

Sumere, *ponere* (pro verbo, *ſupponere*, à Scholaſticis frequentato, in argumentatione Cicero uſurpat, *aſſumere* autem pro eo quod vocant deducere, inferre ex eo, quod ſumitur. de his adeas velim, Apparatum Ciceronis.) ſed demus tibi iſtas duas ſumtiones &c. 2. *de Divinat.* 108. *præſumtio* (*ibidem* pro præſuppoſitione.) videſne igitur quæ dubia ſunt, ea ſumere iſtos pro certis & concluſis, 2. *de Divin.* 106. unum hoc ſumo, quod mihi res manifeſta dat... beatos eſſe deos ſumſiſti: concedimus.... quæ autem ſumunt ut concludant, quod volunt... ſed cum bis ſumſit quod voluit, id tamen aſſumit quod concedi nullo modo poteſt... videre oportet quid concedatur, non te ipſum ſumere quod velis... tantum ſat eſt intelligi, id ſumere iſtos pro certo, quod dubium controverſumque ſit... ex vi propoſitionis aſſumere...

Argumentum (pro argumentatione, vide Apparatum Cic.) jam argumenti ratione concluſi, caput eſſe faciunt ea quæ perſpicua dicunt, 4. *de Fin.* quod argumenti ſatis eſt &c. 1. *de Leg.* 30.

Stoicorum more agamus, qui breviter adſtringere ſolent argumenta, 3. *Tuſc.* 1. ſed quid ego argumentor? quid plura diſputo?

Diſſerere, dicere, diſputare, diſceptare (pro verbo, argumentari.) Logice, quam rationem diſſerendi voco, *de Fato* 1. diſſerens in utramque partem, 9. *Att.* 3. Academiæ conſuetudo de omnibus rebus in contrarias partes diſſerendi, 2. *Tuſc.* 9. ſed & argumentandum & accuratè diſſerendum & rationibus conquiſitis de voluptate & dolore diſputandum putant, 1. *de Fin.* 31. Dialectica ars diſſerendi, 2. *de Orat.* 157. item, 1. *de Leg.* 62. diſſerendi ſubtilitas... hoc diſſerendi genus, *Top.* 56. (duplicem viam & rationem diſſerendi, aliam Dialecticorum, aliam oratoriam diſtinguit Cicero.)

Ratio (pro argumento & argumentatione.) noſtra confirmare argumentis ac rationibus: deinde contraria refutare, 2. *de Orat.* 80. non quomodò efficiatur, concludaturque ratio, tradit, 1. *de Fin.* 22. ve-

ra-ne ſit ſumma cujuſque rationis, 2. *de Orat.* 158. concluditur ergò ratio. ſi enim &c. 3. *de Nat.* 92. rationibus conquiſitis de dolore diſputandum, 1. *de Fin.* 31... exquiſitis rationibus confirmare aliquid, *ibidem.* negat opus eſſe ratione & diſputatione quamobrem &c. 4. *Acad.* judicent &c. & vera-ne ſumma ſit uniuſcujuſque rationis, 2. *de Orat.* 158.

Concluſio (*pro ipsâ argumentatione.*) hæc concluſio, quam habeat vim conſidera, 4. *Acad.* 67.

Reprehenſio eſt, per quam argumentando adverſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut elevatur... omnis argumentatio reprehenditur, ſi aut ex iis quæ ſumta ſunt, non conceditur aliquod unum, plurave: aut his conceſſis, complexio confici ex his negatur: aut ſi genus ipſum argumentationis vitioſum oſtenditur: aut ſi contra firmam argumentationem alia æquè firma, aut firmior ponitur... ſimplex autem concluſio reprehenditur, ſi id quod ſequitur non videatur neceſſariò cum eo, quod anteceſſit, cohærere... ſic conveniet reprehendi, ut demonſtretur, non neceſſariò cum priore poſterius cohærere... cùm autem his conceſſis (quæ ſumuntur) complexio ex his non conficitur, hæc erunt conſideranda, num aliud conficiatur, aliud dicatur &c... hîc cùm conceſſeris propoſitionem & aſſumtionem, complexio eſt infirmanda. aliud enim, quàm conficiebatur, cogebatur, illatum eſt... ambiguum ſi conceſſeris ex eâ parte, quam ipſe intellexeris, eam partem ſi adverſarius ad aliam partem per complexionem velit accommodare: demonſtrare oportebit, non ex eo quod ipſe conceſſeris, ſed ex eo quod ille ſumſerit, confici complexionem, ad hunc modum &c. hoc ſic reprehenditur: cùm dicebas &c. hoc intelligebam &c. & idcircò concedebam. cùm autem hoc ſumebas &c. illud accipiebam &c. ex quibus conceſſionibus non conficitur hoc &c. conficeretur autem ſi &c. 1. *Rhet. cap.* 9. expone nunc de reprehendendo. aut totum eſt negandum, quod in argumentatione adverſarius ſumſerit, ſi fictum aut falſum eſſe poſſis dicere: aut redarguenda ea, quæ pro veriſimilibus ſumta ſunt; primùm dubia ſumta eſſe pro certis. deindè etiam in perſpicuè falſis eadem poſſe dici. tum ex iis, quæ ſumſerint, non effici, quæ velint, *Partit. Orat.* 44.

Sophiſma, captio, deceptio, argutia... contorta & aculeata ſophiſmata: ſic enim appellantur fallaces concluſiunculæ, 4. *Acad.* 75. cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? 2.

Digitized by Google

2. *de Divin.* 41. quanta eſſet in verbis captio, *de Cl.* 197. eamque ſententiam nihil habere aut captionis aut vitii, *Part.* 133. captiones dialecticæ, 2. *de Fin.* 17. majore quâdam opus eſt vel arte, vel diligentiâ, ne ab iis, quæ clara ſint per ſe, quaſi præſtigiis quibuſdam & captionibus depellamur, 4. *Acad.* 45. omnes iſtius generis captiones eodem modo refelluntur, *de Fato* 30. Stoici captioſiſſimo genere interrogationis utuntur, 4. *Acad.* 49. alterum eſt, quòd fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti & decepti quidam, cùm eas diſſolvere non poſſint, deſciſcunt à veritate, *ibid.* 46. quo nihil captioſius neque indignius dici poteſt, *pro Q. R.* 52. non quâ viâ captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit (Epicurus,) 1. *de Fin.* 22. quomodo autem mentientem diſſolvas, quem pſeudomenon vocant, 2. *de Divin.* 11.

(Modum concludendi in ratiocinatione, quæ ex tribus partibus conſtet, hoc eſt in *Syllogiſmo*, ut Scholaſtici aiunt, ſi requiras;) ejus argumenti talis eſt *formula*, Top. concluduntur igitur eorum argumenta ſic. *quod eſt bonum, omne laudabile eſt. quod autem laudabile eſt, omne honeſtum eſt. bonum igitur quod eſt, honeſtum eſt.* ſatiſne hoc concluſum videtur? certè. quod enim efficiebatur ex his duobus, quæ erant ſumta, in eo vides eſſe concluſum, 3. *de Fin.* 27. item, 4. *de Fin.* 48. nunc venio ad illa tua brevia quæ conſectaria eſſe dicebas: & primum illud, quo nihil poteſt eſſe brevius: *bonum omne, laudabile. laudabile autem omne, honeſtum. igitur omne bonum honeſtum.* (& alibi:) *ſi oportet ſapere, dare operam Philoſophiæ convenit. oportet autem ſapere. igitur dare operam Philoſophiæ convenit*, 1. Rhet. 65. *ſi illud, hoc. non autem hoc. igitur ne illud quidem*, 4. de Fin. 55. *non igitur ſunt dii, nec ſignificant futura. ſunt autem dii. ſignificant ergò*, 1. de Divinat. 83. ſi ſunt dii, neque antè declarant hominibus quæ futura ſint: aut non diligunt homines: aut quid eventurum ſit ignorant: aut exiſtimant nihil intereſſe hominem ſcire, quid ſit futurum: aut non cenſent eſſe ſuæ majeſtatis præſignificare hominibus, quæ ſint futura: aut ea ne ipſi quidem dii ſignificare poſſunt: *at* neque non diligunt nos: ſunt enim benefici generique hominum amici: neque ignorant ea, quæ ab ipſis conſtituta & deſignata ſunt: neque noſtra nihil intereſt ſcire ea, quæ futura ſunt; erimus enim cautiores ſi ſcierimus: neque hoc alienum ducunt majeſtate ſuâ: nihil eſt enim beneficentiâ præſtantius: neque non poſſunt futura prænoſcere. *non ſunt igitur dii, nec*

Digitized by Google

ſignificant nobis futura: ſunt autem dii. ſignificant ergo, 2. de Divin. 102. ſi enim eſt aliquid in rerum naturâ, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod poteſtas humana efficere non poſſit, eſt certè quod illud efficit, homine melius. *atqui* res cæleſtes, omneſque eæ, quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt. eſt *igitur* id, quo illa conficiuntur, homine melius. id autem quid potiùs dixerim, quàm deum, 2. *de Nat. D.* 16. nam ſine causâ maleficium ſuſceptum eſſe non poteſt. *ſed* neque inimicitiæ fuerunt, nec metus ullus, nec ſpes ex morte illius, alicujus commodi, neque ad amicum hujus aliquem mors ejus pertinebat. *relinquitur igitur* ut ab hoc non ſit occiſus, 1. *Rhet.* 45. nam ſi quâdam in argumentatione ſatis eſt uti aſſumtione, & non oportet adjungere approbationem aſſumtioni: quâdam autem in argumentatione infirma eſt aſſumtio, niſi adjuncta ſit approbatio; ſeparatum quiddam eſt extraque aſſumtionem approbatio. eſt *autem* argumentatio quædam, in quâ aſſumtio non indiget approbationis, quædam autem, in quâ nihil valet ſine approbatione. ſeparata eſt igitur ab aſſumtione approbatio, 1. *Rhet.* 64. ſi ſummoperè ſapientia petenda eſt, ſummoperè ſtultitia vitanda eſt. ſummoperè *autem* ſapientia petenda eſt. ſummoperè *igitur* ſtultitia vitanda eſt, *ibid.* 66. aut metuamus Carthaginenſes, oportet, ſi incolumes eos reliquerimus: aut eorum urbem diruamus. *ac* metuere quidem non oportet. reſtat *igitur*, ut urbem diruamus, *ibid.* 72. ſi veniſſes ad exercitum, à Tribunis militaribus viſus eſſes. non es *autem* viſus ab his. non es *igitur* profectus ad exercitum, *ibid.* 87. falſum eſt, in quo perſpicuè mendacium eſt, hoc modo, *non poteſt eſſe ſapiens, qui pecuniam negligit. Socrates autem pecuniam negligebat. non igitur ſapiens erat*, ibid. 90. compoſita autem ea concluſio ſic eſt: eorum quæ videntur, alia vera ſunt, alia falſa, & quod falſum eſt, id percipi non poteſt: quod *autem* verum viſum eſt, id omne tale eſt, ut ejuſmodi falſum etiam poſſit videri. &, quæ viſa ejuſmodi, ut in iis nihil interſit, non poteſt accidere, ut eorum aliqua percipi poſſint, alia non poſſint. nullum igitur eſt viſum, quod percipi non poſſit, 4. *Acad.* 40. ſi omne animal mortale eſt, nullum eſt immortale: & ſi omne animal ſecari ac dividi poteſt, nullum eſt eorum individuum, nullum æternum. *atqui* omne animal ad accipiendam vim externam & ferendam paratum eſt. mortale *igitur* omne animal, & diſſolubile, & dividuum ſit neceſſe eſt, 3. *de Nat. D.* 29. etenim ea

Digitized by Google

ipſa quæ ſentiuntur, ut frigus, ut calor, ut voluptas, ut dolor, ut cætera, cùm amplificata ſunt, interimunt. nec ullum animal eſt ſine ſenſu. nullum igitur animal eſt æternum, 3. *de Nat.* 34. ejus argumenti talis eſt formula: jus civile eſt æquitas conſtituta iis, qui ejuſdem civitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas. ejus autem æquitatis utilis eſt cognitio. utilis eſt ergò juris civilis ſcientia, *Top.* 9.

Deinceps eſt locus Dialecticorum proprius *ex conſequentibus & antecedentibus & repugnantibus*... ea enim dico conſequentia, quæ rem neceſſariò conſequuntur, itemque & antecedentia & repugnantia. quicquid enim antecedit quamque rem, id cohæret cum re neceſſariò: & quicquid repugnat, id ejuſmodi eſt, ut cohærere nunquam poſſit. cùm tripertitò igitur diſtribuatur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionem, repugnantiam, reperiendi argumenti locus ſimplex eſt, tractandi ſimplex. nam quid intereſt, cùm hoc ſumſerit, pecuniam numeratam mulieri deberi, cui ſit omne argentum legatum, utrùm hoc modo concludas argumentum: *ſi pecunia ſignata argentum eſt, legata eſt mulieri. eſt autem pecunia ſignata argentum: legata igitur.* an illo modo? *ſi numerata pecunia non eſt legata, non eſt numerata pecunia argentum: eſt autem numerata pecunia argentum: legata igitur eſt.* an illo modo? *non & legatum argentum eſt, & non eſt legata numerata pecunia: legatum autem argentum eſt: legata igitur numerata pecunia eſt.* appellant autem Dialectici eam concluſionem argumenti, in quâ cum primum aſſumſeris, conſequitur id quod annexum eſt, primum concluſionis modum. cùm id quod annexum eſt, negaris, ut id quoque, cui fuerit annexum, negandum ſit, ſecundus appellatur concludendi modus. cùm autem aliqua conjuncta negaris, & his alia negatio rurſùs adjungitur, & ex his primum ſumſeris, ut quod relinquitur, tollendum ſit, is tertius appellatur concluſionis modus. ex hoc illa Rhetorum ſunt ex contrariis concluſa, quæ ipſi *enthymemata* appellant. &c... reliqui Dialecticorum modi plures ſunt, quæ ex disjunctionibus conſtant, *aut hoc, aut illud. hoc autem: non igitur illud.* itemque, *aut hoc, aut illud. non autem hoc. illud igitur.* quæ concluſiones idcircò raræ ſunt, quòd in disjunctione plus uno verum eſſe non poteſt. atque ex iis concluſionibus, quas ſupra ſcripſi, prior, quartus: poſterior, quintus à Dialecticis modus appellatur. deindè addunt conjunctionum negantiam, ſic: *non, & hoc eſt, & illud. hoc autem: non igitur illud.* hic modus eſt ſextus. ſeptimus autem, *non hoc,*

&

& illud. non autem hoc. illud igitur. ex his modis concluſiones innumerabiles naſcuntur. in quo eſt ferè tota Dialectica, *Top. cap.* 3. *n.* 52. &c. quæro enim ſi Chaldæi ita loquantur, ut negationes infinitarum conjunctionum potiùs, quàm infinita connexa ponant; cur idem Medici, cur Geometræ, cur reliqui facere non poſſint? Medicus in primis, quod erit ei perſpectum in arte non ita proponet? *ſi cui venæ ſic moventur, is habet febrem*: ſed potiùs illo modo, *non & huic venæ ſic moventur, & febrem is non habet*: itemque Geometres non ita dicet: *ſi in ſphæra maximi orbes ſunt, medii inter ſe dividuntur*: ſed potiùs illo modo: *non & ſunt in ſphærâ maximi orbes, & hi non medii inter ſe dividuntur.* quid eſt quod non poſſit iſto modo ex connexo transferri ad conjunctionum negationem. & quidem aliis modis eaſdem res efferre poſſumus, *de Fato* 15. 16.

(Captioſæ ratiocinationis hæc exempla Cicero refert.) *quod ratione utitur melius eſt, quàm id quod ratione non utitur. nihil autem mundo melius. ratione igitur mundus utitur*, 3. de Nat. 22. *quod finitum eſt*, inquit Epicurus, *habet extremum*; (&) *quod habet extremum, id cernitur ex alio extrinſecùs. at, quod omne eſt, id non cernitur ex alio extrinſecùs... nihil igitur cùm habeat extremum, infinitum ſit, neceſſe eſt*, 2. de Divinat. 103. *ſi pecunia indigetis, pecuniam non habetis: ſi pecuniam non habetis, pauperes eſtis. indigetis autem pecunia. mercatura enim, niſi ita eſſet, operam non daretis. pauperes igitur eſtis*, 1. Rhet. 88. *ſi dicis te mentiri, verumque dicis, mentiris. dicis autem te mentiri, verumque dicis. mentiris igitur.* (hanc concluſionem cum hoc modo concludendi confert.) *ſi dicis nunc lucere & verum dicis, lucet. dicis ſolem lucere, & verum dicis. lucet igitur*, 4. Acad. 95. 96.

In omnibus disjunctionibus, in quibus, *etiam*, aut *non*, poneretur, alterutrum verum eſſe, 1. *de Nat.* 70. in disjunctione plus uno verum eſſe non poteſt, *Top.* 56. disjunctio è contrariis eſt, 4. *Acad.* 97. dicunt veras eſſe ex contrariis disjunctiones, *de Fato.* 37.

CAP. VI.

Digitized by Google

CAP. VI.

De locis & argumentorum fontibus.

Ariſtotelis *Topica*... diſciplinam inveniendorum argumentorum libris illis contineri, *Top.* 1. 2. inveniendi verò artem, quæ *Topice* dicitur &c. totam reliquerunt, (Stoici) *ibid.* 6.

Ut igitur earum rerum, quæ abſconditæ ſunt, demonſtrato & notato *loco*, facilis inventio eſt; ſic cùm perveſtigare argumentum aliquod volumus, *locos* noſſe debemus. ſic enim appellatæ ab Ariſtotele ſunt hæ quaſi ſedes, è quibus argumenta promuntur. itaque licet definire *locum* eſſe argumenti ſedem: *argumentum* autem rationem, quæ rei dubiæ faciat fidem. ſed ex his locis, in quibus argumenta incluſa ſunt, alii in eo ipſo, de quo agitur, hærent; alii aſſumuntur extrinſecùs. *in ipſo*, tum ex toto, tum ex partibus ejus, tum ex notâ, tum ex his rebus, quæ quodammodò affectæ ſunt ad id de quo quæritur. *extrinſecùs* autem ea ducuntur, quæ abſunt longéque disjuncta ſunt. ſed ad id totum de quo diſſeritur, tum definitio adhibetur, quæ quaſi involutum evolvit id, de quo quæritur. ejus argumenti talis eſt formula &c... tum partium enumeratio, quæ tractatur hoc modo: ſi neque &c. neque &c. nec &c. neque &c. tum notatio, cùm ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo &c... ducuntur etiam argumenta ex iis rebus, quæ quodammodò affectæ ſunt ad id, de quo quæritur. ſed hoc genus in plures partes diſtributum eſt. nam alia *conjugata* appellamus, alia *ex genere*, alia *ex formâ*, alia *ex ſimilitudine*, alia *ex differentia*, alia *ex contrario*, alia *ex adjunctis*, alia *ex antecedentibus*, alia *ex conſequentibus*, alia *ex repugnantibus*, alia *ex cauſis*, alia *ex affectis*, alia *ex comparatione* majorum, aut parium, aut minorum. *Conjugata* dicuntur, quæ ſunt ex verbis generis ejuſdem. ejuſdem autem generis verba ſunt, quæ orta ab uno variè commutantur, ut ſapiens, ſapienter, ſapientia. hæc verborum conjugatio *συζυγία* dicitur, ex quâ hujuſmodi eſt argumentum: ſi compaſcuus ager eſt, jus eſt compaſcere. *à genere* ſic ducitur: quoniam argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ea pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. forma enim à genere, quoad ſuum

nomen retinet, nunquam ſejungitur. numerata autem pecunia nomen argenti retinet. legata igitur videtur. *à forma generis*, quam interdùm, quò planiùs accipiatur, partem licet nominare, hoc modo &c. *à ſimilitudine*, hoc modo &c. *à differentiâ*: non ſi &c. *ex contrariis* autem ſic &c. *ab adjunctis*: ſi &c. *ab antecedentibus* autem & *conſequentibus* & *repugnantibus*, hoc modo: *ab antecedentibus* &c. *à conſequentibus* &c. *à repugnantibus* &c. *ab efficientibus cauſis*, hoc modo &c. *ab effectis rebus*, hoc modo &c. *ex comparatione* autem omnia valent, quæ ſunt ejuſmodi: quod in re majore valet, valeat in minore &c. item contra: quod in minore valet, valeat in majore. licet idem exemplum convertere. item quod in re pari valet, valeat in hâc quæ par eſt, ut quoniam &c. quæ autem *extrinſecùs* aſſumuntur, ea maximè ex auctoritate ducuntur. itaque Græci tales argumentationes ἀτέχνους vocant, id eſt, artis expertes... his igitur locis, qui ſunt expoſiti, ad omne argumentum reperiendum tanquam elementis quibuſdam ſignificatio & demonſtratio datur... quandò ergò unuſquiſque eorum locorum, quos expoſui, ſua quædam membra habeat, quàm ſubtiliſſimè perſequamur, & primùm de ipsâ definitione dicatur. *definitio* eſt oratio, quæ id quod definitur, explicat quid ſit &c. genus & formam definiunt hoc modo &c. (ut ſupra, ubi de genere ipſiuſque formis.) ... ſequitur is locus, qui conſtat ex iis rebus, quæ quodammodò affectæ ſunt ad id, de quo ambigitur. quem modò dixi in plures partes diſtributum. cujus primus eſt locus *ex conjugatione*, finitimus notationi, de quâ modò dictum eſt... cùm autem à genere ducetur argumentum, non erit neceſſe id uſque à capite arceſſere: ſæpè etiam citra licet, dummodò ſupra ſit quod ſumitur, quàm id, ad quod ſumitur... commodè etiam tractatur hæc argumentatio, quæ ex genere ſumitur, cùm ex toto perſequare partes, hoc modo &c. quod genus argumenti in primis firmum videri ſolet. *ſimilitudo* ſequitur, quæ latè patet... genera tibi nota ſunt: ubi autem his utare, quæſtiones ipſæ te admonebunt. ſunt enim ſimilitudines, quæ ex pluribus collationibus perveniunt quò volunt, hoc modo &c. hæc ex pluribus perveniens quò vult, appellatur inductio &c. alterum ſimilitudinis genus collatione ſumitur, cùm una res uni, par pari comparatur hoc modo &c. ex eodem ſimilitudinis loco etiam exempla ſumuntur &c. ficta etiam exempla ſimilitudinis habent vim: ſed ea oratoria magis ſunt, quàm veſtra &c. in hoc genere Oratoribus & Poëtis con-

conceſſum eſt; ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo poſſit, augendæ rei gratiâ dicatur, aut minuendæ; quæ *hyperbole* dicitur, & multa mirabilia alia. ſed latior eſt campus illorum... ſequitur ſimilitudinem *differentia* rei maximè contraria ſuperiori: ſed eſt ejuſdem diſſimile & ſimile invenire: ejus generis hæc ſunt &c. deinceps locus eſt, qui *à contrario* dicitur. contrariorum autem genera ſunt plura. unum eorum quæ in eodem genere plurimùm differunt, ut ſapientia & ſtultitia. eodem autem genere dicuntur, quibus propoſitis occurrunt, tanquam è regione, quædam contraria, ut celeritati tarditas, non debilitas: ex quibus contrariis argumenta talia exſiſtunt; ſi ſtultitiam fugimus, ſapientiam ſequamur, & bonitatem, ſi malitiam. hæc quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur *adverſa*. ſunt enim alia contraria, quæ *privantia*, licet, appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικά... alia quoque ſunt contrariorum genera, velut ea quæ cum aliquo conferuntur: ut duplum, ſimplum; multa, pauca; longum, breve; majus, minus. ſunt etiam valdè contraria alia, quæ appellantur *negantia*, ea ἀποφατικὰ Græcis contraria aïentibus: ut ſi hoc eſt, illud non eſt, *Top. cap.* 1. 2. 3. (& alibi:) contrarium eſt, quod poſitum in genere diverſo, ab eodem, cui contrarium eſſe dicitur, plurimùm diſtat, ut frigus calori, vitæ mors. *diſparatum* autem eſt id, quod ab aliquâ re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo, ſapere & non ſapere, 1. *Rhet.* 42. contraria ea dico, cùm alterum ait, alterum negat, 4. *Acad.* 97. neceſſe eſt enim in rebus contrariis duabus (contraria autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat.) ex his igitur neceſſe eſt, invito Epicuro, alterum verum eſſe, alterum falſum, *de Fato* 37.

Ab adjunctis autem poſui equidem exemplum &c. admonet autem hic locus, ut quæratur quid ante rem, quid cum re, quid poſt rem evenerit &c. *Top.* 50... deinceps eſt locus Dialecticorum proprius *ex conſequentibus* & *antecedentibus* & *repugnantibus*. qui etiam ab adjunctis longè diverſus eſt. nam *adjuncta* non ſemper eveniunt. conſequentia autem ſemper. ea enim dico conſequentia quæ rem neceſſariò conſequuntur, itemque & antecedentia & repugnantia &c. *Top.* 50. 52. (vide caput de argumentatione, *pag.* 28.)

Proximus eſt locus rerum efficientium, quæ *cauſæ* appellantur. deindè rerum effectarum ab efficientibus cauſis. harum exempla, ut re-

reliquorum locorum, paulò antè poſui &c. *Top.* 58. (vide ſuperius caput de multiplici cauſarum genere.) conjunctus huic cauſarum loco locus ille eſt, qui efficitur ex cauſis. ut enim cauſa effectum indicat, ſic, quod effectum eſt, quæ fuerit cauſa, demonſtrat, *Top.* 67... reliquus eſt comparationis locus, cujus genus & exemplum ſupra poſitum eſt, ut cæterorum. nunc explicanda tractatio eſt. comparantur igitur ea, quæ aut *majora*, aut *minora*, aut *paria* dicuntur: in quibus ſpectantur hæc, numerus, ſpecies, vis, quædam etiam ad res aliquas affectio &c. *ibid.* 68.

Perfecta eſt omnis argumentorum inveniendorum præceptio, ut cùm profectus ſis à definitione, à partitione, à notatione, à conjugatis, à genere, à formâ, à ſimilitudine, à differentiâ, à contrariis, ab adjunctis, à conſequentibus, ab antecedentibus, à repugnantibus, à cauſis, ab effectis, à comparatione majorum, minorum, parium, nulla præterea ſedes argumenti quærenda ſit, *Top.* 72.

Argumentatio, quæ dicitur artis expers, in teſtimonio poſita eſt. *teſtimonium* autem nunc dicimus omne, quod ab aliquâ re externâ ſumitur ad faciendam fidem. perſona autem non qualiſcumque, teſtimonii pondus habet: ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur. ſed auctoritatem aut natura, aut tempus affert. naturæ auctoritas in virtute ineſt maximè... quæ autem virtute fidem faciunt, ea bipertita ſunt. ex quibus alterum naturâ valet, alterum induſtriâ. deorum enim virtus naturâ excellit: hominum autem induſtriâ. *divina* hæc ferè ſunt teſtimonia: primum *orationis*. oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his deorum oratio. deinde *rerum*, in quibus inſunt quaſi opera divina quædam. primùm ipſe mundus, ejuſque omnis ordo & ornatus &c. *Top.* 77. teſtimoniorum quæ ſunt genera? divinum & humanum. divinum, ut oracula, ut auſpicia, ut vaticinationes & reſponſa ſacerdotum &c. humanum, quod ſpectatur ex auctoritate, & ex voluntate, & ex oratione aut liberâ, aut expreſſâ, in quo ſunt ſcripta, pacta, promiſſa, jurata, quæſita, *Partit.* 6.

Quid enim eſt in quo hæreat, qui viderit, omne, quod ſumatur in oratione aut ad probandum, aut ad refellendum, aut ex ſuâ ſumi vi atque naturâ, aut aſſumi foris? *ex ſuâ vi*, cùm aut res, quæ ſit tota, quæratur, aut pars ejus, aut vocabulum quod habeat, aut quippiam, rem illam quod attingat. *extrinſecùs* autem, cùm ea, quæ ſunt foris, neque inhærent in rei naturâ, colliguntur. ſi res tota quæritur,

tur, definitione univerſa vis explicanda eſt, ſic &c. ſin pars, partitione, hoc modo &c. ſin ab eo quod rem attingat, plures ſunt argumentorum ſedes ac loci. nam & conjuncta quærimus, & genera, & partes generibus ſubjectas, & ſimilitudines, & diſſimilitudines, & contraria, & conſequentia, & conſentanea, & quaſi præcurrentia, & repugnantia & cauſas rerum veſtigabimus, & ea quæ ex cauſis orta ſunt, & majora, paria, minora quæremus. ex conjunctis ſic argumenta ducuntur &c. ex genere autem: ſi &c. ex parte autem eâ, quæ eſt ſubjecta generi &c. ex ſimilitudine &c. ex diſſimilitudine &c. jam ex contrario &c. ex conſentaneis &c. ex conſequentibus & præcurrentibus & repugnantibus &c. ex cauſis autem rerum ſic &c. ex iis autem quæ ſunt orta de cauſis &c. majora autem & minora & paria comparabimus ſic: ex majore ſic &c. ex minore ſic &c. ex pari ſic &c. foris autem aſſumuntur ea, quæ non ſuâ vi, ſed extraneâ ſublevantur &c. 2. *de Oratore*, *cap.* 15.

Idemque (Ariſtoteles) locos (ſic enim appellat) quaſi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio, *Orator.* 46.

Quibus rebus fides fit? argumentis quæ ducuntur ex locis, aut in re ipsâ inſitis, aut aſſumtis. quos vocat locos? eos in quibus latent argumenta. quid eſt argumentum? probabile inventum ad faciendam fidem. quomodò igitur duo genera iſta dividis? quæ ſine arte putantur, ea remota appello, ut teſtimonia. quid *inſita?* quæ inhærent in ipsâ re... quæ ſunt quæ dicis inſita? quæ infixa ſunt rebus ipſis, quæ ſunt ipſi contrariove ejus aut ſimilia, aut diſſimilia, aut conſentanea, aut diſſentanea; ut ea quæ ſunt quaſi conjuncta, aut ea quæ ſunt quaſi pugnantia inter ſe, aut earum rerum, de quibus agitur, cauſa; aut cauſarum eventus, id eſt, quæ ſunt effecta de cauſis; ut diſtributiones, ut genera partium, generumve partes, ut primordia rerum & quaſi præcurrentia &c. *Partit. cap.* 2. illos locos tanquam theſauros quoſdam argumentorum notatos habet, *Partit.*

Primus locus ſumitur ab auctoritate... qui locus ſumetur ex fortibus, ex oraculis... item ex majoribus noſtris.. ſecundus locus eſt, per quem &c. tertius locus eſt, per quem quærimus &c. quartus locus eſt, per quem demonſtramus &c. quintus locus eſt, per quem oſtendimus &c. ſextus locus eſt, per quem conſultò & de induſtriâ factum eſſe demonſtratur &c. 1. *Rhet.* 101.

Hæc ergò argumenta, quæ transferri in multas cauſas poſſunt, locos communes appellamus, 2. *Rhet.* 48. Loci communes, qui de universâ re tractare ſolent, 3. *de Orat.* 104. communibus locis uti, *de Cl.* 82. deſine communibus locis, 4. *Ac.* 80. atque hoc ſit nobis dictum communiter de omni genere locorum communium... 2. *Rhet.* 50. hoc autem eſt in horum locorum expoſitione, & in cæterorum oportebit attendere, non omnes in omnem cauſam convenire, 1. *Rhet.* 1. locorum autem communium quoniam duo ſunt genera, 2. *Rhet.* 68. traditi ſunt, è quibus argumenta eruantur, duplices loci: uni è rebus ipſis, alteri aſſumti, *Orat.* 122. è quibus locis, tanquam theſauris, argumenta depromerentur, 4. *de Fin.* locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet, 2. *de Orat.* 118. ſedes & tanquam domicilia omnium argumentorum, *ibid.* 162. inducere locos communes, *Orat.* 136.

Magnus locus Philoſophiæque proprius à Peripateticorum familiâ tractatus, 2. *de Divin.* 3. eſt enim hic locus latè patens de naturâ uſuque verborum, *Orat.* 162. locus latiſſimè patens... magnus ſanè locus, & à veſtris, Cotta, vexatus... itaque hunc locum longè & latè patentem... difficili in loco verſor... intelligo, quàm ſcopuloſo difficilique in loco verſor.... atque in hoc loco, mihi caput illud videtur eſſe, ut quæramus &c... attamen ne cui loco non videatur eſſe reſponſum... hoc loco confirmato, tum diluere ea, quæ contra dici poterunt, oportebit... ſit jam hujus loci finis... hoc autem loco, de &c. quærimus... hoc loco continetur id &c... de quo, alio loco, plura dici ſolent... qui locus eſt ſanè lubricus, quòd vix invenitur, qui &c... ex quatuor autem locis &c... opportunitas loci... reſtat locus huic diſputationi vel maximè neceſſarius.... patefactus eſt enim locus ipſe.... cùm igitur hic locus nihil habeat dubitationis &c. primum ſtatuo &c...

Reconditis atque abditis è fontibus hauriuntur... Philoſophiæ fontes aperiamus... ac de primo quidem officii fonte diximus... hæc fonte inventionis eodem utetur, quo utitur confirmatio &c... aperiamus autem ea *capita*, unde &c. ducitur &c. 2. *de Orat.*

Loci ex quibus argumenta promuntur... ex quibus argumenta eruamus &c.

Cap. VII.

Digitized by Google

CAP. VII.

Definitio & deſcriptio.

§. I.

Definitio eſt oratio, quæ id, quod definitur, explicat quid ſit, *Top.* 26. eſt enim definitio, earum rerum, quæ ſunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis & circumſcripta quædam explicatio, 1. *de Orat.* 189. & quoniam in omnibus quæ ratione docentur & viâ, primum conſtituendum eſt, quid quidque ſit (niſi enim inter eos qui diſceptent, convenit, quid ſit illud de quo ambigitur, nec rectè diſſeri, nec unquam ad exitum perveniri poteſt.) explicanda eſt ſæpè verbis mens noſtra de quâque re, atque involutæ rei notitia definiendo aperienda eſt: ſiquidem definitio eſt oratio, quæ quid ſit id, de quo agitur, oſtendit quàm breviſſimè, *Orat.* 116 definitionibus, quam vim (nomina) habeant, eſt exprimendum, 1. *de Orat.* 189. tum propriam cujuſque (generis) vim definitione declaret, *ibid.* 190. tum definitio adhibetur, quæ quaſi involutum evolvit id, de quo quæritur, *Top.* 9. ſi res tota quæritur, definitione univerſa vis explicanda eſt, 2. *de Orat.* 164. atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cùm quid quidque ſit aperitur, definitio eſt, 2. *de Fin.* 5. ad definitionem autem pertinet ratio & ſcientia definiendi, *Top.* 87. omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliquâ re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputetur, 1. *Off.* 7. brevis & aperta & ex opinione hominum deſcriptio, 2. *Rhet.* 53. ita quæcumque eſt hominis definitio, una in omnes valet, 1. *de Leg.* 29.

Dicendum, qui ſit definitionis modus. ſic igitur Veteres præcipiunt, cùm ſumſeris ea, quæ ſunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, uſque eò perſequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſſit. ut hoc: *hæreditas eſt pecunia.* commune adhuc &c. adde quod ſequitur &c. nondùm eſt definitum &c. unum adde verbum &c. nondùm eſt ſatis: adde &c. confectum eſt, *Top.* 29. verborum omnium definitiones, in quibus neque abeſſe quidquam de-

decet, neque redundare, 2. *de Orat.* 83. atque hoc in genere cauſarum nonnulli præcipiunt, ut verbum illud, quod cauſam facit, lucidè breviterque uterque definiat &c. in quibus hoc præcipit ratio atque doctrina, ut vis ejus rei quam definias, ſic exprimatur, ut neque abſit quidquam, neque ſuperſit, *ibid.* 108.

Definitionum autem duo ſunt genera prima. unum earum rerum, quæ ſunt: alterum earum quæ intelliguntur &c. atque etiam definitiones aliæ ſunt partitionum, aliæ diviſionum &c. *Top.* 28.

Non eſt dubium id quidem, quin definitio genere declaretur, & proprietate quâdam, aut etiam communium frequentiâ, ex quibus proprium quid ſit, eluceat. ſed quoniam de propriis oritur plerúmque magna diſſenſio, definiendum eſt ſæpè ex contrariis, ſæpè etiam ex diſſimilibus, ſæpè ex paribus. quamobrem deſcriptiones quoque ſunt in hoc genere ſæpè aptæ, & enumeratio conſequentium, in primiſque commovet explicatio vocabuli ac nominis, *Partit.* 41... commune eſt, quod nihilò magis ab adverſariis, quàm à nobis facit &c.

Incurrit huc definitio, quid ſit &c... ex parte quâdam, non ex omni genere definita &c. aut ſi, cùm totum debebit oſtendere, de parte aliquâ loquatur.

Definitione atque deſcriptione, aut informatione verbi, *Partit.* 102. hæc enim eſt ferè deſcriptio officii, 1. *Off.* 101.

Et ea breviter illuſtret verbiſque definiat, 2. *de Orat.* 162. ſi quis univerſam & propriam Oratori vim definire complectique vult &c. 1. *de Orat.* 64. quæ autem pars ſubjecta generi eſt, eam ſic definiunt, ut &c. erit igitur hæc facultas in eo, ut definire rem poſſit: neque id faciat tam preſſè & anguſtè, quàm in Philoſophorum diſputationibus fieri ſolet, *Orat.* 117. ſic definitur à Stoicis, ut &c... jam ſi res plures erunt definiendæ, ut ſi quæratur &c. itaque probè definitur, cùm eam virtutem eſſe dicunt &c. generaliter definire, 1. *Rhet.* 9.

Quæ enim iſtarum definitionum non aperit notionem noſtram, quam habemus omnes de fortitudine, tectam atque involutam? quâ apertâ &c. 4. *Tuſc.* 52.

§. 2.

§. 2.

De partitione & diviſione.

Diviſio, partitio, diſtributio, ſectio. divido, partior, diſtribuo; diſpartio, tribuo in partes, ſeco, digero, diſtinguo, diſcrimino; diſturbo, ſegrego. Cic.

Definitiones aliæ ſunt *partitionum*, aliæ *diviſionum*. partitionum, cùm res ea, quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur; ut ſi quis Jus civile dicat id eſſe, quod in legibus, ſenatûs conſultis, rebus judicatis, Juriſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate, conſiſtat. *diviſionum* autem definitio formas omnes complectitur, quæ ſub eo genere ſunt, quod definitur &c. *Top.* 28... partitionum autem & diviſionum genus quale eſſet, oſtendimus. ſed quid inter ſe differant, planiùs dicendum eſt. in partitione quaſi membra ſunt, ut corporis caput, humeri, manus, latera, crura, pedes & cætera. in diviſione formæ ſunt, quas Græci ideas vocant; noſtri *ſpecies* appellant, *ibidem* 30.

Rectè habita in cauſâ partitio illuſtrem & perſpicuam totam efficit orationem. ejus partes ſunt duæ, quarum utraque magnoperè ad aperiendam cauſam & conſtituendam pertinet controverſiam. una pars eſt, quæ quid cum adverſariis conveniat & quid in controverſiâ relinquatur, oſtendit; ex quo certum quiddam deſignatur auditori, in quâ animum debeat habere occupatum. altera eſt, in quâ rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expoſitio ponitur diſtributa: ex quâ conficitur, ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum. nunc utroque genere partitionis, quemadmodùm conveniat uti, breviter dicendum videtur &c... quæ autem partitio rerum diſtributam continet expoſitionem, hæc habere debet brevitatem, abſolutionem, paucitatem. brevitas eſt, cùm, niſi neceſſarium, nullum aſſumitur verbum... abſolutio eſt, per quam omnia, quæ incidunt in cauſam genera, de quibus dicendum eſt, amplectimur partitione. in quâ videndum eſt, ne aut aliquod genus utile relinquatur, aut ſerò extra partitionem, id quod vitioſiſſimum ac turpiſſimum eſt, inferatur. paucitas in partitione ſervatur, ſi genera ipſa rerum ponuntur, neque permixtè cum partibus implicantur. nam genus eſt, quod

 plu-

plures partes amplectitur, ut animal. pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut equus. ſed ſæpè eadem res, alii genus, alii pars eſt &c. hoc igitur vitandum eſt, ne cujus genus poſueris, ejus aliquam ſicuti diverſam ac diſſimilem partem ponas in eâdem partitione &c. 1. *Rhet.* 31. &c... vitioſum eſt in dividendo, partem in genera numerare, 2. *de Fin.* 26.

Is genus univerſum in ſpecies certas, ut nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur ac dividet, *Orat.* 117.

Partitè, definitè, diſtinctè dicere, *Orat.* 99.

Cùm autem quid ſit, quæritur, notio explicanda, & proprietas, & diviſio, & partitio, *Top.* 83.

Idque ipſum in ea, quæ decuit, membra partitus eſt, *de Univ.* 19. partiatur in animum & corpus, extraneas res licebit.

Bipertitum, tripartitum, quadripartitum, quinquepartitum. bipertitò, bifariam, tripartitò. Ariſtoteles bona diviſit tripartitò, 5. *Tuſc.* 40. quadripartita fuit diviſio tua: primùm &c. deindè &c. tum &c. poſtremùm &c. 3. *Off.* nam qui è diviſione tripartitâ duas partes abſolverit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam...

Omnes autem ejus partes atque omnia membra, 1. *de Nat.* 9.

Sed omne quod &c. quatuor partium oritur ex aliquâ. aut enim in &c. verſatur... aut in &c... ex quatuor autem locis, in quos honeſti naturam vimque diviſimus &c.... omninò dividunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quæſtionem in partes quatuor &c... eamque diſputationem tres in partes noſtri ferè dividunt &c.

Epicurus nihil de dividendo ac partiendo docet.

Diſtribuere *æquabiliter* prædam diſpartiri, 2. *Off.* 40.

Dividuus, individuus.. diſſolubile & dividuum eſt omne animal mortale, 3. *de Nat.* 29. partes, quæ infinitè ſecari ac dividi poſſint, cùm ſit nihil omninò in rerum naturâ, quod dividi nequeat... quæ intervallo item indefinitè dividi poſſint, 1. *Acad. Q.* materia quæ dividua gignitur, *de Univ.* 19.

Cap.

Cap. VIII.

De multiplici genere cauſarum.

Cauſa eſt, quæ efficit id, cujus eſt cauſa; ut vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. itaque non ſic cauſa intelligi debet, ut quod cuique antecedat, id ei cauſa ſit, ſed quod cuique *efficienter* antecedat &c... intereſſe autem aiunt, utrùm ejuſmodi quid ſit, *ſine quo* aliquid effici non poſſit, an ejuſmodi *cum quo* aliquid effici neceſſe ſit. nulla igitur earum cauſa eſt, quoniam nulla rem ſuâ vi efficit, cujus dicitur cauſa: nec id, *ſine quo* quippiam non fit, cauſa eſt: ſed id, quod cùm acceſſit, id, cujus cauſa eſt, efficit neceſſariò, *de Fato* 34. 35. cauſam appello rationem efficiendi: eventum id, quod eſt effectum, *Partit. Orat.* 110.

Quicquid enim oritur, qualecumque eſt, cauſam habeat à naturâ neceſſe eſt: ut etiam ſi præter conſuetudinem exſtiterit, præter naturam tamen non poſſit exſiſtere.... illud (igitur) exploratum habeto, nihil fieri potuiſſe ſine cauſâ, 2. *de Divinat.* 60. omnia quæ fiunt, cauſis fiunt antegreſſis... antecedentibus cauſis, *de Fato.* ut omnia cauſis fiant antepoſitis, *ibid.* ut nihil fieret niſi prægreſſione cauſæ, *ibid.* & nihil vellet ſine præpoſitis cauſis evenire, *ibidem.* ſine antecedente & externâ cauſâ, *ibid.* nullius rei, cauſâ remotâ, reperiri origo poteſt, *de Univ.* 3.

Proximus eſt locus rerum efficientium, quæ cauſæ appellantur: deinde rerum effectarum ab efficientibus cauſis... cauſarum igitur genera duo ſunt: unum, quod *vi ſuâ* id, quod ſub eâ ſubjectum eſt, certè efficit, ut ignis accendit: alterum, quod naturam efficiendi non habeat, ſed *ſine quo* effici non poſſit: ut ſi quis æs cauſam ſtatuæ velit dicere, quòd ſine eo non poſſit effici. hujus generis cauſarum, *ſine quo* non efficitur, alia ſunt quieta, nihil agentia, ſtolida quodammodo, ut locus, tempus, materia, ferramenta & cætera generis ejuſdem. alia autem præcurſionem quandam adhibent ad efficiendum & quædam afferunt per ſe adjuvantia, & ſi non neceſſaria, ut amori congreſſio cauſam attulerit, amor flagitio. ex hoc genere cauſarum, ex æternitate pendentium, fatum à Stoicis nectitur. atque ut earum cauſarum, ſine quibus effici non poteſt, genera diviſi, ſic etiam efficientium

tium dividi poſſunt. ſunt enim aliæ cauſæ, quæ planè efficiant, nullâ re adjuvante: aliæ, quæ adjuvari velint: ut ſapientia efficit ſapientem ſola per ſe: beatos efficiat, necne, ſola per ſe, quæſtio eſt.... hoc igitur *ſine quo* non fit, ab eo à quo certè fit, diligenter eſt ſeparandum.... atque etiam eſt cauſarum diſſimilitudo, quòd aliæ ſunt, ut ſine ullâ appetitione animi, ſine voluntate, ſine opinione, ſuum quaſi opus efficiant; velut, ut omne intereat, quod ortum eſt. aliæ autem aut voluntate efficiuntur, aut perturbationibus animi, aut habitu, aut naturâ, aut arte, aut caſu... omnium autem cauſarum in aliis ineſt conſtantia, in aliis non ineſt. in naturâ & in arte conſtantia eſt, in cæteris nulla. ſed tamen earum cauſarum, quæ non ſunt conſtantes, aliæ ſunt perſpicuæ, aliæ latent. perſpicuæ ſunt, quæ appetitionem animi judiciumque tangunt. latent, quæ ſubjectæ ſunt fortunæ. cùm nihil ſine causâ fiat, hoc ipſum eſt fortunæ eventus, obſcura cauſa, quâ latenter efficitur. etiam ut ea quæ fiunt, partim ſint ignorata, partim voluntaria. ignorata, quæ neceſſitate effecta ſunt. voluntaria, quæ conſilio. quæ autem fortunâ, vel ignorata, vel voluntaria, *Top. cap.* 4. ecquid autem poſſit effici, nec-ne poſſit, in quo etiam, quàm facilè poſſit, quámque expediat, quæri ſolet, maximè ex cauſis iis, quæ quamque rem efficiant, eſt videndum. cauſarum autem genera ſunt plura. nam ſunt aliæ, quæ ipſæ conficiunt, aliæ, quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. itaque illæ ſuperiores, *conficientes* vocentur: hæ reliquæ ponantur in eó genere, ut ſine his confici non poſſit. conficiens autem cauſa alia eſt abſoluta & perfecta per ſe: alia aliquid adjuvans & efficiendi ſocia quædam: cujus generis vis varia eſt, & ſæpè aut major, aut minor; ut & illa, quæ maximam vim habet, ſola ſæpè cauſa dicatur. ſunt autem aliæ cauſæ, quæ aut propter principium, aut propter exitum *conficientes* vocantur, *Partit. Orat.* 93. ſed intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem, *de Fato* 19. cauſarum genera diſtinguit (Chryſippus)... cauſarum enim, inquit, aliæ ſunt perfectæ & principales: aliæ adjuvantes & proximæ. quamobrem cùm dicimus omnia fato fieri cauſis antecedentibus, non hoc intelligi volumus, cauſis perfectis & principalibus, ſed cauſis antecedentibus, adjuvantibus & proximis &c. *de Fato* 41. ut ſi omnia fato fiant, omnia fiant cauſis antecedentibus & neceſſariis, *ibid.* 44.

Principia & cauſæ rerum, 1. *Off.* 11.

De

De naturâ autem ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera eſſet *efficiens*, altera autem *quaſi huic ſe præbens*. ea autem, quâ efficeretur aliquid, in eo, quod efficeret, *vim* eſſe cenſebant; in eo autem quod efficeretur, *materiam* quamdam; in utroque tamen utrumque &c. 1. *Acad.* 24. ergò illa initia, ut è Græco vertam, elementa dicuntur; è quibus aër & ignis *movendi vim* habent & efficiendi: reliquæ partes, *accipiendi & quaſi patiendi*. aquam dico, & terram, 1. *Acad.* 26... ſed quid ſit ipſa *natura*, explicandum eſt ante breviter, quò facilius id, quod docere volumus, intelligi poſſit. namque alii naturam cenſent eſſe vim quamdam ſine ratione, cientem motus in corporibus neceſſarios; alii autem vim participem rationis atque ordinis, tanquam viâ progredientem, declarantemque quid cujuſque rei cauſa efficiat, quid ſequatur, cujus ſolertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poſſit imitando &c. 2. *de Nat. D.* 81. noſtra tu Phyſica noſti quæ contineantur ex affectione & ex materiâ eâ, quam fingit & format effectio, 1. *Acad.* 6. Plato ex materiâ in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet à deo ſempiternum, 4. *Acad.* 118. inde eſt indagatio nata initiorum & tanquam ſeminum, unde eſſent omnia orta, generata, concreta, 5. *Tuſc.* 69. quæ ſint initia rerum, ex quibus naſcuntur omnia, 2. *de Divin.* 11.

Cognitionis quæſtiones tripartitæ ſunt, cùm *an ſit*, aut *quid ſit*, aut *quale ſit*, quæritur, *Top.* 81. una (ratio) eſt, cùm quæritur ſitne aliquid: altera, undè ortum ſit: tertia, quæ id cauſa effecerit: quarta, in quâ de mutatione rei quæritur, ſit, necne ſit, *ibid.* primò quæritur ſitne aliquid.. deindè, undè ortum ſit; tum, quæ cauſa id effecerit... cùm autem quid ſit quæritur, notio explicanda eſt, & proprietas, & diviſio, & partitio, *Top.* 83.

Effector, effectrix, effectrices... cùm cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, 1. *Acad.* eſt certè quod illud efficit, homine melius, 2. *de Nat.* 16.

Principalibus cauſis definitum & conſtitutum ſit, *de Fato*.

Cui (Platoni) duos placet eſſe motus, unum ſuum, alterum externum. eſſe autem divinius, quod ipſum ex ſe ſuâ ſponte moveatur, quàm quod pulſu agitetur alieno. hunc autem motum in ſolis animis eſſe ponit, ab hiſque principium motûs eſſe putat, 2. *de Nat.* 32. nec verò Ariſtoteles non laudandus in eo, quòd omnia, quæ moventur, aut naturâ moveri cenſuit, aut vi, aut voluntate, *ibid.* 44. principium

movendi, 1. *Tuſc.* 53. principii autem nulla eſt origo. nam ex principio oriuntur omnia: ipſum autem nullâ ex re aliâ naſci poteſt. nec enim eſſet in principium, quod gigneretur aliundè, *ibidem.* principium motionis, *de Fato* 43. quid eſt cujus principium aliquod ſit, nihil ſit extremum? 1. *de Nat.* 20. nec principium, nec finem habet, *de Senect.* 78. cujus... neque principium invenire, neque evolvere exitum poſſum, *pro Cœl.* 56. an à principio dii omnia fecerint, 1. *de Nat.* 2. jam indè à principio, 4. *de Fin.* 34. cæteris quæ moventur, hic fons, hoc principium eſt movendi, *de Somn.* 20. omnium rerum principia parva, ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur, 5. *de Fin.* 58. principium... & quaſi ſeminarium, 1. *Off.* 54. abeunt enim illuc omnia, undè orta ſunt. aperiamus autem ea capita, undè &c... cauſæ immutabiles & æternæ, *de Fato* 28.

Quid efficiatur è quoque. quid cui conſequens ſit, quodque contrarium... ex quo quæque gignantur: quæ cujuſque rei ſit cauſa.

Homo qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia & cauſas rerum videt, earumque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat &c. 1. *Off.* 11.

Non minùs operis mihi videtur de ſingulis generibus rerum, quàm de cauſis ſingulorum dicere...

Omninò autem qui diligenter omnium cauſarum vim & naturam cognoverit, cùm genere primo, tum etiam formâ eas intelliget diſſidere. cæteris autem partibus aptas inter ſe omnes & aliam in aliam implicatam videbit, 2. *Rhet.*

Proxima & continens cauſa... aſſenſionis proximam & continentem cauſam eſſe in viſo poſitam....

Non enim ſi alii ad alia propenſiores ſint propter cauſas naturales & antecedentes, idcircò etiam noſtrarum voluntatum atque appetitionum ſunt cauſæ naturales & antecedentes. nam nihil eſſet in noſtrâ poteſtate ſi res ita ſe haberet, *de Fato.* & ſi cauſa appetitûs non eſt ſita in nobis, ne ipſe quidem appetitus eſt in noſtrâ poteſtate, *ibidem.* cauſa diſtribuitur in *impulſionem* & *ratiocinationem* &c. 2. *Rhet.* 17.

Materiam enim rerum *ex quâ* & *in quâ* omnia ſint, totam eſſe flexibilem & commutabilem, ut nihil ſit quod non ex eâ, quamvis ſubitò fingi convertique poſſit. ejus autem univerſæ fictricem & moderatricem divinam eſſe providentiam, 3. *de Divinat.* 92. ex materiâ in ſe omnia recipiente, 4. *Acad.* 118. ſed ſubjectam putant omnibus ſine ullâ

ullâ ſpecie atque carentem omni illa qualitate, materiam quamdam, *ex qua* omnia expreſſa atque effecta ſint: quæ tota omnia accipere poſſit, omnibuſque modis mutare, atque ex omni parte, eóque etiam interire, non in nihilum, ſed in ſuas partes, quæ infinitè ſecari ac dividi poſſint: cùm ſit nihil omninò in rerum naturâ minimum, quod dividi nequeat, 1. *Acad.* 28. non eſt probabile eam materiam rerum, undè orta ſunt omnia, eſſe divinâ providentiâ effectam, 3. *de Nat.* (inquiebant Epicurei.) in rerum naturâ duo quærenda ſunt; unum, quæ materia ſit, ex quâ quæque res efficiatur; alterum, quæ vis ſit, quæ quidque efficiat, 1. *de Fin.* 18. nullum eſt corpus, quod effugiat accipiendi aliquid extrinſecùs, 3. *de Nat.* 29.

Materiam artis eam dicimus, in quâ omnis ars & ea facultas, quæ conficitur ex arte, verſatur, ut ſi medicinæ materiam dicamus morbos ac vulnera, quod in iis omnis medicina verſetur. item, quibus in rebus verſatur ars & facultas oratoria, eas res materiam artis Rhetoricæ nominamus, 1. *Rhet.* 7. videtur dicendum de genere ipſius artis, de officio, de fine, *de materiâ*, de partibus, 1. *Rhet.* 5. hæc tanquam aliqua materies Oratoribus ſubjecta eſſe debent, 1. *de Orat.* 201. aliqua ei materia danda eſt, in quâ verſari poſſit, 2. *de Divin.* 12. quocirca huic quaſi materia quam tractet, & in quâ verſetur, ſubjecta eſt veritas, 1. *Off.* 16. eſt etiam quaſi quædam materies ſubjecta honeſtati, quæ maximè ſpectatur in amicitiis &c. *Partit. Orat.* 88. eſtque illa ſubjecta quaſi materia ſapientiæ, 3. *de Fin.* 60. penè infinita vis & materia artium illarum, 1. *de Orat.* 10. materia æquitatis, *pro Cæc.* 80. erit materies digna facultate & copiâ tuâ, 5. *Fam.* 12. creſcit mihi quidem materies, 2. *Att.* 7. materies illa fuit Phyſici, 1. *de Orat.* 49. materia ad argumentum ſubjecta, *Part.* 38... in eâ verſatur oratio, atque in eâ eſt ei ſubjecta materies.

Argumentum (pro ſubjectâ materiâ, quæ tractanda ſit. vide Apparatum Ciceronis.)

Omnium rerum vim, naturam, cauſaſque noſſe.... quod verò maximè rem cauſaſque continet, eſt &c.... quàm multæ, quámque de rebus variis, & cauſæ cur quidque fiat, & demonſtrationes quemadmodum quæque fiant &c. 4. *de Fin.*

Cauſarum ignoratio, 2. *de Divin.* 49. obſcuritas & ignoratio cauſarum, 1. *Acad.* 29.

Finis (pro causâ, cujus gratiâ.) finis bonorum, quò referuntur, & cujus

cujus cauſâ facienda ſunt omnia, 1. *de Leg.* 52. inter officium autem & finem hoc intereſt, quòd in officio quid fini, in fine, quid officio conveniat, conſideratur: ut Medici officium dicimus eſſe curare ad ſanandum appoſitè: finem, ſanare curatione. item Oratoris quid officium & quid finem eſſe dicamus, intelligimus, cùm id quod facere debet, officium eſſe dicimus; illud, cujus cauſâ facere debet, *finem* appellamus, 1. *Rhet.* 6. in illis enim finis eſt, ut id quod dicitur, verum eſſe videatur: in his tametſi quoque videri oportet, tamen finis eſt amplitudo... quorum fines ipſi declarant, quibus utendum locis ſit, *Top.* 91. quem ergò ad finem putas &c. pro *Cæl.* 11. finis cauſâ aliquid facimus, 1. *Rhet.* opiniones de finibus bonorum & malorum, 5. *Tuſc.* 85. deindè, quem ad finem? 9. *Fam.* 26. vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennii finem &c. 1. *Off.* 52. domûs finis eſt uſus, 1. *Off.* 138. in juridiciali genere finis eſt æquitas, 2. *de Invent.* 155. ad finem quò referri omnem rationem oportet, adjungentur &c. *ibid.* 156. de finibus bonorum & malorum (quinque libros Cicero compoſuit.) quæritur quid ſit finis, quid extremum, quid ultimum, quò ſint omnia benè vivendi rectèque faciendi conſilia referenda? quid ſequatur natura, ut ſummum ex rebus expetendis? quid fugiat, ut extremum malorum? 1. *de Fin.* 11. nam hunc ipſum ſive finem, ſive extremum, ſive ultimum definiebas id eſſe, quò omnia quæ rectè fierent, referrentur, neque id ipſum uſquam referretur, 2. *de Fin.* 5. ſentis enim credo jam diù, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum, 3. *de Fin.* quid eſſet hoc quod quærimus, omnium rerum, quas expetimus, ſummum & ultimum, 5. *de Fin.* quoniam autem id eſt, vel ſummum bonum, vel ultimum, vel extremum, quod Græci *telos* nominant, quod ipſum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes; fatendum eſt ſummum eſſe bonum jucundè vivere, 1. *de Fin.* 42. quid ſit ultimum & extremum bonorum, quò omnia referantur, 2. *Acad.* ſummum atque extremum bonorum omnium, 1. *de Fin.* ne quis ſit qui exiſtimet, ut duo ſint ultima bonorum. ut enim, ſi cui ſit propoſitum, collimare haſtam aliquò, aut ſagittam, ſicut nos ultimum in bonis diximus: ſic illi facere omnia, quæ poſſit, ut collimet, & tamen ut omnia faciat, quo propoſitum aſſequatur. ſed hoc quaſi ultimum, quale nos ſummum in vitâ bonum dicimus. illud autem ut feriat, quaſi ſeligendum, non expetendum, 3. *de Fin.* 22. (alius eſt finis

finis artis, ſeu operis, alius finis hominis operantis, qui dicitur conſilium, propoſitum, animus, mens, propoſita ratio, ſuſceptum conſilium, inſtitutum.) mihi propoſitum eſt &c. his propoſitum eſt &c. neque propoſitum nobis eſt hoc loco, neque neceſſarium, *de Cl.* 25. ſic omnibus nobis in adminiſtrandâ republicâ propoſitum eſſe debet cum dignitate otium, 1. *Fam.* 9. (referre ad &c. dirigere ad &c. animum intendere ad &c.) magna ſpectare & ad ea rectis ſtudiis contendere... non eò dico; quo &c... neque ego hæc eò profero, quò &c... ideò, idcircò, propterea quod, propterea.. quia &c. quæ cogitas, quæ contendis, quò referas, cujus rei causâ perficere, quæ conaris, velis, 2. *de Fin.* 74. voluptate omnia dirigentes, 2. *de Fin.* ad voluptates artes ſuas direxiſſe, *ibid.* voluptate moveri... illa me cauſa movet... quæ me cauſæ moverint... cogitationes comprehenſioneſque rerum, appetitiones movent, 3. *de Fin.* 49. quamvis intentus animus tuus ſit ad fortiſſimum virum liberandum, 11. *in Ant.* 22. quod animo intenderat, 10. *in Ant.* 9. quò intendit... quæ me cauſæ moverint... illa me cauſa movet...

Forma (tum pro ſpecie & figurâ, tum pro ideâ & notione, tum pro formâ generis à Cicerone uſurpatur. ſed *cauſa formalis*, quam Scholaſtici vocant, à Tullio dicitur *vis*, *natura*, *ratio & natura*, *vis & natura*, vel *qualitas*, *figura*, *conformatio* in corporibus.) unaquæque res ex ſe & *ex ſuâ naturâ* ſimpliciter conſideratur, 1. *Rhet.* nec id ſine causâ. ejus enim rei cauſa, ipſa natura eſt, *de Fato* 25. vis & natura juſtitiæ, 1. *de Fin.* 50. nunc deinceps vim & naturam conſideremus, 1. *Rhet.* ſi quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit &c. 1. *de Orat.* omnium rerum vim, naturam, cauſaſque noſſe.

Ex ſuâ vi atque naturâ... ſuâpte naturâ... ſuâpte vi & naturâ. ex vi ſuâ naturâque, *pro Syll.* 79. ea (natura) quâ efficeretur aliquid, in eo quod efficeret, vim eſſe cenſebant... neque enim materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nullâ vi contineretur, neque vim ſine aliquâ materiâ... ſed quod ex utroque, id jam corpus & *qualitatem* nominabant, 1. *Acad.* formam aliquam figuramque quærebant, 1. *Tuſc.* 37.

Exemplum, exemplar, ſpecies, forma, idea, (pro causâ, quam *exemplarem* recentiores nominant.) eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi, *pro Mur.* 66. ad imitandum mihi propoſitum exemplar illud eſt, *ibid.* non unum aliquod propoſuimus exemplum..

ſed ego ſic ſtatuo, nihil eſſe in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id ſit, undè illud ut ex ære aliquo, quaſi imago exprimatur, *Orator*. 8. nec verò ille artifex, cùm faceret Jovis formam, aut Minervæ, contemplabatur aliquem, è quo ſimilitudinem duceret: ſed ipſius in mente inſidebat *ſpecies* pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eâque defixus, ad illius ſimilitudinem, artem & manum dirigebat. ut igitur in formis & figuris eſt aliquid perfectum & excellens, cujus ad excogitatam ſpeciem imitando referuntur ea, quæ ſub oculos ipſa cadunt; ſic perfectæ eloquentiæ ſpeciem animo videmus, effigiem auribus quærimus. has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolùm, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato &c. quicquid eſt igitur de quo ratione & viâ diſputetur, id eſt ad ultimam ſui generis formam ſpeciemque redigendum, *Orator*. 9. inſidebat videlicet in ejus mente ſpecies eloquentiæ, quam cernebat animo, reipsâ non videbat, *ibid*. 18. habuit profectò comprehenſam animo quamdam formam eloquentiæ, *ibid*. 19. ſed in omni re difficillimum eſt formam (quod *character* Græcè dicitur) exponere *optimi*: quod aliud aliis videtur, *optimum*, ibid. 36. dicendum omninò eſt quid ſit optimum in ſingulis... excellentis eloquentiæ ſpeciem & formam adumbrabimus, *ibid*. 43. talis Oratoris ſimulacrum.... (in his locis interius exemplar, quod in mente inſidet, forma, ſpecies, idea, character, dicitur: externum autem exemplar, effigies, imago, ſimilitudo, ſimulacrum, exemplum, exemplar.)

Effectus, ûs (*pro eo quod effectum eſt.*) in libidine eſſe peccatum eſt, etiam ſine effectu, 3. *Fin*. 32. locus ab effectis rebus, 1. *Off*. 160. quod effectum eſt, quæ fuerit cauſa demonſtrat, *Top*. 67. ab effectis rebus hoc modo; *ibid*. 23. artis effectio, 3. *de Fin*. 24. efficientia, efficacitas (vide App. Cic.) quibus ex rebus conflatur & efficitur id &c... ex quo id efficitur, quod &c... ex quo efficitur &c.... efficitur ut & illud, quod &c... quibus rebus effectum eſt ut &c... in quibus enim &c. in his fit & efficitur id &c... quibus ex rebus conflatur & efficitur id.... ex quo fit... ita fit, ut... ex quo fit, ut neque... ex quo evenit, ut &c... undè... hinc... fit autem interdùm ut &c... ergò.. quare hoc quidem effectum ſit &c... hominum operis effecta.... perfecitque in &c. ut... ita perfectum eſt, ut &c... ex his illud conficitur &c... ex quo exſiſtit.... ſin autem &c...

&c. effectum erit &c. undè enim &c. indidem... quare evenit, ut &c...

Eventum, eventa, orum, eventus, ûs (*pro effectu, ſeu effectis.*) rerum eventa magis arbitror, quàm cauſas quæri oportere, 1. *de Divin.* 12. cauſarum cognitio cognitionem eventorum facit, *Top.* 67. cauſæ eventorum magis movent, quàm ipſa eventa, *Att. l.* 9. *Ep.* 4.

Ea quæ ſunt orta de cauſis, 2. *de Orat.* 171.

Non ſine causâ... quocirca non ſine causâ... itaque jam non ſine causâ... aliquâ de causâ... meâ causâ... honoris mei causâ... compendii ſui causâ... majorum voluptatum adipiſcendarum causâ... omnium ſalutis causâ diſcedam... non tam meâ causâ, quam Reip. nomine... dolorum effugiendorum gratiâ... hominum gratiâ.. quatuor de cauſis dixit &c. quod quidem certis de cauſis &c. accedit illa quoque cauſa, quod &c... his de cauſis...

Ob eam cauſam, quod ita didici &c. 4. *Acad.* 98. atque ob eas cauſas. ob eaſque cauſas... & ob eamdem cauſam... quin etiam ob has ipſas cauſas... nec ob eam cauſam... ſi ob aliquam cauſam iſtam... ob id ipſum, quia... ob id ipſum, quod... propter... quæ fuerit cauſa... quid eſſet, cur... mirari &c. quæ cauſa ſit, cur quid eſt aliud cauſæ, cur &c... quid eſt cur &c... quare autem &c. hæc cauſa eſt: quod ſic ſtatuo &c... non fuit ea cauſa, Judices, non fuit cur &c. quid? &c. quid ſi &c. quid ita... vide quid... quidnam eſſe cauſæ putem cur cùm &c. an quod &c...

Quatuor cauſas reperio, cur &c. unam, quod &c. alteram &c. earum ſi placet cauſarum, quantum quæque valeat, quantumque juſta ſit unaquæque, videamus &c... id autem tribus ex cauſis fit maximè: ſi aut &c. aut ſi &c. quid habent, cur &c.

Cauſa *per ſe* efficiens... quæ vi ſuâ id quod ſub eâ ſubjectum eſt, certè efficit... ipſa per ſeſe... ex ſuâ vi atque naturâ... ſuâpte naturâ... ſuâpte vi & naturâ... ſuâ ſponte, non alienâ... ipſa per ſe ſuâ ſponte... cauſæ cohibentes in ſe efficientiam naturalem. (*accidentalis* cauſa, ut Scholaſtici loquuntur, illi opponitur. ſed ex Tullio) cauſa *fortuitò* antegreſſa nec in ſe cohibens efficientiam naturalem... cauſa fortuita, adventitia, externa & adventitia, extranea, inſperata, non vi ſuâ nec per ſe efficiens, non ex ſuâ vi atque naturâ, id *ſine quo* non efficitur, cauſa præcurſionem quamdam adhibens ad efficiendum & quædam afferens adjuvantia, etſi non neceſſaria... propter aliquam extraneam cauſam, 3. *ad Heren.* 2. H 2 (*Cau-*

Digitized by Google

(*Cauſa*, pro quæſtione quæ habeat in ſe controverſiam certis perſonis & temporibus definitam, ſi ſumatur, vide ſuperius caput de multiplici quæſtionum genere, & Apparatum Ciceronis ad verbum, *Cauſa*. interdùm etiam pro conditione hominis uſurpatur, hoc modo.) alia eſt cauſa ejus qui calamitate premitur, & ejus qui res meliores quærit, nullis ſuis rebus adverſis.

C AP. IX.

De animo & humanâ mente.

§. I.

Ipſe animus ab animâ dictus eſt, 1. *Tuſc.* 19. hæc eſt natura propria animæ atque vis (ut ipſa à ſe ipſa moveatur.) quæ ſi eſt una ex omnibus, quæ ſeſe moveat, neque nata eſt, certè & æterna eſt, *de Somn.* 21. audiamus enim Platonem, quaſi quemdam deum Philoſophorum, cui duos placet eſſe motus: unum ſuum, alterum externum. eſſe autem divinius, quod ipſum ex ſe ſuâ ſponte moveatur, quàm quod pulſu agitetur alieno. hunc autem motum in ſolis animis eſſe ponit, ab hiſque principium motûs eſſe ductum putat, 2. *de Nat.* 32. Tenemus-ne quid animus ſit?.. an ſimplex unuſque ſit?.. an, (ut Xenocrates) *mens nullo corpore?* quod intelligi quale ſit, vix poteſt, 4. *Acad.* 124. qualis animus ſit vacans corpore, 1. *Tuſc.* 50. animos enim per ſe viventes non poterant mente complecti. formam aliquam figuramque quærebant, 1. *Tuſc.* 37.

Animorum nulla in terris origo inveniri poteſt. nihil enim eſt in animis mixtum atque concretum, aut quid ex terrâ natum atque fictum eſſe videatur. nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum, his enim in naturis nihil ineſt, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat; quod & præterita teneat, & futura provideat, & complecti poſſit præſentia; quæ ſola divina ſunt, nec invenietur unquam undè ad hominem venire poſſint, niſi à Deo. ſingularis eſt igitur quædam natura atque vis animi, ſejuncta ab his uſitatis notiſque naturis. ita quicquid eſt illud quod ſentit, quod ſapit, quod vult, quod viget, cœleſte & divinum eſt, ob eamque rem æter-

æternum ſit, neceſſe eſt. nec verò Deus ipſe, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni concretione mortali &c. *de Conſolat.* & 1. *Tuſc.* 66.

In animi autem cognitione dubitare non poſſumus, niſi planè in phyſicis plumbei ſumus, quin nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. quod cùm ſit, certè nec ſecerni, nec dividi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt, nec interire igitur. eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremtus earum partium, quæ ante interitum junctione aliquâ tenebantur, 1. *Tuſc.* 71. audiebam Pythagoram Pythagoreoſque nunquam dubitaſſe, quin ex universâ mente divinâ delibatos animos haberemus. demonſtrabantur mihi præterea, quæ Socrates ſupremo vitæ die de immortalitate animorum diſſeruiſſet, is, qui eſſet ſapientiſſimus oraculo Apollinis judicatus. quid multa? ſic mihi perſuaſi, ſic ſentio, cùm tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria præteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantæ ſcientiæ, tot inventa, non poſſe eam naturam, quæ res eas contineat, eſſe mortalem. cúmque ſemper agitetur animus, nec principium motûs habeat, quia ſe ipſe moveat, ne finem quidem habiturum eſſe motûs, quia ſe nunquam ipſe ſit relicturus: & cùm ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quidquam admiſtum diſpar ſui atque diſſimile, non poſſe eum dividi. quod ſi non poſſit, non poſſe interire &c. hæc Platonis ſunt ferè, *de Seneƈt.* 78. mihi quidem nunquam perſuaderi potuit, animos dum in corporibus eſſent mortalibus, vivere. cùm exiſſent ex iis, emori: nec verò tum animum eſſe inſipientem, cùm ex inſipienti corpore evaſiſſet: ſed cùm omni admixtione corporis liberatus, purus & integer eſſe cœpiſſet, tum eſſe ſapientem. atque etiam, cùm hominis natura morte diſſolvitur, cæterarum rerum perſpicuum eſt, quò quæque diſcedant. abeunt enim illuc omnia, undè orta ſunt. animus autem ſolus, nec cùm adeſt, nec cùm diſcedit, apparet, *ibidem* 80. ego veſtros Patres, viros clariſſimos, vivere arbitror; & eam quidem vitam, quæ eſt ſola vita nominanda. nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis & gravi opere perfungimur. eſt enim animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in terram, locum divinæ naturæ æternitatique contrarium. ſed credo deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana, ut eſſent, qui terras tuerentur, quique cœleſtium ordinem

contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atque conſtantiâ, *de Senect.* 77. neque eſt aliud quidquam, cur incredibilis his animorum videatur æternitas, niſi quod nequeunt, qualis animus ſit vacans corpore, intelligere & cogitatione comprehendere. quaſi verò intelligant qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus; ut ſi jam poſſent in homine uno cerni omnia, quæ nunc tecta ſunt, caſurus-ne in conſpectum videatur animus; an tanta ſit ejus tenuitas ut fugiat aciem? hæc reputent iſti, qui negant animum ſine corpore ſe intelligere poſſe. videbunt, quem in ipſo corpore intelligant. mihi quidem naturam animi intuenti multò difficilior occurrit cogitatio, multóque obſcurior, qualis animus in corpore ſit, tanquam alienæ domui, quàm qualis, cùm exierit, & in liberum cœlum quaſi in domum ſuam venerit. ſi enim quod nunquam vidimus, id quale ſit intelligere non poſſumus, certè & deum ipſum & divinum animum corpore liberatum cogitatione complecti non poſſumus, 1. *Tuſc.* 50. cùm appareat igitur æternum id eſſe, quod ſe ipſum moveat, quis eſt, qui hanc naturam animis eſſe tributam neget? inanimum eſt enim omne quod pulſu agitatur externo. quod autem eſt animatum, id motu cietur interiore & ſuo. nam hæc eſt propria natura animi atque vis. quæ ſi eſt una ex omnibus, quæ ſeipſam ſemper moveat, neque nata certè eſt & æterna eſt, *ibidem* 55. ſic mentem hominis quamvis eam non videas, ut deum non vides, tamen ut deum agnoſcis ex operibus ejus, ſic ex memoriâ rerum & inventione & celeritate motus omnique pulchritudine mentis, vim divinæ mentis agnoſcito, *ibid.* 70. humanus autem animus, decerptus ex mente divinâ, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. hic igitur ſi eſt excultus, & ſi ejus acies ita curata eſt, ut ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id eſt, abſoluta ratio, 5. *Tuſc.* 38. omnium quidem animos immortales eſſe, ſed fortium bonorumque divinos, 2. *de Leg.* 27. de immortalitate animorum diſſerere, *de Senect.* ſed ut deos eſſe naturâ opinamur, qualeſque ſint, ratione cognoſcimus; ſic permanere animos arbitramur conſenſu nationum omnium. quâ in ſede maneant, qualeſque ſint, ratione diſcendum eſt, 1. *Tuſc.* 36. ſi, ut antiquis Philoſophis hiſque maximis longéque clariſſimis placuit, æternos animos ac divinos habemus; ſic exiſtimandum eſt, quò magis hi fuerint ſemper in curſu, id eſt, in ratione, & in veſtigandi cupiditate, & quo minùs ſe admiſcuerint atque implicuerint ho-

hominum vitiis atque erroribus, hoc illis faciliorem adſcenſum & reditum in cœlum fore, *Hortenſ.* in quâ (naturâ ſentiente) ratio perfecta inſit, quæ ſit eadem ſempiterna. nihil enim valentius eſſe à quo intereat, 1. *Acad.* 28. itaque cùm multis aliis de cauſis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur eſſe, tum maximè quod optimi & ſapientiſſimi cujuſque animus ita præſentit in poſterum, ut nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur, *pro C. Rab.* 29. quod literis exſtet, Pherecydes Syrus primùm dixit, animos hominum eſſe ſempiternos... hanc opinionem diſcipulus ejus Pythagoras maximè confirmavit, 1. *Tuſc.* 38. maximum verò argumentum eſt, naturam ipſam de immortalitate animorum tacitam judicare, quod omnibus curæ ſunt & maximè quidem, quæ poſt mortem futura ſunt. ſerit arbores, quæ alteri ſæculo proſint, 1. *Tuſc.* 31.

Quid ſit porrò ipſe animus, aut ubi, aut undè, magna diſſenſio eſt, 1. *Tuſc.* 18. quid illa vis quæ tandem eſt, quæ inveſtigat occulta, 1. *Tuſc.* 61.

Eſt autem animus ex omnibus rationis concentioniſque (*ἁρμονίη* Græcè) ſempiternarum rerum & ſub intelligentiam cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo & præſtantiſſimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eâdem vinctus alterâque naturâ, adjunctâ materiâ, temperatione trium partium, proportione compactâ, ſe ipſe converſans, cùm materiam mutabilem arripuiſſet, & cùm rurſùs individuam atque ſimplicem, per quam omnis movetur, diſcernitque, quid ſit ejuſdem generis & quid alterius, & cætera dijudicat, quod cuique rei ſit maximè aptum, quid quoque loco, aut modo, aut tempore contingat, quæque diſtinctio ſit inter ea quæ gignuntur, & ea quæ ſint ſemper eadem. ratio autem vera, quæ verſatur in iis, quæ ſunt ſemper eadem, & in iis quæ mutantur, cùm in eodem & in altero movetur ipſa per ſe ſine voce & ſine ullo ſono, cúmque eamdem partem attingit, quâ ſenſus cieri poteſt, *de Univ.* 24.

Non valet tantùm animus, ut ſeſe ipſe videat. at, ut oculus, ſic animus, ſeſe non videns, alia cernit. non videt autem quod minimum eſt, formam ſuam, fortaſſe: quamquam id quoque, ſed relinquamus. vim certè, ſagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt. hæc magna, hæc divina, hæc ſempiterna ſunt. quâ facie quidem ſit, aut ubi habitet, ne quærendum quidem eſt, 1. *Tuſc.* 67.

Animus naturâ inſiſtens, agitatione & motu nunquam vacuus eſſe poteſt, 2. *de Divinat.* 128.

Ani-

Animum igitur cùm ille procreator mundi deus ex ſuâ mente & divinitate genuiſſet; tum denique omne, quod erat concretum atque corporeum, ſubſternebat animo inferiuſque faciebat, *de Univ.* 23. quia trium temporum particeps animus ſit: corpore autem præſentia ſolùm ſentiamus, 2. *de Fin.*

Motus autem animorum duplices ſunt: alteri cogitationum, alteri appetitûs. *cogitatio* in vero exquirendo maximè verſatur, *appetitus* impellit ad agendum. curandum eſt igitur, ut cogitatione ad res quàm optimas utamur: appetitum rationi obedientem præbeamus, 1. *de Off.* 132. duplex eſt enim vis animorum atque naturæ. una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit. altera, in ratione: quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumque ſit. ita fit ut ratio præſit, appetitus verò obtemperet... efficiendum autem eſt, ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam deſerant, ſintque tranquilli atque omni perturbatione animi careant, 1. *de Off.* 101. qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. in participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam quietamque conſtantiam; in illâ alterâ, motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicoſque rationi, 4. *Tuſc.* 10. ex quo intelligitur, eſſe extra divinum animum, humanus undè ducatur: humani autem animi eam partem, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non eſſe ab actione corporis ſejugatam: quæ autem pars animi rationis atque intelligentiæ ſit particeps, eam tum maximè vigere, cùm plurimùm abſit à corpore, 1. *de Divinat.* 70.

Animi autem & ejus animi partis, quæ princeps eſt quæque mens nominatur, plures ſunt virtutes. ſed duo prima genera: unum earum, quæ ingenerantur ſuâpte naturâ, appellanturque *non voluntariæ*: alterum earum, quæ in voluntate poſitæ, magis proprio nomine appellari ſolent; quarum eſt excellens in animorum laude præſtantia. prioris generis eſt docilitas, memoria, quæ ferè omnia appellantur uno *ingenii* nomine, eaſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. alterum autem genus eſt magnarum variarumque virtutum, quas appellamus voluntarias, 5. *de Fin.* 36. reliquum eſt ut tute tibi imperes. quamquam hoc neſcio quomodò dicatur, quaſi duo ſimus, ut alter imperet, alter pareat. non inſcitè tamen dicitur: eſt enim animus in partes diſtributus duas, quarum altera rationis eſt particeps,

ceps, altera expers. cùm igitur præcipitur, ut nobiſmet ipſis imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem. eſt in animis omnium ferè naturâ molle quiddam, demiſſum, humile, enervatum quodammodò & languidum. ſi nihil eſſet aliud, nihil eſſet homine deformius, ſed præſto eſt domina omnium & regina ratio, quo connixa per ſe & progreſſa longiùs, fit perfecta virtus. hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum eſt viro. quonam modo, inquies? velut ſervo dominus, velut imperator militi, velut parens filio &c... hujus animi pars illa mollior rationi ſic paruit, ut ſevero imperatori miles prudens... is igitur, ſive ea ratio quæ erit in eo perfecta atque abſoluta, ſic illi parti imperabit inferiori, ut juſtus parens probis filiis, 2. *Tuſc.* 47. 48. 51. intelligendum eſt etiam, duabus quaſi nos à naturâ indutos eſſe perſonis: quarum una eſt communis, ex eo quod omnes participes ſumus rationis, præſtantiæque ejus, quâ antecellimus beſtiis.. altera autem, quæ propriè ſingulis eſt attributa, 1. *de Off.* 107. aliâque in parte animi cupiditatem, aliâ rationem collocarent, 1. *Acad.* 9. addidit rationem quâ regerentur animi appetitus, 2. *de Nat.* 34. deus enim ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eumque ut dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori, *de Univ.* 18. eâque parte animi, quæ voluptate alitur, 1. *de Divinat.* 61. corpus quaſi vas eſt aut aliquod animi receptaculum, *Tuſc.* 52. deus animum circumdedit corpore & veſtivit extrinſecùs, *de Univ.* 18.

Animus à ſe ipſo diſſidens ipſe ſecumque diſcordans, 1. *de Fin.* 58.

Permiſti cum corpore animi, 1. *de Divinat.* 130. ita noſtros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis eſſe conjunctos, *Hortenſ.*

At verò ſi quis voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere, jam ſe ipſe doceat, 3. *de Off.*

Eademque (Philoſophia) ab animo, tanquam ab oculis caliginem diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, ultima, media videremus, 1. *Tuſc.* 65.

Totum eſt poſitum in animi curâ & cognitione.... illud quidem ſic habeto, niſi ſanatus animus ſit, quod ſine Philoſophiâ fieri non poteſt, finem miſeriarum nullum fore, 3. *Tuſc.* 13. eſt profectò animi medicina, Philoſophia &c. *ibid.* 6. ut ager, quamvis fertilis, ſine culturâ fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine doctrinâ animus, 2.

Tuſc. 23. animi cultus quaſi quidam humanitatis cibus, 5. *de Fin.* 54. nullum eſt majus malum turpitudine: quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quanta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri? 3. *Off.* 105.

Viæ quaſi quædam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares à ſede animi perforatæ, 1. *Tuſc.* 46. quæ nunquam quinque nuntiis animus cognoſceret, niſi ad eum omnia referrentur, ut idem omnium judex ſolus eſſet, *ibidem.*

Quæ animo complectimur, non minùs noſtra ſunt, quàm quæ oculis intuemur, 5. *Fam.* 17. aut quid quiſque meminit, quæ non animo comprehendit & tenet, 4. *Acad.* 22. comprehende igitur animo & propone ante oculos, 1. *de Nat.* cerni animo atque intelligi... ſed luſtremus animo... comprehenſum animo habet atque perceptum, 4. *Tuſc.* 10. fingite animis. liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ, & quæ volunt, ſic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus.. fingite igitur cogitatione...

Cùm in animis hominum tantæ latebræ ſint, & tanti receſſus, *pro Marc.* 23. age: refer animum, ſis, ad veritatem....

Cùm dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis particeps ſit, ſopita langueat, illa autem in quâ feritas quædam ſit atque agreſtis immanitas, cùm ſit immoderato obſtupefacta potu atque paſta, exſultare eam in ſomno immoderatéque jactari. itaque huic omnia viſa objiciuntur, à mente aut ratione vacua.. at qui ſalubri & moderato cultui atque victui quieto ſe tradiderit, eâ parte animi, quæ mentis & conſilii eſt, agitatâ & erectâ, ſaturatâque binarum cogitationum epulis, eâque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopiâ enectâ, nec ſatietate affluente. quorum utrumque perſtringere aciem mentis ſolet, ſive deeſt naturæ quippiam, ſive abundat atque effluit; illâ etiam tertiâ parte animi, in quâ irarum exſiſtit ardor, ſedatâ atque reſtinctâ; tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compreſſis, ut illa prima pars rationis & mentis eluceat, & ſe vegetam ad ſomniandum, acremque præbeat. tum ei viſa quietis occurrent tranquilla atque veracia. hæc verba ipſa Platonis expreſſi, 1. *de Divinat.* 61. cùm ergò eſt ſomno ſevocatus animus à ſocietate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura providet. jacet enim corpus dormientis ut mortui; viget autem & vivit animus. quod multò magis faciet poſt mortem, cùm omninò ex corpore exceſſerit, *ibid.* 63. quid, in-

inquam, tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum advocamus, ſecum eſſe cogimus, maximéque à corpore abducimus. ſecernere autem à corpore animum nec quidquam aliud eſt, quàm emori diſcere. quare hoc commentemur, mihi crede, disjungamuſque nos à corporibus, 1. *Tuſc.* 75.

Ita enim cenſebat (Socrates) itaque diſſeruit, duas eſſe vias duplicesſque curſus animorum è corpore excedentium. nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent & ſe totos libidinibus dediſſent, quibus cæcati velut domeſticis vitiis atque flagitiis ſe inquinaſſent, vel in Republicâ violandâ fraudes inexpiabiles concepiſſent, iis demum quoddam iter eſſe ſecluſum à concilio Deorum. qui autem ſe integros caſtoſque ſervaviſſent, quibuſque fuiſſet minima cum corporibus contagio, ſeſeque ab his ſemper ſevocaſſent, eſſentque in corporibus humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, à quibus eſſent profecti, reditum facilem patêre, 1. *Tuſc.* 73.

Quidnam eſſe, Brute, cauſæ putem, cur cùm conſtemus ex animo & corpore, corporis curandi tuendique cauſâ quæſita ſit ars ejus atque utilitas, deorum immortalium inventioni conſecrata; animi autem medicina, nec tam deſiderata ſit, ante quàm inventa, nec tam culta, poſteaquam cognita eſt, nec tam multa, grata, & probata; pluribus etiam ſuſpecta & inviſa? an quòd corporis gravitatem & dolorem animo judicamus, animi morbum corpore non ſentimus? ita fit, ut animus de ſe ipſe tum judicet, cùm idipſum, quod judicat, ægrotet, 3. *Tuſcul.* pravitas animi... animi deformitas...

§. 2.

Mens, ratio, intelligentia, ingenium, cogitatio.

Ea pars animi, quæ mentis ac rationis particeps ſit, 1. *de Divinat.* 60. Ejus animi partis quæ princeps eſt, quæque *mens* nominatur, plures ſunt virtutes, 5. *de Finibus* 36. eâ parte animi, quæ mentis & conſilii eſt; agitatâ, 1. *de Divin.* 60. in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à naturâ tributum eſt, 3. *Tuſc.* 10. & habeat præſtantiam mentis, cui tota hominis natura pareat, 5. *de Fin.* 34. habet animum: movetur mente, movetur ſenſibus, 4. *Acad.* 100. adhibere

Digitized by Google

teſtem mentem ſuam, quâ nihil homini dedit ipſe deus divinius, 3. *Off.* 44. quod neque oculis, neque auribus, neque ullo ſenſu percipi poteſt, cogitatione tantùm & mente complectimur, *Orat.* quam nullis niſi mentis oculis videre poſſumus.... nam quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis &c. ineſt mentibus noſtris inſatiabilis quædam cupiditas veri videndi.... habent enim nihil aliud, quod agitent in mente, 1. *de Nat.*... tute introſpice in mentem tuam ipſe &c. 2. *de Fin.* 118. mentis agitatio, 1. *Off.* 17. mens atque animus, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, exſtinguntur ſenectute, *Cat.* 36. homini ſive natura, ſive deus nihil mente præſtabilius dedit, *de Sen.* 40. cùm mens noſtra quidvis videatur cogitatione poſſe depingere, 1. *de Nat.* 39. mens, quâ nihil eſt celerius, *Orat.* 200. deindè cùm mens moveatur ipſa per ſeſe, ut & ea declarant, quæ cogitatione depingimus, 4. *Acad.* 48. mentis ſenſus, 4. *Att.* 2. quid autem interius mente? cingitur igitur corpore externo. quod quoniam non placet, aperta ſimplexque mens, nullâ re adjunctâ, quæ ſentire poſſit, fugere intelligentiæ noſtræ vim & notionem videtur, 1. *de Nat.* 26. vim divinam mentis agnoſcito, 1. *Tuſc.* 70. ratione & mente divinâ ad originem temporis curriculum inventum eſt ſolis & lunæ, *Timæ.* mens intelligentiaque noſtra infixa in eas imagines &c. 1. *de Nat.* 49. integrâ mente, *de Senect.* 72. mente incitatus, (id eſt, furens) 4. *Acad.* 14. hominis mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique & audiendi delectatione ducitur, 1. *Off.* 105. mens noſtra, quâ ſapimus, quâ providemus, *pro Mil.* 85. mens enim ipſa, quæ ſenſuum fons eſt, atque etiam ipſa ſenſus eſt, naturalem vim habet, quâ intendit ad ea, quibus movetur: itaque alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur; aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur. cætera autem ſimilitudinibus conſtituit, ex quibus efficiuntur notitiæ rerum, quas Græci tum ἐννοίας, tum πρόληψιν vocant, 4. *Acad.* 30. menteſque ſingulares, (id eſt, ſingulorum) 1. *Acad.* 26. mentem ab oculis ſevocare, 3. *de Nat.* 21. mentem volebant rerum eſſe judicem, 1. *Acad.* 29. ſine aliquâ mente natura mundum efficere non potuit, 1. *de Nat.* 51. mente totâ omnique animi impetu in Remp. incumbas, 10. *Fam.* 5. ſi tuæ mentis compos fuiſſes, 1. *P.* 48. hic ſi mentis eſſet ſuæ, 1. *P.* 50. mihi in mentem venit vereri, optare, *de Cl.* 22. & 1. *P.* 46. venit mihi in mentem ſubvereri, 4. *Fam.* 10. hæc mihi ferè in

men-

mentem veniebant, quæ dicenda putarem de naturâ deorum, 2. *de Nat.* 168. venit mihi Platonis in mentem, 4. *de Fin.* mihi ſolet in mentem venire illius temporis, 7. *Fam.* 3. non minùs ſæpè mihi venit in mentem poteſtatis, quàm æquitatis tuæ, *pro Quint.* 6. hæc mihi veniebant in mentem de &c. *Quint. de pet.* 41. quid tibi in mentem venit ita reſpondere? 1. *Orat.* 24. aperta ſimplexque mens, 1. *de Nat.* mentis acies, 1. *Tuſc.* 73. nihil eſt difficilius, quàm à conſuetudine oculorum aciem mentis abducere, 2. *de Nat.* 45. & exacuerit illam ut oculorum ſic ingenii aciem ad bona deligenda & rejicienda contraria, 1. *de Leg.* 60. nulla acies humani ingenii tanta, quæ penetrare in cœlum, terram intrare poſſit, 4. *Acad.* 122. ille autem (animus) cujus obtuſior ſit acies, non videre &c. *Cat.* 83. intereſſe aliquid ad mentis aciem putant, cibo quo utare, 2. *de Nat.* 43. mens cingitur corpore externo, 1. *de Nat.* 26.

Intelligentia, quæ eſt mentis acies, *Hortenſ.* intelligentia eſt per quam animus ea perſpicit quæ ſunt, 2. *Rhet.* 160. Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore, *de Univ.* 8. quæ autem pars animi rationis atque intelligentiæ ſit particeps &c. 1. *de Divinat.* 70. quod intelligentiâ & ratione comprehenditur, *de Univ.* 3. novi intelligentiam veſtram, Judices, 1. *Rhet.* 36. quod in noſtram intelligentiam cadit, 3. *Off.* 17. (*præterea pro notione & ideâ uſurpatur, ut deindè patebit.*)

Animorum incredibiles motus celeritaſque ingeniorum, *pro Acc.* 17. nam & animi & ingenii celeres quidam motus eſſe debent, 1. *de Orat.* 113. docilitas, memoria; quæ ferè omnia appellantur uno *ingenii* nomine, (puta, eæ virtutes animi, quæ ingenerantur ſuâpte naturâ appellanturque *non voluntariæ.*) 5. *de Fin.* 36. ingeniorum acies, 3. *de Orat.* 20. acies humani ingenii, 1. *Acad.* magni autem eſt ingenii, revocare mentem à ſenſibus & cogitationem à conſuetudine abducere, 1. *Tuſc.* 37. ſunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, 3. *Tuſc.* ut hominis decus eſt ingenium, ſic ingenii lumen eſt eloquentia, *de Cl.* 59.

Ratio (tum pro eâ parte animi quæ mens dicitur, tum pro actione mentis & judicio, tum pro ratiocinatione & argumento ſumitur.) duplex eſt enim vis animorum atque naturæ: una pars *in appetitu* poſita eſt.. altera *in ratione*, 1. *Off.* 101. cúmque omnia quæ rationem habent, præſtent iis quæ ſint rationis expertia, 2. *de Leg.* 16. motum

iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam, quam *rationem* vocamus &c. 3. *de Nat.* 69. mens, ratio & conſilium in ſenibus eſt, *de Sen.* 67. rationis & orationis expertes feræ... quid verò? hominum ratio non in cœlum uſque penetravit? 2. *de Nat.* 153. etſi multis aliis, tamen hoc uno à beſtiis plurimùm differunt, quòd rationem habeant, 2. *de Fin.* 45. homo qui rationis eſt particeps &c. 1. *Off.* 11. domina omnium & regina ratio.

Cogitatio (animi motus, intimus ſenſus, permotio intima, mentis agitatio, animi ſenſus, tum etiam meditatio.) aut ſine animi motu & cogitatione, id eſt, ratione perficitur? 3. *de Nat.* 71. qui motus cogitationis celeriter agitatus per ſe ipſe delectat, *Orat.* 134. in eâ cogitatione curâque verſor, ut, 2. *de Orat.* 186. verſantur in animo meo multæ & graves cogitationes, 2. *cont. Rull.* 5. quocumque te animo & cogitatione converteris, 1. *de Orat.* cogitatio in ſe ipsâ vertitur.... cogitatione tacitâ ac ſolitudine abſtrahi.... proſpicere cogitatione futura....

Cogitatione complecti.... fingite animis. liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ, & quæ volunt, ſic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus... fingite igitur cogitatione.... ô dii immortales! quid intereſt inter mentes hominum & cogitationes, 7. *V.* 35. cogitata mentis præclarè eloqui, *de Cl.* 254. cogitata ſapientum, 1. *cont. Rut.* 1.

§. 3.

De Ideis & notionibus.

Idea, notio, notitiæ rerum, perceptio, cognitio, intelligentia, primæ & inchoatæ intelligentiæ, quaſi adumbratæ intelligentiæ, forma, rerum formæ, ſpecies, informatio, conformatio, comprehenſio, conceptus, anticipatio ſeu prænotio, ſenſus animi, ſenſa, impreſſiones, phantaſia, ſeu viſa, *Cic.*

Quia ſola mens cerneret id, quod ſemper eſt ſimplex & uniuſmodi, & tale quale eſſet: hanc illi ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam; nos rectè *ſpeciem* poſſimus dicere, 1. *Acad. Q.* 30. *formæ* ſunt, quas Græci *ἰδέας* vocant: noſtri, ſi qui hæc fortè tractant, *ſpecies* appellant, *Top.* 30. has *rerum formas* appellat *ideas* ille non intel-

telligendi ſolùm, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato: eaſque gigni negat, & ait ſemper eſſe, ac ratione & intelligentiâ contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutiùs eſſe uno & eodem ſtatu. quicquid eſt igitur de quo ratione & viâ diſputetur, id eſt ad ultimam ſui generis formam ſpeciemque redigendum, *Orat.* 10. redeoque ad illam Platonis, de quâ dixeram, rei formam & ſpeciem, quam etſi non cernimus, tamen animo tenere poſſumus, *Orat.* 101. qualem *ideam* appellat ille, nos *ſpeciem*, 1. *Tuſc.* 58.

Notitiæ rerum quas Græci ἐννοίας vocant, 4. *Acad.* 30.

Nec definiri aiebant neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut ſi verbum è verbo volumus, comprehenſio: quam κατάληψιν illi vocant: eoſque qui perſuadere vellent, eſſe aliquid quod comprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant, propterea quod nihil eſſet clarius enargeiâ, ut Græci: perſpicuitatem aut evidentiam, nos, ſi placet, nominemus: fabricemurque, ſi opus erit, verba... ſed tamen orationem nullam putabant illuſtriorem ipsâ evidentiâ reperiri poſſe, nec ea quæ tam clara eſſent, definienda cenſebant, 4. *Acad.* 17. ars verò quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex unâ aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? 4. *Acad.* 22. neque hoc quidquam eſſet turpius, quàm cognitionis & perceptionis aſſertionem, approbationemque præcurrere, 1. *Acad.* 44. tum denique poterit aliquid cognoſci & percipi, 1. *de Fin.* 64. *nihil poſſe percipi* (hoc eſt, *certò* cognoſci, Socrates & Academici contendebant.) quî enim poteſt quidquam comprehendi, ut planè confidas id perceptum cognitumque eſſe, quod eſt tale, quale vel falſum eſſe poſſit? 4. *Acad.* 18. verum illud quidem impreſſum in animo atque in mente, neque id tamen percipi ac comprehendi poſſe, *ibid.* 34. poſſe percipere animo & memoriâ cuſtodire, 1. *de Orat.* 127. percipite quæſo diligenter quæ dicam, 1. *C.* 27. hoc autem ſi ita ſit, ut unum modò ſenſibus falſum videatur; præſto eſt, qui neget rem ullam percipi poſſe ſenſibus. ita nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero veſtro, perceptio & comprehenſio tollitur, 4. *Acad.* 101. mens hominis amplectitur maximè cognitionem & κατάληψιν, quam, ut dixi, verbum è verbo exprimentes, *comprehenſionem* dicemus, 4. *Acad.* 31. cognitiones comprehenſioneſque rerum, è quibus efficiuntur artes, ad appetitiones movent, 3. *de Fin.* 49. comprehendere animo... celeriter animo comprehendere... mente comprehendere... ſi quam opinionem mentis,

tis veſtris comprehendiſtis, *pro Cl.* 6. memoriâ comprehendere... quæ vix ſummâ ingenii ratione comprehendat, 2. *de Leg.* 16. quid quiſquam meminit, quod non animo comprehendit, ac tenet, 4. *Acad.* 12. veſtris animis & cogitatione comprehendere, *pro Fl.* 66. ex quo efficitur nihil poſſe comprehendi, 4. *Acad.* 18. quod intelligentiâ & ratione comprehenditur, *de Univ.* 1. percepta & comprehenſa tenere, 4. *Acad.* 22. animo hæc jam tenemus comprehenſa, non ſenſibus, 4. *Acad.* 21. habuit profectò comprehenſam animo quamdam formam eloquentiæ, *Orat.* 19. res penitùs perſpectæ, planéque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio ſejunctæ, ſcientiâque comprehenſæ, 1. *de Orat.* 108. habere benè cognitam voluptatem & ſatis firmè conceptam animo atque comprehenſam, 2. *de Fin.* 6. quod niſi cognitum comprehenſumque animis haberemus &c. 2. *de Nat*, 5. viſum *comprehenſibile*.. quonam enim modo καταληπτον diceres, 1. *Acad.* 40. quod comprehendi non poſſet. id enim volumus eſſe ἀκατάληπτον, 4. *Acad.* 18.

Concipere, conceptus, a, um, (ad ſignificandas perceptiones mentis transfertur) ut mens conciperet fieri oportere, 3. *Off.* 107. animo ac mente concipere, 1. *de Leg.* 59. conceptum ac meditatum... corde concepta... animo concepta atque comprehenſa, 2. *de Fin.* 6. magno ſcelere concepto, 6. *V.* 72. (*ſed* conceptio, *&* conceptus, ûs, *ad ſignificandam mentis conceptionem nuſquam uſurpatur.*)

Notionem appello quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt: ea eſt inſita & antè percepta cujuſque formæ cognitio, enodationis indigens, *Top.* 31. genus eſt *notio* ad plures differentias pertinens. forma eſt notio &c. *ibidem.* ſi notionem veri & falſi, propterea quod ea non internoſci, nullam habemus, 4. *Acad.* 33. quâ igitur notione diſcerneres, *ibid.* 85. cúmque rerum notiones in animis fiant, 3. *de Fin.* 33. deus ille quem mente noſcimus, atque in omni notione tanquam in veſtigio reponimus, 2. *de Nat.* 37. certâ notione animi, 1. *de Nat.* 45. huic verò cùm beatum dicimus, ſubjecta notio eſt &c. 5. *Tuſc.* 29. definitiones declarant communes notiones, 4. *Tuſc.* 52. quæ enim iſtarum definitionum non aperit notionem noſtram, quam habemus omnes de fortitudine tectam & involutam, *ibid.* ſi quis voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere, 3. *Off.* 76. omnia revocare ad primas notiones, 1. *de Nat.* neque fieri poſſet, ut tot rerum inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ennoïas vo-

Digitized by Google

vocant, haberemus, 1. *Tuſc.* 57. itaque aïunt hanc quaſi naturalem atque inſitam in animis noſtris ineſſe notionem, 1. *de Fin.* 31. notio eſt inſita & antè percepta cujuſque formæ cognitio, *Top.* quodque natura quaſi normam ſcientiæ & principium ſui dediſſet. undè poſtea notiones rerum in animis imprimerentur, è quibus non principia ſolùm, ſed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ reperirentur, 1. *Acad.* 41. primum quod ita ſit informatum anticipatumque mentibus noſtris, ut &c. 1. *de Nat.* 76. quod in omnium animis eorum notionem impreſſiſſet ipſa natura. quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrinâ *anticipationem* quamdam deorum... quoniam inſitas eorum vel potiùs innatas cognitiones habemus... hanc nos habere, ſive anticipationem, ut ante dixi, ſive prænotionem deorum... quæ enim nobis natura informationem deorum ipſorum dedit, eadem inſculpſit in mentibus, ut eos æternos & beatos haberemus, 1. *de Nat.* 43. &c. omnibus enim innatum eſt & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos... in animis hominum informatas deorum eſſe notiones, 2. *de Nat.* 12. 13. habeo, inquis, in animo inſitam informationem quamdam dei, 1. *de Nat.* itaque negat opus eſſe ratione neque diſputatione, quamobrem &c. tantùm ſatis eſſe admonere. intereſſe enim inter argumentum concluſionemque rationis, & inter mediocrem ânimadverſionem atque admonitionem: alterâ, occulta quædam & quaſi involuta aperiri: alterâ, prompta & aperta indicari, 1. *de Fin.* quæque in animis imprimuntur *inchoatæ intelligentiæ*, ſimiliter in omnibus imprimuntur, 1. *de Leg.* 30. quò è genere nobis *notitiæ* rerum imprimuntur, ſine quibus neque intelligi quidquam, neque quæri aut diſputari poteſt. quod ſi eſſent falſæ notitiæ &c. 4. *Acad.* 21. ex quibus efficiuntur notitiæ rerum, quas Græci tum ἐννοίας tum προλήψεις vocant, *ibid.* 30. quod in communibus hominum ſenſibus atque in ipsâ naturâ poſitum atque infixum eſt, id &c. *pro Cl.* 17. ut eſſet inſitum &c.... nam & *communis intelligentia* nobis notas res efficit, eaſque in animis noſtris inchoavit, ut honeſta in virtute ponantur, in vitiis turpia, 1. *de Leg.* 44. quoniam principio rerum omnium *quaſi adumbratas intelligentias* animo ac mente conceperit, quibus illuſtratus &c. 1. *de Leg.* 59. natura nullo docente profecta ab iis, quorum ex *primâ & inchoatâ intelligentiâ* genera cognovit, confirmat ipſa per ſe rationem & perficit, 1. *de Leg.* 27. ſimul autem cepit intelligentiam, vel notionem potiùs, quam

K ap-

Digitized by Google

appellant ἔννοιαν illi, 3. *de Fin.* 21. explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas quæ ſit in eâ ſpecies, forma, & notio boni viri, 3. *Off.* 81. mens ſimplex, nullâ re adjunctâ, fugere intelligentiæ noſtræ vim ac notionem videtur, 1. *de Nat.* 26. ratione & intelligentiâ teneri, 3. *Off.* 68. involutæ rei *notitia* definiendo aperienda eſt, *Orat.* 116. nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, 1. *de Leg.* 24. natura ingenuit *notitias* parvas rerum maximarum, 5. *de Fin.* 59. quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus, eſt tamen quædam *conformatio* inſignita & impreſſa in intelligentiâ, quam notionem voco, ea ſæpè argumentando definitione explicanda eſt, *Top.* 27. ita eſt *informatum anticipatumque* mentibus noſtris, 1. *de Nat.* 76.

Senſus animi, *ſenſa* (pro intimâ cogitatione & ſententiâ.) quis eſt iſte tuus ſenſus, quæ cogitatio &c. 10. *At.* 4. oratio ad animorum ſenſus exprimendos reperta, *Orat.* 185. hoc enim uno præſtamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo *ſenſa* poſſumus, 1. *de Orat.* 33. non ex meo ſenſu, *Partit.* 1. potuiſſem tibi aliquid de meo ſenſu perſcribere, *Brut.* 17. hæc ego pro me ipſo & animi mei ſenſu pronuntio, *pro S. R.* 129. quibus reconditos ejus ſenſus tenere poſſemus, *pro Seſt.* 22. unus ferè ſenſus fuit bonorum omnium, 1. *Fam.* 9. de quo oſtendam paulò poſt, qui ſit ſenſus meus, *ibid.* vultus ſenſum animi plerúmque indicat, 2. *de Orat.* 148. ea ſunt *in communibus infixa ſenſibus*, 3. *de Orat.* 193. à conſuetudine communis ſenſûs abhorrere, 1. *de Orat.* 12. ad ſenſum vulgi, *de Cl.* 191. ſenſa mentis & conſilia verbis explicare, 3. *de Orat.* 32. ſentire, cernere, (pro cognoſcere, judicare, vide *App.* Cic.)

§. 4.

De viſo, ſeu viſis, & impreſſionibus, quam Phantaſiam *Græci appellant.*

Quos (ſenſus) junctos eſſe cenſuit è quâdam quaſi impulſione oblatâ extrinſecùs: quam ille φαντασίαν, nos *viſum* appellemus, licet, & teneamus hoc verbum quidem. erit enim utendum in reliquo ſer-

ſermone ſæpiùs. ſed ad hæc quæ *viſa* ſunt & quaſi accepta ſenſibus, aſſenſionem adjungit animorum, quam eſſe vult in nobis poſitam & voluntariam. *viſis* non omnibus adjungebat fidem, ſed iis ſolùm quæ propriam quamdam haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur: id autem *viſum* cùm ipſum cerneretur, comprehenſibile ... ſed cùm acceptum jam & approbatum eſſet, *comprehenſionem* appellabat ſimilem iis rebus, quæ manu prehenderentur. ex quo etiam nomen hoc duxerat, 1. *Acad.* 39. 40. ut enim oculis illa mòdò cognoſcuntur, ſic reliqua *viſis*, 4. *Acad.* cùm *viſa* in animos imprimantur, non vos id dicere, inter ipſas *impreſſiones* nihil intereſſe, ſed inter ſpecies & quaſdam formas eorum, 4. *Acad.* 58. timuit Epicurus, ne ſi unum viſum eſſet falſum, nullum eſſet verum: omnes ſenſus veri nuntios dixit eſſe, 1. *de Nat.* ut igitur, inquit, qui protruſit Cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit; ſic *viſum objectum* imprimet illud quidem & quaſi ſignabit in animo ſuam ſpeciem: ſed aſſenſio noſtrâ erit in poteſtate, *de Fato* 43. qui negant aſſenſiones fato fieri, fateantur tamen eas *non ſine viſo antecedente* fieri... ſed ſi concedunt anteire *viſa* &c. aſſenſionis proximam & continentem cauſam eſſe in viſo poſitam &c. *ibid.* 44. confitentes non fieri aſſenſiones *ſine præcurſione viſorum*, ibid. viſa enim iſta cùm acriter mentem ſenſumve pepulerunt, accipio, hiſque interdùm aſſentior; nec percipio tamen. nihil enim arbitror poſſe percipi (inquiebant Academici) 4. *Acad.* 66. huic omnia viſa objiciuntur, 1. *de Divin.* 60. quamquam aſſenſio non poſſit fieri niſi commota viſo, tamen cùm id viſum proximam cauſam habeat, non principalem &c. *de Fato.* dormientium & vinolentorum & furioſorum *viſa* imbecilliora eſſe dicebat, quàm vigilantium, ſiccorum, ſanorum, 4. *Acad.* fuit igitur divinâ beneficentiâ dignius, cùm conſuleret nobis, clariora viſa dare vigilantibus, quàm obſcuriora per ſomnium, *de Divinat.* duo placet eſſe Carneadi *viſorum* genera: in uno hanc diviſionem; alia *viſa* eſſe, quæ percipi poſſint; alia, quæ non poſſint: in altero autem, alia *viſa* eſſe probabilia, alia non probabilia, 4. *Acad.* 99. ſunt falſa ſenſûs viſa, 2. *Acad.* 101. falſis & mendacibus viſis mentes mortalium concitare, 2. *de Divin.* 127.

Viſio (pro viſis & ſpeciebus.) utrùm igitur cenſemus dormientium animos per ſemetipſos in ſomniando moveri, an, ut Democritus cenſet, externâ & adventitiâ viſione pulſari? 2. *de Divinat.* 120. nec

poteſt is, cui eſt *viſio* veri falſique communis, ullum habere judicium, aut ullam omninò veritatis notam, 4. *Acad.* 33.

Imagines, *ſpecies*... fac *imagines* eſſe, quibus pulſentur animi: ſpecies dumtaxat objicitur quædam, 1. *de Nat.* 107. quæ autem imagines veſtræ &c. *ibid.* objiciuntur etiam ſæpè formæ, quæ reipsâ nullæ ſunt: ſpeciem autem offerunt, 1. *de Divinat.* 81. falsâque ejus viſione & ſpecie moveri homines dico vehementiùs, 2. *Tuſc.* 42. ſed inter ſpecies & quaſdam formas eorum, 2. *Acad.* nulla ſpecies cogitari poteſt, niſi pulſu imaginum, 2. *de Divinat.* 137. à corporibus enim ſolidis & à certis figuris vult fluere imagines, *ibid.* quid ergò iſtæ imagines? *ibid.* imagines extrinſecùs in animos noſtros per corpus irrumpere, 4. *Acad.* 125. docet (Epicurus) eam eſſe vim & naturam Deorum, ut primùm non ſenſu, ſed mente cernatur; nec ſoliditate quâdam, nec ad numerum, ſed imaginibus ſimilitudine & tranſitione perceptis, cùm infinita ſimillimarum imaginum ſpecies ex innumerabilibus individuis exſiſtat & ad eos affluat, cùm maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam, infixamque noſtram intelligentiam capere quæ ſit & beata natura & æterna, 1. *de Nat.* 49. eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum, quæ vigilantes videmus, 4. *Acad.* 52.

§. 5.

Memoria.

Memoria eſt firma animi rerum & verborum ad inventionem perceptio, 1. *Rhet.* 9. memoria eſt per quam animus repetit ea quæ fuerunt, 2. *Rhet.* 160. ut literis conſignamus quæ monumentis mandare volumus, ſic ille in animo res inſculptas habebat, 4. *Acad.* 2. an imprimi quaſi ceram, animum putamus, & memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente veſtigia? quæ poſſunt verborum, quæ rerum ipſarum eſſe veſtigia? 1. *Tuſc.* 61. ut literatura conſtat ex notis literarum, & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ; ſic confectio memoriæ, tanquam cera, locis utitur, & in his imagines, ut literas, collocat, *Part.* 26. memoriam eſſe ſignatarum rerum in mente veſtigia, 1. *Tuſc.* 61. quid dicam de theſauro rerum omnium memoria? 1. *de Orat.* ô poſt hominum memoriam fortiſſimi atque optimi cives...

quid

quid enim quiſquam poteſt ex omni memoriâ ſumere illuſtrius? .. non modò ex memoriâ, ſed etiam ex faſtis... ad memoriam poſteri temporis (mei nominis) ſempiternam... exſtat memoria; ſunt tabulæ publicæ. redargue me ſi mentior. poſſe percipere animo & cuſtodire memoriâ, 1. *de Orat.* 27. ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen afferat, 2. *de Orat.* ad memoriam ſempiternam... tradam hominum memoriæ ſempiternæ... quæ ſit ad memoriam æternitatis ara virtutis... res à noſtrâ memoriâ propter vetuſtatem remotas ex literarum monumentis repetere, 1. *Rhet.* incurro in memoriam communium miſeriarum, *Orat.* (Vide *Apparatum.*)

§. 6.

De perſpicuitate & evidentiâ.

Nec definiri aïebant neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio, aut perceptio... propterea quod nihil eſſet clarius *enargeiâ*, ut Græci; *perſpicuitatem*, aut *evidentiam*, nos, ſi placet, nominemus... ſed tamen orationem nullam putabant illuſtriorem ipsâ *evidentiâ* reperiri poſſe; nec ea quæ tam clara eſſent, definienda cenſebant, 2. *Acad.* 17. ne egere quidem oratione dixiſſes, quod eſſet perſpicuum &c. perſpicuitas enim argumentatione elevatur, 3. *de Nat.* 8. 9. primùm igitur perſpicuitas illa, quam diximus, ſatis magnam habet vim, ut ipſa per ſeſe, ea, quæ ſint, nobis ita, ut ſint indicet. ſed tamen ut maneamus in perſpicuis firmiùs & conſtantiùs, majore quâdam opus eſt vel arte, vel diligentiâ, ne ab iis, quæ clara ſint ipſa per ſeſe, quaſi præſtigiis quibuſdam & captionibus depellamur, 4. *Acad.* 45. oportet igitur & ea quæ pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promptu habere &c. *ibid.* 46. res apertæ obſcuriores fiunt oratione, 2. *Rhet.* 159. itaque negat opus eſſe ratione & diſputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor ſit. ſentiri hoc putat, ut calêre ignem, nivem eſſe albam, dulce mel: quorum nihil oportet exquiſitis rationibus confimare &c. 4. *Acad.*

Evidens, perſpicuus, clarus, apertus, manifeſtus, dilucidus, minimè dubius, *Cic.*

Nam ego neque in cauſis, ſi quid eſt evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari ſoleo. perſpicuitas enim argumentatione ele-

vatur, 3. *de Nat.* 9. plerique tamen & definitiones ipſarum etiam evidentium rerum non improbant, 4. *Acad.* 17. quamobrem cùm duæ cauſæ perſpicuis & evidentibus rebus adverſentur, auxilia totidem ſunt contra comparanda. adverſatur enim primum, quod parùm defigunt animos & intendunt in ea, quæ perſpicua ſunt, ut quantâ luce ea circumfuſa ſunt, poſſint agnoſcere. alterum eſt, quod fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti atque decepti quidam, cùm eas diſſolvere non poſſunt, deſciſcunt à veritate, 4. *Acad.* 46. quid eſt enim hoc evidentius? 2. *de Nat.* 5. quod in homine multo eſt evidentius, *de Amic.* 27.

Etenim neceſſe eſt ut lancem in librâ ponderibus impoſitis deprimi, ſic animum perſpicuis cedere. nàm quomodò non poteſt animal ullum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat, ſic non poteſt objectam rem perſpicuam non approbare, 4. *Acad.* 38.

Quæ propoſitio in ſe quiddam continet perſpicuum, eo quod conſtare inter omnes neceſſe eſt, hanc velle approbare & firmare nihil attinet... hoc quia perſpicuè verum eſt, nihil attinet approbare, 1. *Rhet.* 63. quæ perſpicuam omnibus veritatem continet aſſumtio, nihil indiget approbationis &c... hæc propoſitio indiget approbationis. non enim perſpicua eſt, neque conſtat inter omnes &c... aſſumtio perſpicua eſt hæc: *oportet autem ſapere.* hoc autem quia ipſum ex ſe perſpicitur, & verum eſſe intelligitur, nihil attinet approbari, 1. *Rhet.* 65. mihi autem nihil tam perſpicuum videtur &c. 2. *de Fin.* quid enim poteſt eſſe tam apertum, tamque perſpicuum, cum &c. quàm &c. 2. *de Nat.* 4. quaſi hoc perſpicuum ſit conſtetque inter omnes &c. 3. *de Nat.* 9. quis eſt enim cui non perſpicua ſint illa, quæ &c. 2. *Off.* 16. perſpicua veritas, *pro Quinct.* 80. perſpicuum eſt, de quo non eſt controverſia, 1. *Rhet.* 92. ſed quæ perſpicua ſunt, longa non eſſe debent, 3. *de Fin.* ex quibus multiſque aliis perſpicuum eſt, effectumque &c... quod cùm perſpicuum ſit &c... perſpicuum eſt enim.... res enim perſpicua eſt... jam illud perſpicuum eſt.... atque illud quidem perſpicuum eſt... jam illud quidem perſpicuum eſt... atque hîc perſpicuum eſt... perſpicua ſunt hæc quidem... ex his omnibus illud perſpicuum eſt... quoniam perſpicuum ſit... ſed nimis multa. perſpicuum eſt enim...

Perſpicuè, apertè, manifeſtè, dilucidè, *Cic.* non me hæc movent,

vent, quæ perſpicuè falſa ſunt, *pro Cœl.* 26. perſpicuè tollitur, 2. *de Divinat.* 41. res perſpicuè turpis, 1. *Rhet.* planè & perſpicuè dicere, (vel) ſcribere aliquid, 3. *de Fin.* 19. & 2. *de Fin.* 6. falſum eſt, in quo perſpicuè mendacium eſt, 1. *Rhet.* 90. quæ & per ſe ſunt falſa perſpicuè, & inter ſeſe vehementer repugnantia, 1. *de Nat.*

Omnia *aperta*, omnia perſpicua... quæ ita *aperta* & manifeſta ſunt... ſed in rebus apertiſſimis nimiùm longi ſumus, 2. *de Fin.* aperta & lucida narratio, 1. *Rhet.* 28. alterâ occulta quædam & quaſi involuta aperiuntur, alterâ prompta & aperta indicantur 1. *de Fin.* 30. quod jam omnibus eſt apertum, 2. *Fam.* 2. hoc tamen opus *in apertum* ut proferas, nihil poſtulo, *Paradox.* 1. nonne apertum eſt, *Acad.* apertè palamque, 2. *V.* 18. planè & apertè loqui, 2. *de Fin.* 15. planiùs & apertiùs dicam, *pro Q. R.* 43. apertiſſimè & planiſſimè explicare quidpiam, 4. *V.* 156. ponere aliquid apertè falſum, 2. *de Orat.* 306. quæ verba apertè indicant &c. *ad Brut.* 6.

In re tam clarâ, tam teſtatâ, tam abs te ipſo pervulgatâ... clara res eſt toto orbe celeberrima atque notiſſima, 5. *V.* 61. res erat clara, 7. *V.* 99. clariores hâc luce... erit vobis luce clarius... qui enim ſatis viderit id, quod eſt luce clarius, 1. *Tuſc.* quapropter ſi ea quæ dixi, ſole ipſo illuſtriora & clariora ſunt, 1. *de Fin.* 71. res loquitur, Judices, ipſa... ſenſus enim cujuſque & natura rerum & veritas ipſa clamat, 2. *de Fin.*

Notæ res ac manifeſtæ... res tam nota ac manifeſta omnibus... quæ ita aperta & manifeſta ſunt, ut &c. *pro S. R.* 95. manifeſtum & in medio poſitum, & apertum.... manifeſtè, manifeſtò (in factis præcipuè uſurpatur hoc nomen, *manifeſtus, a, um*, & adverbium, *manifeſtè, manifeſtò, palam.*)

Liquet (hoc eſt, perſpicuè conſtat, perſpicuum eſt.) quod ſi haberem, quod liqueret, 2. *de Nat.* ſimili modo liquet &c. 1. *Rhet.* 64. non liquet... non liquere...

Apparet (v. *App.*)

Patet, patere (de rebus apertis dicitur.) quod omnibus patet... cùm pateat igitur æternum id eſſe &c. 1. *Tuſc.* 54. diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, videmus omnia, 12. *At.* 5. non implicitè & abſconditè, ſed patentiùs & expeditiùs...

Dilucidus, a, um (ad orationem & verba maximè refertur.) dilucidè planéque dicere... planè & dilucidè loqui... quæ eſt à re-

te explicata dilucidè, 1. *de Divin.* 117. dilucidiùs... lucidè breviterque definire aliquid, 2. *de Orat.* 108. perſpicua & dilucida expoſitio, *ad Heren.*

Planè, planiùs, planiſſimè (*ad res dicendas, aut factas præcipuè attinet.* Vide *App.*)

Exploratum habere (hoc eſt, compertum & perſpicuè cognitum.) Illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuiſſe ſine causâ, 2. *de Divinat.* 60.

(*Perſpicuitati & evidentiæ opponitur*) obſcuritas, & ignoratio, obſcuratio, tenebræ, caligo, ænigma. *Cic.* Etſi enim omnis cognitio multis eſt obſtructa difficultatibus, eaque eſt & in ipſis rebus *obſcuritas* & in judiciis noſtris infirmitas, ut non ſine causâ &c. 4. *Acad.* 7. obſcura quædam eſſe confiteor &c. ſed ineſt in rebus ipſis obſcuritas, 4. *de Fin.* labamus mutamuſque ſententiam clarioribus etiam in rebus. in his eſt enim aliqua obſcuritas, 1. *Tuſc.* cauſa latet obſcuritate involuta naturæ, 1. *de D.* 35. adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut &c. 2. *de Divin.* 111. aut cùm rerum obſcuritas, non verborum facit, ut non intelligatur oratio, 2. *de Fin.* 15. obſcuritas & ignoratio cauſarum, 1. *Acad.* 29. ſed à libris te obſcuritas rejecit, *Top.* 1. in eâ obſcuritate & dubitatione omnium, *pro Cl.* 73. Philoſophia in tres partes diſtributa eſt, in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores, 1. *de Orat.* 68. erat autem obſcuritas quædam, *pro Mar.* 31. quibus autem in rebus *obſcuratio* tanta non ſit &c. 4. *de Fin.* 30. quantâ in obſcuritate rerum, & quàm reconditâ in arte & multiplici ſubtilique verſentur, 1. *de Orat.* quia erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum, 1. *de Divin.* 116. non ut deorum naturam tollerem, ſed ut intelligeretis quàm eſſet obſcura & quàm difficiles explicatus haberet, 3. *de Nat.* 94. cur hoc tam eſt obſcurum atque cæcum? 2. *cont. Rull.* 36. nimis obſcurus... valdè obſcurus... obſcuratus... ut enim obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernæ, 3. *de Fin.* 45. obſcurè.. nimis obſcurè.. obſcurè admodum.. perdifficilis & perobſcura quæſtio...

Clariſſimis rebus *tenebras* obducere, 4. *Acad.* 16. latent iſta omnia craſſis occultata & circumfuſa tenebris, ut nulla acies humani ingenii tanta ſit, quæ penetrare in cœlum, terram intrare poſſit, 4. *Acad.* 122. ut oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat, 3. *de Orat.* 47. quæ jacerent in tenebris omnia, niſi

li-

literarum lumen accenderent, *pro Arch.* 14. caligo & tenebræ. . . ſed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi, 12. *A.* 14. per quædam involucra atque integumenta perſpexi, 1. *de Orat.* jam verò quò pertinent obſcuritates & *ænigmata* ſomniorum? 2. *de Divin.* 132.

Veritas in occulto latet, *Orat.* 237. per caliginem cernitur, 2. *de Fin.* nam, ut ſæpè jam dixi, in infirmâ ætate imbecillâque mente, vis naturæ per caliginem cernitur, 5. *de Fin.* 44.

Patefacere & illuſtrare obſcura, 1. *de Orat.* 177. patefacere & illuſtrare veritatem, *de Amic.* 97. patefacere aliquid obſcurum, 4. *Acad.* 44. definitio eſt quaſi patefactio rerum opertarum, cùm quid quicque ſit, aperitur, 2. *de Fin.* 5. quæ in diuturnâ obſcuritate latuerunt, ſi aperiam &c. *pro Cl.* 66. occulta atque involuta aperire, 1. *de Fin.* 30. cùm ea quæ quaſi involuta fuerint, aperta ſunt, 4. *Acad.* 26. res involutas & latentes definiendo explicare, *Orat.* 102. definitio, quæ quaſi involutum evolvit id de quo quæritur, *Top.* 9.

Diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, videmus omnia, 12. *in A.* 15.

§. 7.

De vero & falſo, propriâque veri & certi notâ.

Veritas, verum, vera ratio, res, *Cic.*

Veritas eſt, per quam immutata ea, quæ ſunt, ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur, 2. *Rhet.* 162. ô magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, facilè ſe per ipſam defendat! *pro Cæl.* 63. cùm veritas limatur in diſputatione, 2. *Off.* 35. & illa commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda eſt, 1. *de Orat.* 157. veritas moleſta eſt, ſi quidem ex eâ naſcitur odium, *Læl.* 91. expertes veritatis homines, 2. *de Orat.* 81. veritatis luce menti hominis nihil dulcius, 4. *Acad.* 51. ut quicquid accidat, id *ex æternâ veritate* cauſarumque continuatione fluxiſſe dicatis, 1. *de Nat.* 55. pro cauſæ veritate, 13. *Fam.* 57. deſperaſſe omnem veritatem, 1. *de Nat.* 60. cùm ad veritatem cœpi revocare rationem..... veritatis cultores, fraudis inimici, 1. *Off.* ab illo inventore veritatis & quaſi architecto.... ipſa mihi veritas manum injecit & pauliſper conſiſtere & immorari coëgit, *pro Q. Roſc.* 48.

Digitized by Google

Veri inquiſitio atque inveſtigatio.....: indagatio atque inventio veri... natura cupiditatem ingenuit homini veri videndi, 2. *de Fin.* 46. 1. *Off.* 16. perſpicientiâ veri ſolertiâque omnes trahimur.... inſatiabilis cupiditas veri viſendi, 1. *Tuſc.* 44. huic veri videndi cupiditati adjuncta eſt appetitio quædam principatûs.... perſpicere quid in quâque re verum ſit....... ardere ſtudio veri inveniendi.... ſed ut hoc pulcherrimum judicem vera videre, ſic pro veris probare falſa, turpiſſimum eſt, 4. *Acad.* deindè ad inveſtigandam veritatem ſtudio incitato, 5. *Tuſc.* utinam tam facilè vera invenire poſſemus, quàm falſa convincere, 1. *de Nat.* 91. verum autem primum &c. verum igitur & extremum: eſt id omninò verum..... illud & melius & verius...

Falſum eſt in quo perſpicuè mendacium eſt, 1. *Rhet.* 90. ex falſis enim verum effici non poteſt, 2. *de Divin.* 106. neque in falſum è vero præterita poſſunt converti, *de Divinat.* nec magis commutari ex veris in falſa ea poſſunt, quæ futura ſunt, quàm ea quæ facta ſunt.

Id ergò eſt pronuntiatum, quod aut verum aut falſum eſſe dicitur, 2. *de Fin.* illud tamen dictum, quod eſt imprudentis, veras eſſe ex contrariis disjunctiones; ſed quæ in his enuntiata eſſent, eorum neutrum eſſe verum, *de Divinat...* nec verum eſt quod dicitur à quibuſdam... ſi falſum dixerim &c. ſin verum ... vel ut veriùs dicam ... ne quid fallaciter ... falſò .... in omnibus locis parùm firmamenti & parùm virium falſitas habet, *pro Cluentio* 4. quæ ordine & ratione vacant, ea mentita & falſa plenaque erroris ſunt, 2. *de Nat.* 65. iſta tam apertè perſpicuéque & perverſa & falſa ſecutus.

Vera & falſa, & conſequentia & contraria, ſuâ ſponte, non alienâ judicantur, *de Divinat.* perſpicere quid in quâque re verum ſincerumque ſit, 2. *Off.* 18. ſi verum quærimus, *Orat.* 21. ſi verum ſcire vis, 12. *Att.* 40. dic mihi verum, num &c... verum enim dicam.. dicam enim quod verum eſt.... herculè verum ut loquamur... licet enim verum dicere... *verè* cogitare.. verè dicere, loqui.. negat verum eſſe &c.

Veri & falſi nota... propria veri & certi nota, 4. *Acad.* ſed propria veri, non communis veri & falſi nota, *ibid.* veritatis nota... regula veri & falſi, 4. *Acad.* 33. inſigne veri, quo obſcuro & oppreſſo &c. *ibid.* 36. veri à falſo diſtinctio, 1. *de Fin.* regula ad quam omnia judicia rerum diriguntur, 1. *de Fin.* certa judicandi aſſentiendique nota,

ta, 1. *de Nat.* 12. ars diſſerendi & vera ac falſa judicandi, 2. *de Orat.* 168. ſublatâ veri & falſi notâ, 4. *Acad.* notio veri & falſi, *ibid.* 33. inſignis illa & propria percipiendi nota, *ibid.* 101. in quibus tanquam inſignitæ notæ veritatis appareant, 1. *de Divinat.* ſervatâ illâ, quæ delapſa de cœlo eſt, ad cognitionem omnium regulâ, 1. *de Fin.* 63. cùm plus uno verum eſſe non poſſit, 2. *de Orat.* 30. omne judicium veri & falſi.... quia nullâ notâ verum à falſo diſtinguebatur, 4. *Acad.* 84. quâ diſtinctione ſublatâ, quam haberet &c. agnoſcendo ejuſmodi notam, quæ falſa eſſe non poſſit? *ibid.* cognitionis regulâ & judicio ad eadem illa conſtituto, veri à falſo diſtinctio traditur, 1. *de Fin.* hanc eſſe regulam totius Philoſophiæ, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti... ex quo omne veri falſique judicium eſſet, 4. *Acad.* ex illo cœleſti Epicuri *de regulâ & judicio* volumine accepimus, 1. *de Nat.* 43. indicium veri.... quæ ſi alia vera, alia falſa, quâ notâ internoſcantur, ſcire velim, 2. *de Divinat.* 128. habere regulam quâ vera & falſa indicentur, *de Cl.* 152.

Quatuor ſunt capita quæ concludunt nihil eſſe, quod noſci, percipi, comprehendi poſſit: de quo hæc tota quæſtio eſt; è quibus primum eſt, eſſe aliquod viſum falſum: ſecundum, non poſſe id percipi: tertium inter quæ viſa nihil interſit, fieri non poſſe, ut eorum alia percipi poſſint, alia non poſſint: quartum, nullum eſſe viſum verum à ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo nihil interſit, quodque percipi non poſſit. horum quatuor capitum ſecundum & tertium omnes concedunt. primum Epicurus non dat. vos, quibuſcum res eſt, id quoque conceditis. omnis pugna de quarto eſt, 4. *Acad.* 83.

Quî enim poteſt quidquam comprehendi, ut planè confidas, id perceptum cognitumque eſſe, quod tale eſt, quale vel falſum eſſe poſſit? hoc cùm infirmat tollitque Philo, judicium tollit incogniti & cogniti, ex quo efficitur nihil poſſe comprehendi, 4. *Acad.* 18. quæ iſta regula eſt veri & falſi, ſi notionem veri & falſi, propterea quod ea non poſſunt internoſci, nullam habemus? nam ſi habemus, intereſſe oportet, ut inter rectum & pravum, ſic inter verum & falſum. ſi nihil intereſt, nulla regula eſt, nec poteſt is, cui eſt viſio veri falſique communis, ullum habere judicium, aut ullam omninò veritatis notam. nam cùm dicunt hoc ſe unum tollere, ut quidquam poſſit ita videri, ut non eodem modo falſum etiam poſſit ita videri, cœte-

ra autem concedere, faciunt pueriliter. quo enim omnia ju dicantur ſublato, reliqua ſe negant tollere; ut ſi quis, quem ocul is privaverit, dicat, ea, quæ cerni poſſent, non ſe ei ademiſſe. ut en im illa oculis modò cognoſcuntur, ſic reliqua viſis. ſed propria veri, non communis veri & falſi nota. quamobrem ſive tu probabilem viſionem, ſive improbabilem &c. ſive aliud quid proferes, quod ſequare, ad viſum illud de quo agimus, tibi erit revertendum. in eo autem, ſi erit communitas cum falſo, nullum erit judicium; quia proprium in communi ſigno notari non poteſt, 4. *Acad.* 33. &c. ut enim confidant, notum his eſſe debebit inſigne veri, quo obſcuro & oppreſſo, quod tandem verum ſibi videbuntur attingere? *ibid.* 36. qualis eſt iſtorum oratio, qui omnia non tam eſſe, quàm videri volunt? maximè autem convincuntur, cùm hæc duo pro congruentibus ſumunt tam vehementer repugnantia: primùm eſſe quædam falſa viſa; deindè, inter falſa viſa & vera nihil intereſſe, *ibid.* 44. atqui falſum quod eſt, id percipi non poteſt, *ibid.* 106. nihil autem falſi perceptum & cognitum poſſit eſſe, *ibid.* primùm igitur perſpicuitas illa, quam diximus, ſatis magnam habet vim, ut ipſa per ſeſe, ea, quæ ſint, nobis ita, ut ſint, indicet, *ibid.* 45. exponam igitur generatim argumenta eorum, quoniam ipſi etiam illa ſolent non confusè loqui. primùm conantur oſtendere multa poſſe videri eſſe, quæ omninò nulla ſunt, cùm animi inaniter moveantur eodem modo rebus iis, quæ nullæ ſint, ut iis quæ ſint. nam cùm dicatis, inquiunt, viſa quædam mitti à deo &c. quærunt, quonam modo, falſa viſa quæ ſint, ea deus efficere poſſit probabilia; quæ autem planè proximè ad verum accedant, efficere non poſſit? aut ſi ea quoque poſſit, cur illa non poſſit, quæ perdifficiliter, internoſcantur tamen? *ibid.* 47.

Omnium deindè *inanium viſorum* una depulſio eſt, ſive illa cogitatione informantur, quod fieri ſolere concedimus, ſive in quiete, ſive per viſum, ſive per inſaniam. nam ab omnibus ejuſmodi viſis *perſpicuitatem*, quam mordicùs tenere debemus, abeſſe dicemus. quis enim, cùm ſibi fingit aliquid & cogitatione depingit, non ſimul ac ſe ipſe commovit atque ad ſe revocavit, ſentit quid interſit inter perſpicua & inania? eadem ratio eſt ſomniorum &c. itaque ſimul experrecti ſumus, viſa illa contemnimus, neque ita habemus ut ea, quæ in foro geſſimus. atenim dum videntur, eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum, quæ vigilantes videmus. plurimùm intereſt: ſed id omittamus. illud enim di-

ci-

cimus, non eamdem eſſe vim neque integritatem dormientium, & vigilantium, nec mente, nec ſenſu. ne vinolenti quidem, quæ faciunt, eâdem approbatione faciunt, quâ ſobrii: dubitant, hæſitant, revocant ſe interdùm; iiſque, quæ videntur, imbecilliùs aſſentiuntur: cúmque obdormiverunt, illa viſa, quàm levia fuerint, intelligunt. quod idem contingit inſanis, ut & incipientes furere ſentiant & dicant aliquid, quod non ſit, id videri ſibi &c. 4. *Acad.* 51. 52. habeo enim regulam ut talia viſa vera judicem, qualia falſa eſſe non poſſunt. ab hâc mihi non licet transverſum, ut aiunt, digitum diſcedere. non confundam omnia. veri enim & falſi, non modò cognitio, ſed & natura tolletur, ſi nihil erit quod interſit. ut etiam illud abſurdum ſit, quod interdùm ſoletis dicere, cùm viſa in animos imprimantur, non vos id dicere inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe, ſed inter ſpecies & quaſdam formas eorum. quaſi verò non ſpecie viſa judicentur: quæ fidem nullam habebunt, ſublatâ veri & falſi notâ. illud verò perabſurdum, quod dicitis probabilia vos ſequi, ſi re nullâ impediamini. primùm, quî poteſtis non impediri, cùm à veris falſa non diſtent? deindè, quod judicium eſt veri, cùm ſit commune falſi? &c. *ibid.* 58.

Multi ſermones perſcripti ſunt, è quibus dubitari non poſſit, quin Socrati nihil ſit viſum ſciri poſſe. excepit unum tantùm, ſcire ſe, nihil ſe ſcire: nihil ampliùs, 4. *Acad.* 74. nego, inquit (Metrodorus) ſcire nos ſciamuſne aliquid, an nihil ſciamus: ne id ipſum quidem neſcire, aut ſcire, ſcire nos; nec omninò ſitne aliquid, an nihil ſit, *ibid.* 73. docere vellet nihil ita ſignari in animis noſtris à vero poſſe, quod non eodem modo poſſit à falſo, *ibid.* 71. nihil eſt enim aliud, quamobrem nihil percipi mihi poſſe videatur, niſi quòd percipiendi vis ita definitur à Stoicis, ut negent quidquam poſſe percipi, niſi tale verum, quale falſum eſſe non poſſit, 5. *de Fin.* 76. quid Cyrenæi? videntur minimè contemti Philoſophi, qui negant eſſe quidquam quod percipi poſſit *extrinſecùs*: ea ſe ſola percipere, quæ tactu intimo ſentiant, ut dolorem & voluptatem: neque ſe, quo quid colore, aut quo ſono ſit, ſcire, ſed tantùm ſentire affici ſe quodammodo, 4. *Acad.* 76. nobis autem primùm, etiamſi quid percipi poſſit, tamen ipſa conſuetudo aſſentiendi periculoſa eſſe videtur & lubrica. quamobrem cùm tam vitioſum eſſe conſtet aſſentiri quidquam aut falſum, aut incognitum; ſuſtinenda eſt potiùs omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temerè proceſſerit. ita enim finitima ſunt falſa veris, ea-

que quæ percipi poſſunt, (ſi modò ea ſunt quædam) ut tamen in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere, *ibid.* 68. habet animum: movetur mente: movetur ſenſibus, ut ei multa vera videantur: neque tamen habere inſignem illam & propriam percipiendi notam: eoque ſapientem non aſſentiri, quia poſſit ejuſdemmodi exſiſtere falſum aliquod, cujuſmodi hoc verum. neque nos contra ſenſus aliter dicimus ac Stoici, qui multa falſa eſſe dicunt, longéque aliter ſe habere, ac ſenſibus videantur. hoc autem ſi ita ſit, ut unum modò ſenſibus falſum videatur; præſto eſt, qui neget rem ullam percipi poſſe ſenſibus. ita nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero veſtro, perceptio & comprehenſio tollitur. quod eſt caput Epicuri? ſi ullum ſenſibus viſum, falſum eſt, nihil percipi poteſt. quod veſtrum? ſunt falſa ſenſûs viſa. quid ſequitur? ut taceam, concluſio ipſa loquitur, nihil poſſe percipi, 4. *Acad.* 101. nihil opinatur ſapiens (inquit Zeno) quoniam eſſet quod percipi poſſet. quid ergo eſſet id? viſum, credo. quale igitur viſum? tum illum ita definiviſſe, ex eo, quid ergò id eſſet? quod eſſet, ſicut eſſet, impreſſum & ſignatum & effectum. poſt requiſitum, etiamne, ſi ejuſmodi eſſet viſum verum, quale falſum. hîc Zenonem vidiſſe acutè, nullum eſſe viſum, quod percipi poſſet, ſi id tale eſſe ab eo, quod eſt, ut ejuſmodi ab eo, quod non eſt, poſſet eſſe. rectè conſenſit Arceſilas ad definitionem additum: neque enim falſum percipi poſſe, neque verum, ſi eſſet tale, quale vel falſum. incubuit autem in eas diſputationes, ut doceret, nullum tale eſſe viſum à vero, ut non ejuſdemmodi etiam à falſo poſſit eſſe. hæc autem eſt una contentio, quæ adhuc permanſerit, 4. *Acad.* 77. quid ergò eſt quod percipi poſſit, ſi ne ſenſus quidem vera nuntiant? *ibid.* 79. tu verò qui viſa ſenſibus alia vera dicas eſſe, alia falſa; quî ea diſtinguis? deſine, quæſo, communibus locis, *ibid.* 80. De quo (Chryſippo) queri ſolent Stoici; dum ſtudioſè omnia conquiſierit contra ſenſus & perſpicuitatem, contraque omnem conſuetudinem contraque rationem, ipſum ſibi reſpondentem, inferiorem fuiſſe, *ibid.* 87. illud ſit diſputatum (ab Academiâ) non eſſe in his (ſenſibus ſcilicet) propriam, quæ nuſquam alibi eſſet, veri & certi notam, 4. *Acad.*

Timuit Epicurus, ne ſi unum viſum éſſet falſum, nullum eſſet verum: *omnes ſenſus veri nuntios* dixit eſſe, 1. *de Nat.* 70. meo autem judicio, ita eſt maximè in ſenſibus veritas, ſi & ſani ſunt, & valen-

ſentes, & omnia removentur, quæ obſtant & impediunt, 4. *Acad.* 19. quod ſit poſitum ejus judicium in ſenſibus, 2. *de Fin.* quicquid porrò animo cernitur, id omne oritur à ſenſibus. qui ſi omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet; tum denique poterit aliquid cognoſci & percipi. quos qui tollunt & nihil poſſe percipi dicunt, ii, remotis ſenſibus, ne id ipſum quidem expedire poſſunt, quod diſſerunt, 1. *de Fin.* 64.

Quamquam oriretur à ſenſibus, tamen non eſſe judicium veritatis in ſenſibus. mentem volebant (Academici) rerum eſſe judicem: ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur, quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex & uniuſmodi, & tale, quale eſſet, 1. *Acad.* 30. neque ſenſuum fidem ſine ratione, neque rationes ſine ſenſibus exquiramus: atque ut eorum alterum ab altero ne ſeparemus, (denuntiant.) 4. *de Fin.* 9. umbrâ & imaginibus utimur...

Aliud judicium Pythagoræ eſt, qui putet id cuique verum eſſe, quod cuique videatur: aliud Cyrenaicorum, qui præter permotiones intimas, nihil putant eſſe judicii: aliud Epicuri, qui omne judicium in ſenſibus, & in rerum notitiis, & in voluptate conſtituit. Plato autem omne judicium veritatis veritatemque ipſam abductam ab opinionibus & ſenſibus cogitationis ipſius & mentis eſſe voluit, 4. *Acad.* 141. neſcio qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri, *de Conſolat.* ſublatâ cognitione & ſcientiâ, tollitur omnis ratio & vitæ degendæ & rerum gerendarum, 1. *de Fin.* 64. ſcientiam autem nuſquam cenſebant eſſe niſi in animi notionibus & rationibus, 1. *Acad.*

§ 8.

De errore.

Error, erratum, erratio, peccatum, lapſio, prolapſio, falſa opinio, *Cic.*

Sed plena errorum ſunt omnia, 1. *Tuſc.* 105. nunc parvulos nobis natura dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibuſque depravatis ſic reſtinguimus, ut nuſquam naturæ lumen appareat: ſunt enim ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret: nunc autem ſimul atque editi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuò pravitate &

in ſummâ opinionum perverſitate verſamur: *ut penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur*. cùm verò parentibus redditi, id eſt, magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas & opinioni confirmatæ natura ipſa cedat, 3. *Tuſc*. 2. ex quibus humanæ vitæ erroribus atque ærumnis fit, ut &c. *Hortenſ*. quominùs ſe admiſcuerint atque implicuerint *animi* hominum vitiis atque erroribus, *ibid*. quæ res genuit falſas opiniones erroreſque turbulentos & ſuperſtitiones pænè aniles, 2. *de Nat*. 70. Ægyptiorum mentes imbutæ privatis erroribus, 5. *Tuſc*. 78. opinionibus vulgi rapimur in errorem, 2. *de Leg*. 43. vos mihi in tantis tenebris erroris & inſcitiæ clariſſimum lumen prætuliſtis, *pro Syll*. 40. falsâ opinione & errore, *pro Seſt*. 22. eaque niſi dijudicatur, in ſummo errore neceſſe eſt homines, atque in maximâ rerum ignoratione verſari, 1. *de Nat*. 2. hoc enim vos in errore verſari diutiùs non oportet, 3. *cont*. *Rull*. 16. verſatur enim magnus error, 2. *cont*. *Rull*. 6. non enim ſumus ii, quorum animus vagetur errore.... cujus generis error ita manat, ut non videam quò non poſſit accedere, 4. *Acad*. itaque ut ſine ullo errore dijudicare poſſimus, ſi quandò &c.... ita propter inſcitiam atque errorem.... ſimili in errore verſantur..... ut tollatur error omnis imperitorum..... atque omni errore ſublato.... quæ eſt alia cauſa erroris tanti tam longè latèque diffuſi, niſi quod &c.... neque quemquam hoc errore duci oportet, ut &c. 1. *Off*. 148. errore ductus, ductos...... deponere errorem.... inducere in errorem..... in errorem induci.... coarguere errorem alicujus.... eripe mihi hunc errorem, 10. *Att*. 4. quorum error eripiendus eſt omniſque opinio &c. 2. *Off*. 10. ſi quis error nobis in tantâ re ſit objectus, *pro Cæc*. 5. non patiar te in tanto errore verſari, *pro Mur*. 23. eſt ne quiſquam tanto inflatus errore, ut ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit, 4. *Acad*. 116. avertere aliquem ab errore, 3. *Off*. 83. lapſus eſt per errorem, 3. *Qu*. *Fr*. 9. ſæpè etiam errorem creat ſimilitudo, 2. *de Divin*. 55. errorem depellere.... omninóque in hoc omnis eſt error, quòd &c. 2. *de Orat*. 83. neſcio qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri, *de Conſolat*. omnibus in rebus temeritas aſſentiendi errorque turpis eſt, 1. *de Divinat*. 7. falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum eſſe, 1. *Off*. labi, errare, neſcire, decipi, & malum & turpe dicimus, 1. *Off*. cujuſvis hominis eſt errare, nullius niſi inſipientis in errore perſeverare,

12. *Att.* 5. quod ſi eſt erratum ſpe falsâ atque fallaci, redeamus in viam. optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii .... erravi, temerè feci, pœnitet...... næ, illi vehementer errant, ſi &c.... & quidem vehementer errat &c.... ſed hoc minùs fortaſſe errant quod &c. tolerabile erratum... non meum erratum, ſed tuum.... quæ ſunt iiſdem in erratis ferè, quibus ea quæ de Platone dicimus, 1. *de Nat.* opinione labi.... niſi fortè me fallo..... in quo falli facile eſt.... nunc niſi me fallit.... qui minimè falli poſſit..... & quidem iſtâ duce errari nullo pacto poteſt, 1. *de Leg.* res à naturâ copulatas audebit errore divellere....

Sed neſcio quomodò plerique errare malunt, eamque ſententiam quam adamaverunt, pugnaciſſimè defendere, quàm ſine pertinaciâ, quid conſtantiſſimè dicatur requirere, 4. *Acad.*

§. 9.

De aſſenſu & enuntiatione.

Aſſenſus, aſſenſio, approbatio, judicium, *Cic.*

Nunc de aſſenſione atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus, 4. *Acad.* 37. aſſenſio fieri non poteſt niſi commota viſo, *de Fato* 42. appetitum ſequitur aſſenſio & actio, *ibid.* aſſenſum retinere, 4. *Acad.* 57. aſſenſum à certis & illuſtrioribus cohibere, *ibid.* 94. quare qui aut viſum aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit è vitâ, *ibid.* 39. ſuſtinere ſe ab omni aſſenſu, *ibid.* aſſenſu ſuo comprobare aliquid, *ibid.* 108. obſiſtere viſis aſſenſuſque ſuos firmè ſuſtinere, 3. *de Fin.* 31.

Aſſenſus, a, um, *Cic.* ſapiens multa ſequitur probabilia, non comprehenſa, neque percepta, neque *aſſenſa*, ſed ſimilia veri, 4. *Acad.* 99.

Aſſentior, aſſentio, judico, approbo, convenio, probo &c. *Cic.*

Cavendum eſt ne his rebus temerè aſſentiamus, 1. *Off.* 18. vitioſum eſt aſſentiri quicquam falſum, 4. *Acad.* 68.

Judicium (*pro ſimplici aſſenſione rarò uſurpatur, interdùm tamen.*) utque ipſe ſic moveatur, ut impetu quodam animi & perturbatione magis, quàm *judicio* aut conſilio regatur, 2. *de Orat.* 178. omnes eas

(appetitiones) eſſe in noſtrâ poteſtate, omnes *judicio* ſuſceptas, omnes voluntarias, 4. *Tuſc.* 65. (haud ſcio tamen an *judicium* in his locis pro ratione ſumatur, quâ quidpiam faciendum eſſe concluditur.) hæc cùm conſtituta ſint judicio atque ſententiâ, 4. *Tuſc.* 50.

Enunciatio, enunciatum, pronunciatio, pronunciatum, effatum, axioma, dictum, *Cic.*

Omnis enunciatio, quod *axioma* Dialectici appellant, aut vera, aut falſa eſt, *de Fato* 20. explicanda vis eſt ratioque enunciationum, quæ Græci *axiomata* vocant, *ibid.* 1. etſi tum non eſſet vera hæc enunciatio, *ibid.* 27. omne enunciatum aut verum, aut falſum eſſe, *de Fato* 19. mentis cogitata enunciare, 10. *Fam.* 8. enunciare verbis, 1. *Acad.* 6. nempè fundamentum Dialecticæ eſt, quicquid enunciatur (id autem appellatur *axioma*, quod eſt quaſi effatum.) aut verum eſſe, aut falſum, 4. *Acad.* 95.

Omne pronunciatum (ſic mihi in præſentiâ occurrit, ut appellarem *axioma*) id ergò eſt pronunciatum, quod verum eſt, aut falſum, 1. *Tuſc.* 14. omnis pronunciatio aut vera, aut falſa eſt, *de Fato* 26.

§. 10.

De conſtantiâ & firmitate aſſenſionis, (quam certitudinem *Scholaſtici vocant) ſeu de firmâ & conſtanti aſſenſione.*

Firmitas, firmitudo, firmè, firmiter, firmitas & conſtantia, ſtabilitas, *Cic.* (pro *certitudine.*)

Cujus omnis conſtantia & firmitas ex his rebus conſtat..... ſtabilitas & conſtantia..... firmitudo animi.... hæ ſunt ſententiæ quæ ſtabilitatis aliquid habeant, 5. *Tuſc.* 85. aſſeverare aliquid firmiſſimè, 10. *Att.* 10. habere aliquid benè cognitum & ſatis firmè conceptum animo, 2. *Att.* 6. lege in controverſiis nihil firmius, *Top.* 95. opinio firma & ſtabilis, *de Cl.* 114. omnia quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis à virtute ſapientiâque removebat, 1. *Acad.* 41. firmiores enim videas apud eos opiniones &c. 1. *de Nat.* 82. ut porrò firmiſſimum hoc afferri videtur, cur deos eſſe credamus &c. 1. *Tuſc.* 39.

30. argumenta firma ad probandum, *de Cl.* 271. præcepta firma, ſtabilia, 1. *Off.* 6. tenere aliquid firmum, *Orat.* 237. verum illud ratum, firmum, fixum fuiſſe vis, 4. *Acad.* 141. ſtabile, fixum, ratum eſſe debet.... ut maneamus in perſpicuis firmiùs & conſtantiùs, 4. *Acad.*

Ratio connixa per ſe, *Cic.*

Certus, certior, certiſſimus, certè, certò, certum (etiam pro re certâ.) illa vera & firma & certa eſſe.... mihi porrò non tam certum eſt, &c. quàm &c. 4. *Acad.* propria veri & certi nota..... cùm idem negares quidquam certi poſſe reperiri, 4. *Acad.* quid quâque de re certi habeas, ſcire cupio, 1. *de Nat.* 6. quoniam in Fabio certum ponitur &c. *de Fato* 12. ſed tamen de hoc mihi parùm certum eſt, 10. *Fam.* 23. non habeo certum, quæ te res hinc retrahat, 5. *Fam.* 14. neque id ipſum tamen certum habeo, 1. *Att.* 10. certum neſcio, 12. *Att.* 24. pro certo habere, habetur... pro certo putare, dicere..... quæ affirmant, certiora eſſe dicunt &c. 3. *de Nat.* 13. incerta pro certis habere, *de Senect.* 68.

Signum certiſſimum..... utrum comprehendiſſet certa illa nota quæ aſſentiri dicitis oportere, 4. *Acad.* certum igitur hoc ſit: idque & primum & maximè neceſſarium &c. cum certi nihil erit quod ſequatur, 4. *Acad.* profectò conſtat eos ipſos qui ſe aliquid certi habere arbitrantur, 1. *de Nat.* 14. nec tamen certa ut ſint & fixa, quæ dixero, 1. *Tuſc.* certum eſt deliberatumque, *pro S. R.* 31. mihi certum eſt.... ſibi certum eſt... certiorem facere... an verò certius quidquam poteſt eſſe, quàm &c. 2. *de Fin.* eſt certè, quod illud efficit, homine melius, 2. *de Nat.* certò futurum, 5. *Tuſc.* 81. alia certa, alia incerta....

Comprehenſus, perceptus, cognitus, compertus, manifeſtus, notus, exploratus, minimè dubius &c. *Cic.* quod niſi cognitum comprehenſumque animis haberemus, non tam ſtabilis opinio permaneret, 2. *de Nat.* nihil haberet comprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti, 4. *Acad.* definitum & conſtitutum ſit.... præſertim cùm mihi deliberatum & conſtitutum ſit &c. hoc igitur probè ſtabilito & fixo, illis excutiendum eſt &c. 1. *Tuſc. conſtituto autem illo*... quo conſtituto ſequitur &c... quo conſtituto, facilior eſt mihi aditus ad &c.... poſito... hoc poſito... hoc autem poſito atque conceſſo.... quibus poſitis.... ſed primum poſitum ſit..... pro certo ſumere.... nihil de hoc comperi... ut comperi &c... comperiſſe manifeſtò... ſcripſit ſe id certis auctoribus comperiſſe... com-

pertum habere.. quod de iis duobus habuerint compertum... facinus manifeſtò compertum atque deprehenſum... nihil ipſos habuiſſe cogniti, nihil comperti... habere benè cognitum (quidpiam) & ſatis firmè conceptum animo & comprehenſum, 2. *de Fin.* 6... conceſſa, conceſſæ res (*pro certis ſumuntur.*)

Conſtat, liquet, patet, exploratum eſt, exploratum habere, *Cic.* itaque inter omnes omnium gentium ſententia conſtat, 2. *de Nat.* mihi quidem conſtat.... conſtabat... eorum igitur quæ conſtant, ponam exempla, 1. *Rhet.* 67. quæ conſtabant eſſe peccata.... res de quâ conſtat, 2. *Rhet.* 159. quæ cùm conſtent, perſpicuum debet eſſe &c. 1. *Tuſc.* 40. neque conſtat inter omnes, 1. *Rhet.* 65. ſed tum nimis inter omnes conſtabat, 2. *At* 106. quaſi hoc perſpicuum ſit, conſtetque inter omnes, 3. *de Nat.* 10. ut inter omnes conſtat antiquos, *Orat.* 218. inter omnes ſapientes conſtare, 3. *de Orat.* 3. conſtare inter omnes video, 1. *Q. Fr.* 1. conſtitit autem ferè inter omnes, 5. *de Fin.* 17. ſed cùm conſtiterit.... etſi non ſatis mihi conſtiterat...

Liquet... non liquet... Judices non liquere dixerunt... cùm quid liqueret non habuiſtis.... ſed quod inter nos liqueat, ne tu quidem intelligis... ſi habes quod liqueat. (V. *App.* Cic.)

Patet (V. *App.* Cic.)

Perſpecta & explorata.... non eſt igitur tam explorata iſta ratio, quàm videtur, 1. *de Nat.* 64. de quo mihi exploratum eſt... de quo exploratum ſit tibi.... cùm mihi eſſet exploratiſſimum.... cui poſſit exploratum eſſe de ſuâ ſalute ? 4. *Ac.* 54. quid enim exploratius eſſe poteſt, quàm &c. *Brut.* 17. cui ſit exploratum.... niſi mihi exploratum eſſet.... illud tamen exploratum habeto... exploratum habeo... deus habet exploratum, fore ſe ſemper, 1. *de Nat.* 51.

Poſtremò illud fixum in animis veſtris tenetote, *pro Cor.* 66. jam fixum & ſtatutum eſt, *pro Mur.* 62. decretum non ſolùm non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratum eſſe debet, 4. *Acad.* 17. quæ perpetuò animo meo fixa manebunt, *Epiſt. Fam. l.* 10. *ep.* 35.

Maneat ergò quod &c. 3. *Off.* 49. quamobrem illud maneat ac fixum ſit, quod neque moveri, neque mutari poteſt, *pro R. P.* 25.

Quod quamquam dubitationem non habet (eſt enim infixum in ipsâ

ipſâ naturâ) .... non poteſt igitur dubitari quin decretum nullum falſum poſſit eſſe, ſapientiſque ſatis ſit non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratum eſſe debeat; quod movere nulla ratio queat, 4. *Acad.* 27. quod alterum poteſt habere dubitationem, adhibendumne fuerit hoc genus &c. alterum dubitari non poteſt.... de judicio Panætii dubitari non poteſt... nulla dubitatio relinquetur.... cùm igitur hic locus nihil habeat dubitationis.. hoc verò ſine ullâ dubitatione confirmaverim.... nec dubium, quin.... non igitur dubium eſt, quin ſi &c... non eſt id quidem dubium, quin... neque dubium eſt, quin ſi &c.... quamobrem id quidem non dubium eſt, quin &c.... dubitandum non eſt, quin &c... in re non dubiâ... quas res quaſi non dubias ante induxerimus... quare ne plura de re loquar minimè dubiâ.... nimiùm multa de re minimè dubiâ.... quorum alterum dubiæ rei, alterum certæ continet amplificationem.... non oportet eſſe dubium, quin &c... illud quidem ſic habeto, niſi &c... quod ne dubitare poſſimus; maximo eſt argumento, quod &c. 1. *de Divinat.*.. hæc nonne turpe eſt dubitare Philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitant.... quid eſt igitur cur dubitandum ſit, quin ſint ea, quæ diſputavi, veriſſima, ſi ratio mecum facit, ſi eventa, ſi populi, ſi nationes, ſi Græci, ſi barbari, ſi majores etiam noſtri, ſi denique hoc ſemper ita putatum eſt, ſi ſummi Philoſophi, ſi Poetæ, ſi ſapientiſſimi viri qui Reſp. conſtituerunt, qui urbes condiderunt? an dum beſtiæ loquantur, expectamus, hominum conſentiente auctoritate contenti non ſumus? 1. *de Divinat.* 84. clariſſimis monumentis teſtata confirmataque auctoritas....

Scientia, certiſſima ſcientia (pro certâ cognitione.) ſi ſtabilem ſcientiam rerum tenebimus, 1. *de Fin.* comprehendere aliquid ſcientiâ, 6. *Fam.* 22. res quæ mendacio nixa ſit, quæ ad ſcientiam non ſæpè perveniat, 2. *de Orat.*

§. II.

De voluntate & appetitu, liberâque poteſtate voluntatis: tum de fato & neceſſitate.

Naturâ enim omnes ea, quæ bona videntur, ſequuntur fugiuntque contraria. quamobrem ſimul objecta ſpecies cujuſpiam eſt, quod bonum videatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura. id cùm conſtanter prudenterque ſit, ejuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem. eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt, *voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſiderat.* quæ autem adverſâ ratione incitata eſt vehementiùs, ea *libido* eſt, vel *cupiditas* effrenata, quæ in omnibus ſtultis invenitur, 4. *Tuſc.* 12. ſuâ voluntate, nullâ vi coactus, 2. *de Fin.* 65. ex ſuâ voluntate facere, 2. *cont. Rull.* 53. voluntate fieri. . voluntates impellere quò velis: unde autem velis deducere, 2. *de Orat.* qui ſuâ ſponte & voluntate aliquid faciunt, 1. *Rhet.* 3. *part.* 13. ſuâ ſponte ſuoque judicio... meâ ſponte... ſuâ ſponte...

Eſſe quemdam animi motum *voluntarium*, *de Fato* 23. animi autem & ejus animi partis, quæ princeps eſt, quæque mens nominatur, plures ſunt virtutes. ſed duo prima genera: unum earum quæ ingenerantur ſuâpte naturâ, appellanturque *non voluntariæ*. alterum earum, quæ in voluntate poſitæ, magis proprio nomine appellari ſolent... quas appellamus *voluntarias*, 5. *de Fin.* 36. voluntariâ quâdam oblivione, 1. *Fam.* 5. morte voluntariâ, *de Cl.* 103. ut ſine ullâ ſpe ad interitum ruerem voluntarium, *pro Mar.* 14. nam hoc ipſum ita juſtum eſt, quod rectè fit, ſi eſt voluntarium, 1. *Off.* 28. reſtat igitur ut motus aſtrorum ſit voluntarius, 2. *de Nat.* 44. caſus voluntarius, 2. *de Fin.* 65. voluntarium facinus, 1. *Rhet.* 102. eſt enim illud, quod in omni perturbatione dicitur, demonſtrandum, nullam eſſe niſi opinabilem, niſi judicio ſuſceptam, niſi voluntariam, 4. *Tuſc.* omnes motus habet voluntarios, conatuſque & appetitiones, 2. *de Nat.* 58. omnes eas eſſe in noſtrâ poteſtate, omnes judicio ſuſceptas, omnes voluntarias, 4. *Tuſc.* 65. ſi eſt voluntarium, 1. *Off.* etiam ut ea quæ ſiunt, partim ſint ignorata, partim voluntaria. ignorata, quæ neceſſita-

ſitate effecta ſunt. voluntaria, quæ conſilio. quæ autem fortunâ, vel ignorata, vel voluntaria, *Top*. 63. Zeno perturbationes putabat eſſe voluntarias opinioniſque judicio ſuſcipi, 1. *Acad. Q.* 37.

(*Voluntatis motus dicitur*) voluntas, appetitus, appetitio, cupiditas, deſiderium, amor, ſtudium. (*itaque ad voluntatem pertinet*) velle, appetere, expetere, deſiderare, cupere, optare, præoptare, amare, diligere; eligere: electio, lectio, ſelectio, delectus.

Nullum poteſt eſſe animal in quo non & *appetitio* ſit, & declinatio naturalis, 3. *de Nat*. 33. appetitio animi quæ ὁρμὴ Græcè vocatur, 3. *de Fin*. 23. atque etiam eſt cauſarum diſſimilitudo, quod aliæ ſunt, ut ſine ullâ appetitione animi, ſine voluntate, ſine opinione ſuum quaſi opus efficiant &c. aliæ autem aut voluntate efficiuntur, aut perturbationibus animi &c. *Top*. 62.

Duplex eſt vis animorum atque naturæ. una pars in *appetitu* poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, 1. *Off*. 101. efficiendum autem eſt ut appetitus rationi obediant, *ibid*. motus autem animorum duplices ſunt: alteri, cogitationum; alteri, appetitûs &c. appetitus impellit ad agendum, 1. *de Off*. 132. ratio, quâ reguntur animi appetitus, 2. *de Nat*. pars animi quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habet, 1. *de Divinat*. 70. communis animantium omnium eſt conjunctionis appetitus, 2. *Off*. omne animal ſimul atque natum eſt, voluptatem appetit, eâque gaudet ut ſummo bono. dolorem adſpernatur ut ſummum malum, & quantum poteſt, à ſe repellit, 1. *de Fin*. 30. animalia moveri, ſentire & appetere poſſunt, 3. *de Nat*. 31. nec vero id ſatis eſt, neminem eſſe qui ipſe ſe oderit: ſed illud quoque intelligendum eſt, neminem eſſe, qui, quo modo ſe habeat, nihil ſuâ cenſeat intereſſe. tolletur enim *appetitus animi*, ſi, ut in iis rebus, inter quas nihil intereſt, neutram in partem propenſiores ſimus, item in nobiſmetipſis, quemadmodùm affecti ſimus, nihil noſtrâ arbitrabimur intereſſe, 5. *de Fin*. 30. nam priùs poterit à ſe quiſque diſcedere, quàm appetitum earum rerum, quæ ſibi conducant, amittere, *de Fin*.

Expetendus, a, um, expetenda, res expetendæ, ſummum ex rebus expetendis, *Cic*. extremum rerum expetendarum & finis bonorum &c. *Acad*. 1.

Libertas (licentiam propriè ſignificat & immunitatem à ſervitute, vixque pro libero arbitrio voluntatis à Cicerone uſurpatur.) libertas eſt

eſt poteſtas vivendi ut velis, *Par.* 5. libertatis proprium eſt ſic vivere ut velis, 1. *Off.* 70. ſoluti & in libertatem vindicati, 1. *de Nat.* 56. libertas ſuis legibus vivendi, 6. *Att.* 2. libertas ac licentia, 4. *Acad.* 30. eripit enim libertatem, 1. *Off.*

Liber, liberè, non impeditus, expeditus, ſolutus, liberatus, nullâ re implicatus, *Cic.* niſi ſapientem *liberum* eſſe neminem, *Parad.* 5. hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quòd integra nobis eſt judicandi poteſtas; neque ut &c. neceſſitate ullâ cogimur, 4. *Acad.* 8. libero tempore, cùm ſoluta nobis eſt eligendi optio nec impeditur, 1. *de Fin.* 33. expeditus, ſolutus, liber, nullâ re implicatus, 4. *Acad.* 105. ſolutum eſſe exiſtimatur alteri maledicere &c. impeditum, ſe ipſum laudare, ne &c. ſolum verò liberum, alterum laudare, 6. *Fam.* 7. ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis, 1. *cont. Rull.* 27. ab omni animi perturbatione liber, 1. *Off.* 67. ſoluto liberoque animo eſſe, 4. *V.* 185. integro animo ac libero, *pro Syll.* 86. at enim liberum ſenatus judicium propter metum non fuit, *pro Dom.* 10. cùm hæc duo ei liberiora fuerint, *Orat.* 78. animus ſomno relaxatus ſolutè movetur & liberè, 2. *de Divinat.* 100. (*libero opponitur* impeditus, præpeditus, implicatus, ſervus, irretitus, penè conſtrictus, difficilis.) animi ſine ratione & ſcientiâ motu ipſi ſuo *ſoluto & libero* incitantur, 1. *de Divinat.* 4. ſi eſſent omnia mihi ſolutiſſima, 1. *Fam.* 9. quæ ſoluto animo ſcribi ſolent, 9. *Att.* 3.

Arbitrium, arbitratus, nutus, libido, poteſtas, facultas (*pro libertate voluntatis.*) ad noſtrum arbitrium libidinemque... ad arbitrium ſuum... ſecundùm arbitrium tuum... ad aliorum arbitrium vivere, non ad ſuum, *pro Mur.* 19. ad alicujus arbitrium & nutum totum ſe fingere & accommodare, *Orat.* 24. nec ad arbitrium meum revoco, *ad Brut.* 4. omnia ad arbitrium unius collata ſunt, 1. *Fam.* 20. animus fractus & abjectus, & arbitrio carens ſuo, *Parad.* 5. quorum arbitrio.... cujus nutu & arbitrio... nutu atque arbitrio alicujus... Jovis nutu & arbitrio.... multitudinis arbitrio: (obſerva *liberi* notionem in ipſo nomine *arbitrii* contineri. quamobrem, *liberum* arbitrium, *liberi* arbitrii, *libero* arbitrio, nullibi apud Tullium; ſed arbitrium ſimpliciter pro libero arbitrio ſumitur.) arbitratu meo... meo arbitratu... ſibi ipſe ſuo arbitratu & ſuâ voluntate... tuo verò id quidem arbitratu... tuo arbitratu & non meo.... ipſius arbitratu.... ejus arbitratu... meo ne, inquam, arbitratu?.... quæ mihi *facultas*, ut

ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam eſt data, 1. *de Fin.* 72.

Nutus (pro voluntate.) ad nutum paratus... ad alicujus arbitrium & nutum... totumque me ad ejus viri voluntatem nutumque converterem, 3. *Fam.* 10. contra nutum... deorum immortalium nutu atque conſilio..... nutu atque arbitrio alicujus.... nutus tuus.... ſed nutu atque verbo....

Quæ in mentem aut in libidinem veniunt, 2. *Rhet.* 32. ad libidinem fingere aliquid, 1. *de Fin.* ad noſtrum arbitrium libidinemque, 2. *Verr.* 30. ad illorum libidinem... ad libidinem ſuam....

Libet, collibet, libitum eſt, collibitum eſt: (V. *App.* Cic.) *opponitur* invitus, coactus. ſapiens nihil facit invitus, nihil coactus, *Part.* 5. hoc nos ab iſtis adoleſcentibus facere inviti & recuſantes heri coacti ſumus, 2. *de Orat.* 18. invitus & coactus facere &c. ſtatuas inviti per vim atque imperium dederunt, 1. *Verr.*

Motus *voluntarius* eam naturam in ſe ipſo continet, ut ſit *in noſtrâ poteſtate*, nobiſque pareat, *de Fato.* in tuâ id, inquit, poteſtate eſt.... omniaque ſibi in ſe eſſe poſita, neque eſſe quidquam extra ſuam poteſtatem, quod ducant in bonis, 5. *Tuſc.* cùm id ſit in ſapiente ſitum non officio ſolùm, verùm etiam poteſtate, ſequatur neceſſe eſt, ut cujus in poteſtate ſummum bonum, in ejuſdem vita beata ſit &c. 5. *Tuſc.* ergo in poteſtate eſt abjicere dolorem cùm velis... quoniam quidem res in noſtrâ poteſtate eſt, 3. *Tuſc.* vix adſpiciendi poteſtas fuit... cui poteſtas eſſet agendi... nec eorum cujuſquam tibi poteſtas fuit... cui eligendi poteſtas eſt, 1. *de Cl.* 189. eligendi optio delata... quodcumque placeret, eligendi poteſtas fuit... optio vobis data, utrùm velitis... quanta poteſtas peccandi relinquatur.... aut ea quæ in noſtrâ ſita poteſtate &c. 4. *Acad.* ut ſit aliquid in noſtrâ poteſtate.... non eſt enim in noſtrâ poteſtate... id oportere totum poni in poteſtate ſapientis, 2. *de Fin.* primum in noſtrâ poteſtate eſt, 2. *de Fin.* quæ ſecundùm naturam ſunt, neque ſunt in noſtrâ poteſtate, 4. *de Fin.* quod ſi extra noſtram poteſtatem &c. 4. *de Fin.* ſitne ea tota ſita in poteſtate ſapientis? 5. *de Fin.* nihil fore in noſtrâ poteſtate... aut poteſtas aliis defuiſſe demonſtranda eſt, aut facultas, aut voluntas, 2. *Rhet.* 24. quas vellet eligendi poteſtatem dederunt, 2. *Rhet.* ut primùm poteſtas data eſt &c... ſimul ac poteſtas primùm data eſt.... privare aliquem poteſtate faciendi aliquid, 5. *Fam.* 5. magna poteſtas per-

 mit-

mittitur.... cui ne... quidem poteſtas permittitur... permittere alicui poteſtatem faciendi aliquid... habere poteſtatem... poteſtatem facere, concedere, fieri (*V. App. Cic.*) itaque iratos propriè diximus exiſſe de poteſtate, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente, 4. *Tuſc.* 73.

Situm eſſe in (*hoc eſt in poteſtate eſſe.*) ubi igitur virtus, ſi nihil *ſitum eſt in ipſis nobis?* maximè autem abſurdum vitia in ipſorum eſſe poteſtate, neque peccare quemquam niſi aſſenſione: hoc idem in virtute non eſſe, 4. *Acad.* 39. eſt autem ſitum in nobis, ut &c. 1. *de Fin.* 57. aſſenſio, quæ in noſtrâ ſita eſt poteſtate, 4. *Acad.* 37. hujus rei poteſtas omnis in vobis ſita eſt, Judices, *pro Mur.* 83. in eorum poteſtate ſita ſalus noſtra eſt....

Neceſſitas, neceſſitudo, violentia, vis, fatum (libertatem eripit.) cauſa in quâ inſit efficiendi neceſſitas, *Top.* 60. fatalis neceſſitas... fatali neceſſitate.... quâdam ex neceſſitate... ut etiamſi naturâ tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur, 4. *Fam.* 9. neceſſitati parendum, 2. *Off.* in quibus neceſſitati parere cogimur, *Orat.* 202. qui ſerviendum neceſſitati putet, *Orat.* 230. venia neceſſitati datur, 2. *Off.* 56. Mathematici ea prædicunt, quæ naturæ neceſſitas perfectura eſt, 2. *de Divinat.* 17. nullum eſt corpus quod effugiat ferendi patiendique neceſſitatem, 1. *de Nat.* 29. neceſſitatem imponere, imponi... neceſſitatis excuſatio probatur... non probatur... neceſſitate coactus feci, *pro Clu.* 19. neceſſitate adſtrictus, 1. *de Nat.* 18. aliquem vi ac neceſſitate coactum & invitum aliquid facere, *pro Qu.* 51. quæ te neceſſitas tanta premebat? *pro S. R.* 97. neceſſitatem attulit... ea quæ habent aliquam neceſſitatem, 2. *de Divinat.* 18. quia quod mihi affert neceſſitas, non voluntas &c. & cùm de neceſſitate attendemus, *Part.* quæ nos neceſſitas ferre coëgit.... nam ſi.. tributum eſt neceſſitate naturæ, quòd, *de Fat.* 48.

Puto igitur eſſe hanc neceſſitudinem, cui nullâ vi reſiſti poteſt; quæ neque mutari, neque leniri poteſt, 2. *Rhet.* 170. uri poſſe flammâ ligneam materiam *neceſſe eſt*. corpus mortale aliquo tempore interire *neceſſe eſt*. atque ita neceſſe eſt, ut vis ea poſtulat, quam modò deſcribebamus, neceſſitudinis: cui nullâ vi reſiſti poteſt, quæ neque mutari, neque leniri poteſt. hujuſmodi neceſſitudines, cùm in dicendi rationem incidunt, rectè neceſſitudines appellabuntur.... atque etiam hoc mihi videor videre eſſe quaſdam cum adjunctione neceſſitudines, quaſdam ſimplices & abſolutas &c. quid igitur perficere poteſt hæc ne-

neceſſitudinis diſtributio? propè dicam, plurimùm; cùm is locus neceſſitudinis videbitur incurrere. nam cùm ſimplex erit neceſſitudo, nihil erit quod multa dicamus, cùm eam nullâ ratione lenire poſſimus. cùm autem ita neceſſe erit, ut aliquid effugere aut adipiſci velimus, tum adjunctio illa quid habeat utilitatis, quid honeſtatis, erit conſiderandum, *ibidem*. an neceſſitudine, quod alio modo agi non poſſit, 2. *Rhet*. 61. neceſſitudo autem infertur, cùm vi quadam reus id, quod fecerit, feciſſe defenditur, 2 *Rhet*.

Omnia verò in præteritis *neceſſaria* ſunt, quia ſunt immutabilia, 2. *de Nat*. 151... neceſſaria concluſio... neceſſaria conſecutio... ſi alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe, neceſſe erit cras Hermachum vivere, 4. *Acad*. 97.

Neceſſariè, neceſſariò, *Cic*.

(Alligari, alligatus, adſtrictus, colligatus, obſtringi, obſtrictus, impeditus, ſoluto opponuntur.) animus liber ſenſibus, ab omni impeditione curarum, 1. *de Divin*. 115. animi morbis impediri, 1. *de Fin*. 59. conſtrictus &c. atque impeditus... animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate impeditus, *pro Cæl*. 45. amores hunc occupatum impeditumque tenent, *ibid*.

Fatum, vis fatalis, fatalis neceſſitas, *Cic*. fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt, ordinem ſeriemque cauſarum: cùm cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignat, ea eſt ex omni æternitate fluens veritas ſempiterna, 1. *de Divin*. 125. fatum eſt cauſa æterna rerum, cur ea quæ præterierint, facta ſint; & ea, quæ inſtant, fiant; & ea, quæ conſequuntur, futura ſint, *ibidem*. quod ſemper ex omni æternitate verum fuerit, id eſſe fatum, 3. *de Nat*. 14. quam vim animum eſſe dicunt mundi, eamdemque eſſe mentem ſapientiamque perfectam: quem deum appellant, omniumque rerum, quæ ſunt ei ſubjectæ quaſi prudentiam quamdam procurantem cœleſtia maximè: deindè in terris, ea, quæ pertinent ad homines: quam interdùm neceſſitatem appellant, quia nihil aliter poſſit, atque ab eâ conſtitutum ſit: interdùm quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni: nos nonnunquam quidem eamdem fortunam, quod efficiat multa improviſa hæc, nec opinata nobis propter obſcuritatem ignorationemque cauſarum, 1. *Acad*. 29. nihil fieri extra fatum, 2. *de Divin*. 19. ex hoc genere cauſarum ex æternitate pendentium fatum à Stoicis nectitur, *Top*. 59. omnia quæ fiant, futurave

ſint, fato contineri, 2. *de Divin.* 19. anile ſanè & plenum ſuperſtitionis fati nomen ipſum, *ibid.* mutari fata non poſſunt.. ſin autem id poteſt flecti, nullum eſt fatum, 2. *de Divinat.* 20. eâ conditione atque eo fato natum eſſe me, *pro Font.* 35. quo quiſque fato natus ſit, 1. *de Divin.* 1. fatalis neceſſitas rerum futurarum, 1. *de Nat.* 55. quaſi aliquâ fatali neceſſitate, *ad Quir.* 19. vis eſt nulla fatalis, *de Fato* 5. omnia quæ fiunt, quæque ſunt, ex omni æternitate definita eſſe fataliter, 2. *Divinat.* 19.

De fato (*exſtat Liber ſingularis inter ſcripta Ciceronis, undè hæc ſumuntur.*) non enim ſi alii ad alia propenſiores ſint propter cauſas naturales & antecedentes, idcircò etiam noſtrarum voluntatum atque appetitionum ſunt cauſæ naturales & antecedentes. nam nihil eſſet in noſtrâ poteſtate, ſi res ita ſe haberet. nunc verò fatemur, acuti, hebetes-ne; valentes, imbecilli-ne ſimus, non eſſe id in nobis. qui autem ex eo cogi putat, ut ſedeamus quidem aut ambulemus, voluntatis eſſe is non videt, quæ quamque res conſequatur. ut enim & ingenioſi & tardi ita naſcantur antecedentibus cauſis, itemque valentes & imbecilli; non ſequitur tamen ut etiam ſedere & ambulare & rem agere aliquam principalibus cauſis definitum & conſtitutum ſit, *de Fato* 9. ſed hæc ex naturalibus cauſis vitia naſci poſſunt: exſtirpari autem & funditùs tolli, ut is ipſe, qui ad ea propenſus fuerit, à tantis vitiis avocetur, non eſt id poſitum in naturalibus cauſis, ſed in voluntate, ſtudio, diſciplinâ, *ibid.* 11. licet enim Epicuro concedenti omne enunciatum aut verum, aut falſum eſſe, non vereri ne omnia fato fieri ſit neceſſe. non enim æternis cauſis naturæ neceſſitate manantibus verum eſt id, quod ita enuntiatur: *deſcendit in Academiam Carneades:* nec tamen ſine cauſis. ſed intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas, & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem, *ibid.* 19. neque tamen erant cauſæ fatales cur ita accideret, *ibid.* nec ii qui dicunt immutabilia eſſe quæ futura ſint, nec poſſe verum futurum converti in falſum, fati neceſſitatem confirmant, ſed verborum vim interpretantur. at qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam, ii mentem hominis voluntate liberâ ſpoliatam neceſſitate fato devinciunt. ſed hæc hactenùs. alia videamus. concludit enim Chryſippus hoc modo. ſi eſt motus ſine cauſâ, non omnis enuntiatio (quod *axioma* Dialectici appellant) aut vera, aut falſa erit. cauſas enim efficientes quod non habebit, id nec verum, nec falſum erit. omnis autem enuntiatio aut vera,

aut

aut falſa eſt. motus ergò ſine cauſâ nullus eſt. quod ſi ita eſt, omnia quæ fiunt, cauſis fiunt antegreſſis. id ſi ita eſt, omnia fato fiunt. efficitur igitur fato fieri, quæcumque fiunt, *ibid.* 20. itaque contendit omnes nervos Chryſippus, ut perſuadeat, omne *axioma* aut verum eſſe, aut falſum, *ibid.* neceſſe eſt enim in rebus contrariis duabus (contraria autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat.) ex his igitur neceſſe eſt, invito Epicuro, alterum verum eſſe, alterum falſum; ut, *ſauciabitur Philoctetes*, omnibus antè ſæculis verum fuit: *non ſauciabitur*, falſum. niſi fortè volumus Epicureorum rationem ſequi, qui tales enuntiationes nec veras nec falſas eſſe dicunt: aut cùm id pudet, illud tamen dicunt, quod eſt impudentius, veras eſſe ex contrariis disjunctiones; ſed quæ in his enuntiata eſſent, eorum neutrum eſſe verum. ô admirabilem licentiam & miſerabilem inſcientiam diſſerendi! ſi enim aliquid in eloquendo nec verum, nec falſum eſt, certè id verum non eſt. quod autem verum non eſt, quî poteſt non falſum eſſe? aut quod falſum non eſt, quî poteſt non verum eſſe? *ibid.* 37. cùm doceret (Epicurus) eſſe poſſe quemdam animi motum voluntarium, id fuit defendi meliùs quàm introducere declinationem (atomi) cujus præſertim cauſam reperire non poſſunt. quo defenſo, facilè Chryſippo poſſent reſiſtere. cùm enim conceſſiſſet, motum nullum eſſe ſine cauſâ, non concederent, omnia quæ fierent, fieri cauſis antecedentibus. voluntatis enim noſtræ non eſſe cauſas externas & antecedentes. communi igitur conſuetudine ſermonis abutimur, cùm ita dicimus, velle aliquid quempiam, aut nolle, ſine cauſâ. ita enim dicimus, *ſine cauſâ*, ut dicamus ſine externâ & antecedente cauſâ, non ſine aliquâ. ut cùm vas inane dicimus &c. cùm ſine cauſâ animum moveri dicimus, ſine antecedente & externâ cauſâ moveri, non omninò ſine cauſâ dicimus, *ibid.* 23. 24. ſimiliter ad animorum motus voluntarios non eſt requirenda externa cauſa. motus enim voluntarius eam naturam in ſe ipſo continet, ut ſit in noſtrâ poteſtate nobiſque pareat, nec id ſine cauſâ. ejus enim rei cauſa ipſa natura eſt. quod cùm ita ſit, quid eſt, cur non omnis pronuntiatio aut vera, aut falſa ſit, niſi conceſſerimus fato fieri quæcumque fiant? *ibid.* 25. 26. nec ſi omne enuntiatum aut verum, aut falſum eſt, ſequitur illicò eſſe cauſas immutabiles eaſque æternas, quæ prohibeant quidquam ſecùs cadere, atque caſurum ſit: fortuitæ cauſæ, quæ efficiant, ut verè di-

 can-

ſantur, quæ ita dicentur, *ibid.* 28. nec nos impedire (poteſt) illa ignava ratio, quæ dicitur. appellatur enim quidam à Philoſophis ἀργὸς λόγος, cui ſi pareamus, nihil eſt omninò quod agamus in vitâ. ſic enim interrogant: ſi fatum tibi eſt ex hoc morbo convaleſcere; ſive medicum adhibueris, ſive non, convaleſces. item, ſi fatum tibi eſt ex hoc morbo non convaleſcere; ſive tu medicum adhibueris, ſive non, non convaleſces. & alterutrum fatum eſt. medicum ergò adhibere nihil attinet. rectè genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum eſt, quòd eâdem ratione omnis è vitâ tolletur actio. licet etiam immutare, ut fati nomen non adjungas, & eandem tamen teneas ſententiam, hoc modo: ſi ex æternitate verum hoc fuit, ex iſto morbo convaleſces, ſive adhibueris medicum, ſive non adhibueris, non convaleſces. deindè cætera. hæc ratio à Chryſippo reprehenditur. quædam enim ſunt, inquit, in rebus *ſimplicia*, quædam *copulata*. ſimplex eſt, morietur eo die Socrates. huic, ſive quid fecerit, ſive non fecerit, finitus eſt moriendi dies. at ſi ita fatum ſit; *naſcetur Oedipus Laïo*, non poterit dici, ſive fuerit Laïus cum muliere, ſive non fuerit. *copulata* enim res eſt & *confatalis*. ſic enim appellant: quia ita fatum ſit, & concubiturum cum uxore Laïum & ex eâ Oedipum procreaturum. ut ſi eſſet dictum, luctabitur Olympiis Milo, & referret aliquis: ergò ſive habuerit adverſarium, ſive non habuerit, luctabitur: erraret. eſt enim copulatum, *luctabitur*, quia ſine adverſario nulla luctatio eſt. omnes igitur iſtius generis captiones eodem modo refelluntur. *ſive tu adhibueris medicum, ſive non adhibueris, convaleſces*: captioſum. tam enim eſt fatale medicum adhibere, quàm convaleſcere. hæc, ut dixi, confatalia ille appellat. Carneades hoc totum genus non probabat, & nimis inconſideratè concludi hanc rationem putabat. itaque premebat alio modo, nec ullam adhibebat calumniam: cujus erat hæc concluſio. ſi omnia antecedentibus cauſis fiunt, omnia naturali colligatione conſertè contextéque fiunt. quod ſi ita eſt, omnia neceſſitas efficit. id ſi verum eſt, nihil eſt in noſtrâ poteſtate. eſt autem aliquid in noſtrâ poteſtate. ac, ſi omnia fato fiunt, omnia cauſis antecedentibus fiunt. non igitur fato fiunt, quæcumque fiunt. hæc arctiùs adſtringi ratio non poteſt. nam ſi quis velit idem referre, atque ita dicere: ſi omne futurum, ex æternitate verum eſt, ut ita certè eveniat, quemadmodùm ſit futurum, omnia neceſſe eſt colligatione naturali conſertè contextéque fieri, nihil dicat. multùm enim differt, utrùm cauſa na-

turalis ex æternitate, futura vera efficiat, an etiam ſine æternitate naturali, futura quæ ſint, ea vera eſſe poſſint intelligi. itaque dicebat Carneades, ne Apollinem quidem futura poſſe dicere, niſi ea, quorum cauſas natura ita contineret, ut ea fieri neceſſe eſſet &c. *ibid.* 28. 29. 30. 31. quod ſi concedatur, nihil poſſe evenire niſi causâ antecedente, quid proficiatur, ſi ea cauſa non ex æternis cauſis apta ducatur? cauſa autem ea eſt, quæ id efficit cujus eſt cauſa, ut vulnus, mortis; cruditas, morbi; ignis, ardoris. itaque non ſic cauſa intelligi debet, ut quod cuique antecedat, id ei cauſa ſit, ſed quod cuique efficienter antecedat, *ibid.* 34. ac mihi quidem videtur, cùm duæ ſententiæ fuiſſent veterum Philoſophorum, una eorum qui cenſerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim neceſſitatis afferret, in quâ ſententiâ Democritus, Heraclitus, Empedocles, Ariſtoteles fuit; altera eorum, quibus viderentur ſine ullo fato eſſe animorum motus voluntarii; Chryſippus, tamquam arbiter honorarius, medium ſe ferre voluiſſe. ſed applicat ſe potiùs ad eos, qui neceſſitate motûs animos liberatos volunt. dum autem verbis utitur ſuis, delabitur in eas difficultates, ut neceſſitatem fati confirmet invitus. atque hoc, ſi placet, quale ſit, videamus, in aſſenſionibus, quas primâ oratione tractavi. eas enim Veteres illi, quibus omnia fato fieri videbantur, vi effici & neceſſitate dicebant. qui autem ab his diſſentiebant, fato aſſenſiones liberabant, negabantque fato aſſenſionibus adhibito, neceſſitatem ab his poſſe removeri; iique ita diſſerebant. ſi omnia fato fiunt, omnia fiunt antecedente causâ, & ſi appetitus, illa etiam quæ appetitum ſequuntur: ergò etiam aſſenſiones. at, ſi cauſa appetitûs non eſt ſita in nobis, ne ipſe quidem appetitus eſt in noſtrâ poteſtate. quod ſi ita eſt, ne illa quidem, quæ appetitu efficiuntur, ſita in nobis ſunt. non ſunt igitur neque aſſenſiones, neque actiones in noſtrâ poteſtate. ex quo efficitur, ut neque laudationes juſtæ ſint, nec vituperationes, nec honores, nec ſupplicia. quod cùm vitioſum ſit, probabiliter concludi putant, non omnia fato fieri quæcumque fiant. Chryſippus autem cùm & neceſſitatem improbaret, & nihil vellet ſine præpoſitis cauſis evenire, cauſarum genera diſtinguit, ut & neceſſitatem effugiat & retineat fatum. cauſarum enim, inquit, aliæ ſunt *perfectæ & principales*: aliæ *adjuvantes & proximæ*. quamobrem cùm dicimus omnia fato fieri cauſis antecedentibus, non hoc intelligi volumus, cauſis perfectis & principalibus; ſed cauſis antecedentibus, adjuvantibus, &

prox-

proximis. itaque illi rationi, quam paulò antè concluſi, ſic occurrit:
ſi omnia fato fiant, ſequi illud quidem, ut omnia cauſis fiant ante-
poſitis, verùm non principalibus, perfectis, ſed adjuvantibus & proxi-
mis. quæ ſi ipſa non ſint in poteſtate noſtrâ, non ſequitur ut ne ap-
petitus quidem ſit in noſtrâ poteſtate. at hoc ſequeretur, ſi omnia per-
fectis & principalibus cauſis fieri diceremus; ut cùm hæ cauſæ non
eſſent in noſtrâ poteſtate, ne ille quidem eſſet in noſtrâ poteſtate. quam-
obrem qui ita fatum introducunt, ut neceſſitatem adjungant, in eos
valebit illa concluſio. qui autem cauſas antecedentes non dicent per-
fectas neque principales, in eos nihil valebit. quod enim dicantur aſ-
ſenſiones fieri cauſis antepoſitis, id quale ſit, facilè à ſe explicari
putant. nam quamquam aſſenſio non poteſt fieri niſi commota viſo,
tamen cùm id viſum proximam cauſam habeat, non principalem,
hanc habet rationem (ut Chryſippus vult) quam dudùm diximus,
non ut illa quidem fieri poſſit nullâ vi extrinſecùs excitata (neceſſe eſt
enim aſſenſionem viſo commoveri) ſed revertitur ad Cylindrum &
turbinem ſuum, quæ moveri incipere, niſi pulſa non poſſunt. id au-
tem cùm accidit, ſuâpte naturâ, quod ſupereſt, & Cylindrum volvi
& verſari turbinem putant. ut igitur, inquit, qui protuſit Cylindrum,
dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit: ſic vi-
ſum objectum imprimet illud quidem & quaſi ſignabit in animo ſuam
ſpeciem. ſed aſſenſio noſtra erit in poteſtate: eaque, quemadmodùm
in Cylindro dictum eſt, extrinſecùs pulſa, quod reliquum eſt, ſuâpte
vi & naturâ movebitur. quod ſi aliqua res efficeretur ſine causâ ante-
cedente, falſum eſſet omnia fato fieri. ſin omnibus, quæcumque
fiunt, veriſimile eſt cauſam antecedere; quid afferri poterit, cur non
omnia fato fieri fatendum ſit? modò intelligatur, quæ ſit cauſarum
diſtinctio ac diſſimilitudo. hæc cùm ita ſint à Chryſippo explicata, ſi
illi, qui negant, aſſenſiones fato fieri, fateantur tamen eas non ſine
viſo antecedente fieri, alia ratio eſt. ſed ſi concedant anteire viſa,
nec tamen fato fieri aſſenſiones, quod proxima illa & continens cauſa
non moveat aſſenſionem, vide, ne idem dicant. neque enim Chryſip-
pus concedens, aſſenſionis proximam & continentem cauſam eſſe in
viſo poſitam, neque eam cauſam ad aſſentiendum neceſſariam eſſe,
concedet, ut ſi omnia fato fiant, omnia fiant cauſis antecedentibus &
neceſſariis. itemque illi, qui ab hoc diſſentiunt, confitentes non fieri
aſſenſiones ſine præcurſione viſorum, dicent, ſi omnia fato fie-

rent ejuſmodi, ut nihil fieret, niſi prægreſſione cauſæ, conſitendum eſſe fato fieri omnia. ex quo facile intellectu eſt, cùm utrique, patefactâ atque explicatâ ſententiâ ſuâ, ad eumdem exitum veniant, verbis eos, non re diſſidere. omninóque cùm hæc ſit diſtinctio, ut quibuſdam in rebus verè dici poſſit, cùm hæ cauſæ antegreſſæ ſint, non eſſe in noſtrâ poteſtate, quin illa eveniant, quorum cauſæ fuerint; quibuſdam autem in rebus, cauſis antegreſſis, in noſtrâ tamen eſſe poteſtate, ut illud aliter eveniat; hanc diſtinctionem utrique approbant: ſed alteri cenſent, quibus in rebus cùm cauſæ anteceſſerint ita, ut non ſit in noſtrâ poteſtate, ut aliter illa eveniant, illas fato fieri: quæ autem in noſtrâ poteſtate ſint, ab his fatum abeſſe, *de Fato* 39. 40. &c. ad 46.

Cauſa (*cur aliquid velimus*) diſtribuitur in *impulſionem* & in ratiocinationem. *impulſio* eſt, quæ ſine cogitatione per quamdam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, vinolentia, & omninò omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuiſſe, ut rem perſpicere cum conſilio & curâ non potuerit; & id quod fecit, impetu quodam animi potiùs, quàm cogitatione fecerit. *ratiocinatio* autem, eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi, excogitatio. ea dicitur tum interfuiſſe, cùm aliquid faciendum, aut non faciendum, certâ de causâ vitaſſe aut ſecutus eſſe animus videtur &c. 2. *Rhet*. 17. 18.

(*Viſo objecto, tum voluntaria aſſenſio ex conſilio & deliberatione pendet, quod ſitum eſt in nobis. omnes igitur aſſenſiones eſſe in noſtrâ poteſtate Cicero ait, propterea quod omnes* judicio *ſuſcipiuntur. itaque* conſilium, deliberatio, cogitatio, animadverſio, ratio, conſideratio, *tanquam radix & proxima continenſque cauſa eſt voluntarii aſſenſûs & liberæ appetitionis.*) conſilium eſt aliquid faciendi non faciendi-ve excogitata ratio, 2. *Rhet*. 31. conſilia capienda... in conſilio capiendo... mutatio conſilii... ſententia ſine conſilio... res conſiderandæ... quod in deliberationem cadit... poteſtas deliberandi... ad deliberandum.... cùm enim utilitas ad ſe rapere, honeſtas contra revocare ad ſe videatur, fit, ut diſtrahatur *in deliberando* animus, afferatque ancipitem curam cogitandi, 1. *Off*. 9. in deliberando ſæpè animi in contrarias partes diſtrahuntur, *ibid*. non cum eâ parte animi, in quâ ineſt ratio & conſilium, ſed cum cupiditate deliberat, 2. *de Fin*. 115. deliberatum, ſtatutum, conſtitutum, *Cic*. mihi deliberatum & conſtitutum eſt...

ſic habuiſti ſtatutum ac deliberatum... certum eſt deliberatumque... nec illi quicquam deliberatius fuit, quàm &c. *Cic.*

Aſſenſionis retentio (Græcè ἐποχή, in noſtrâ poteſtate eſt.) ſuſtinenda eſt aſſenſio, ne præcipitet, ſi temerè proceſſerit, 4. *Acad.* 68. aſſenſionem, ſive aſſenſum ſuſtinere, cohibere, retinere, ſuſtinere ſe, ſic me, inquit, antè ſuſtinebo, ſeque ab aſſenſu ſuſtineat, prudenterque Academicos à rebus incertis aſſenſionem cohibuiſſe, neutram in partem moveri, quatuor ejus (Clitomachi) libri ſunt de ſuſtinendis aſſenſionibus, *Cic.*

§. 12.

De affectibus animi & habitibus.

Habitus, affectiones, affectus, *Cic.*

Habitum autem appellamus animi aut corporis conſtantem & abſolutam aliquâ in re perfectionem, ut virtutis, aut artis perceptionem alicujus, aut quamvis ſcientiam. & item corporis aliquam commoditatem, non naturâ datam, ſed ſtudio & induſtriâ comparatam. *affectio*, eſt animi aut corporis ex tempore, aliquâ de causâ, commutatio, ut lætitia, cupiditas, metus &c. 1. *Rhet.* 36. habitus autem, quoniam in aliquâ perfectâ & conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit, quo in genere eſt virtus, ſcientia &c. 2. *Rhet.* 30. habitus virtutis, 1. *Acad.* 27. ſine doctrinâ, naturæ ipſius habitu propè divino, *pro Arch.* 15. moderati æquabileſque habitus, 5. *de Fin.* 35. atque hi ſunt quidem ferè quaſi quidam habitus animi, ſic affecti & conſtituti, ut ſint ſinguli inter ſe proprio virtutis genere diſtincti, *Part.* 79.

Affectio animi conſtans, affectiones manentes (*pro habitu ſumuntur, quamquam affectio ſimpliciter differt ab habitu.*) virtus eſt affectio animi conſtans, 4. *Tuſc.* qualis uniuſcujuſque hominis affectus eſt, talis eſt homo, 5. *Tuſc.* 47. affectus animi, *ibid.*

§. 13.

Digitized by Google

§. 13.

De perturbationibus animi.

Perturbatio (Græcè πάθος) permotio, commotio, affectio animi, motus animi turbidus, appetitus vehementior, ægritudo, *Cic.*

Hoc propemodùm verbo Græci omnem animi perturbationem appellant (ægritudinem.) vocant enim πάθος, id eſt, morbum, quicumque eſt motus in animâ turbidus. nos meliùs. ægris enim corporibus ſimillima eſt animi ægritudo. at non ſimilis ægrotationis eſt libido, non immoderata lætitia &c. ſed propriè, ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nomen habet, 3. *Tuſc.* 23. utamur tamen in his perturbationibus deſcribendis Stoicorum definitionibus & partitionibus: qui mihi videntur in hâc quæſtione verſari acutiſſimè. eſt igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio ſit, quod πάθος ille dicit, averſa à rectâ ratione, contra naturam, animi commotio. quidam breviùs, perturbationem eſſe appetitum vehementiorem dicunt. ſed vehementiorem eum volunt eſſe, qui longiùs diſceſſerit à naturæ conſtantiâ. partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis naſci, & ex duobus opinatis malis: ita eſſe quatuor: ex bonis, *libidinem* & *lætitiam*; ut ſit lætitia, præſentium bonorum; libido, futurorum: ex malis, *metum* & *ægritudinem* naſci cenſent; metum futuris, ægritudinem præſentibus. quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia. *lætitia* autem & *libido* in bonorum opinione verſantur; cùm *libido* ad id, quod videtur bonum, illecta & inflammata rapiatur; *lætitia* ut adepta jam aliquid concupitum, efferatur & geſtiat &c. itemque cùm ita movemur ut in bono ſimus aliquo, dupliciter id contingit. nam cùm ratione animus movetur placidè atque conſtanter, tum illud *gaudium* dicitur: cùm autem & inaniter & effusè animus exſultat, tum illa *lætitia* geſtiens vel nimia dici poteſt; quam ita definiunt, ſine ratione animi elationem. quomodóque bona naturâ appetimus, ſic à malis naturâ declinamus: quæ declinatio, ſi cum ratione fiet, *cautio* appelletur, eaque intelligatur in ſolo eſſe ſapiente. quæ autem ſine ratione & cum exanimatione humili atque fractâ, nominetur metus. eſt igitur *metus* ra-

rationi adverſa cautio.... itaque hæc prima definitio eſt, ut ægritudo ſit animi, adverſante ratione, contractio. ſic quoniam quatuor perturbationes ſunt, tres conſtantiæ, ægritudini nulla conſtantia opponitur. ſed omnes perturbationes judicio cenſent fieri & opinione. itaque eas definiunt preſſiùs, ut intelligatur non modò quàm vitioſæ, ſed etiam quàm in noſtrâ ſint poteſtate. eſt igitur *ægritudo*, opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectum eſſe videatur. *lætitia*, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur. *metus*, opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur. *libido*, opinio venturi boni, quod ſit ex uſu jam præſens eſſe &c. ſed in ſingulis perturbationibus partes ejuſdem generis plures ſubjiciuntur: ut ægritudini invidentia, æmulatio, obtrectatio, miſericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, ſollicitudo, moleſtia, afflictio, deſperatio, & ſi qua ſunt de genere eodem. ſub metum autem ſubjecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido. voluptati malevolentia lætans malo alieno, delectatio, jactatio, & ſimilia. libidini ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deſiderium & cætera ejuſmodi. hæc autem definiunt hoc modo &c. 4. *Tuſc.* 11. 12. 13. *ad* 23. ex perturbationibus autem primùm morbi conficiuntur, quæ vocant illi νοσήματα, eaque, quæ ſunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitioſam offenſionem atque faſtidium. deindè ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα &c. *ibid.* 23. cúmque (ſuperiores) perturbationem animi ex homine non tollerent, naturâque & condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, & efferri lætitiâ dicerent, ſed ea contraherent in anguſtumque deducerent; hic (Zeno ſcilicet) omnibus his quaſi morbis voluit carere ſapientem. cúmque eas perturbationes Antiqui naturales eſſe dicerent & rationis expertes, aliâque in parte animi cupiditatem, aliâ rationem collocarent, ne his quidem aſſentiebatur. nam & perturbationes voluntarias eſſe putabat, opinioneſque judicio ſuſcipi, & omnium perturbationum arbitrabatur eſſe matrem immoderatam quamdam intemperantiam, 1. *Acad.* 38. nec verò perturbationes animorum, quæ vitam inſipientium miſeram acerbámque reddunt, quas Græci πάθη appellant (poteram ego verbum ipſum interpretans, *morbos* appellare, ſed non conveniret ad omnia. quis enim miſericordiam aut ipſam iracundiam, morbum ſolet dicere? at illi dicunt πάθος: ſit igitur perturbatio, quæ nomi-

mine ipſo vitioſa declarari videtur.) nec hæ igitur perturbationes vi aliquâ naturali moventur, omneſque hæ ſunt genere quatuor, partibus plures &c. perturbationes autem nullâ naturæ vi commoventur, omniaque ea ſunt opiniones ac judicia levitatis. (*contra ſentit Ariſtoteles, quaſdam eſſe naturales animi perturbationes.*) itaque his ſapiens ſemper vacabit, 3. *de Fin.* 35. perturbationes ſunt, ut paulò antè diximus, turbidi animorum concitatique motus, averſi à ratione & inimiciſſimi mentis vitæque tranquillæ. important enim ægritudines anxias atque acerbas, animoſque affligunt & debilitant metu. iidem inflammant appetitione nimiâ, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quamdam animi à temperantiâ & moderatione plurimùm diſſidentem &c. 4. *Tuſc.* 34. ut medici, causâ morbi inventâ, curationem eſſe inventam putant: ſic nos, causâ ægritudinis repertâ, medendi facultatem reperiemus. eſt igitur cauſa omnis in opinione, nec verò ægritudinis ſolùm, ſed etiam reliquarum omnium perturbationum; quæ ſunt genere quatuor, partibus plures. nam cùm omnis perturbatio ſit animi motus vel rationis expers, vel rationem adſpernans, vel rationi non obediens, iſque motus aut boni aut mali opinione concitetur; bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt. nam duæ ſunt ex opinione boni: quarum altera voluptas geſtiens, id eſt, præter modum elata lætitia, opinione præſentis magni alicujus boni; altera vel cupiditas rectè, vel libido dici poteſt: quæ eſt immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans. ergò hæc duo genera, voluptas geſtiens & libido, bonorum opinione turbantur; ut duo reliqua, metus & ægritudo, malorum. nam & metus, opinio magni mali impendentis: & ægritudo, eſt opinio magni mali præſentis, & quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur eſſe angi. id autem eſt, ut is qui doleat, oportere opinetur ſe dolere, 3. *Tuſc.* 24. impetu quodam animi & perturbatione magis, quàm judicio aut conſilio regi, 2. *de Orat.* 178. perturbationes fugiamus, id eſt, motus animi nimios rationi non obtemperantes, 1. *Off.* quocirca mollis & enervata putanda eſt Peripateticorum ratio & oratio, qui perturbari animos neceſſe eſſe dicunt. ſed adhibent modum quemdam, quem ultra progredi non oporteat. modum tu adhibes vitio? an vitium nullum eſt, non parère rationi? an ratio parùm præcipit, nec bonum illud eſſe, quod aut cupias ardenter, aut adeptus te efferas inſolenter? nec porrò malum, quo aut oppreſſus jaceas, aut, ne

opprimare, mente vix conſtes? &c. etenim quis erit tandem modus iſte? 4. *Tuſc.* 38. 39. qui modum igitur vitio quærit, ſimiliter facit, ut ſi poſſe putet eum, qui ſe è Leucate præcipitaverit, ſuſtinêre ſe, cùm velit. ut enim id non poteſt, ſic animus perturbatus & incitatus, nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco vult inſiſtere omninò. quæque creſcentia perniciosa ſunt, eadem ſunt vitioſa naſcentia. ægritudo autem (libido) cæteræque perturbationes amplificatæ, certè peſtiferæ ſunt, igitur etiam ſuſceptæ, continuò in magnâ peſtis parte verſantur. etenim ipſæ ſe impellunt, ubi ſemel à ratione diſceſſum eſt; ipſaque ſibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur imprudens, nec reperit locum conſiſtendi. quamobrem nihil intereſt, utrùm moderatas perturbationes approbent, an immoderatam injuſtitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. qui enim vitiis modum apponit, is partem ſuſcipit vitiorum, quod cùm ipſum per ſe odioſum eſt, tum eo moleſtius, quia ſunt in lubrico, incitataque ſemel in proclive labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. quid? quod iidem Peripatetici perturbationes iſtas, quas nos exſtirpandas putamus, non modò naturales eſſe dicunt, ſed etiam utiliter à naturâ datas? quorum eſt talis oratio. primùm multis verbis iracundiam laudant: cotem fortitudinis eſſe dicunt &c. nec verò ſolùm hanc libidinem laudant (eſt enim ira, ut modò definivi, ulciſcendi libido.) ſed illud ipſum genus vel libidinis vel cupiditatis ad ſummam utilitatem eſſe dicunt à naturâ datum: nihil enim quemquam, niſi quod libeat, præclarè facere poſſe &c. 4. *Tuſc.* 41. 42. 43. hæc tamen ita diſputant, ut reſecanda eſſe fateantur, evelli penitùs dicant nec poſſe, nec opus eſſe: ut in omnibus ferè rebus mediocritatem eſſe optimam exiſtiment, *ibid.* 45. (*Peripateticorum ſententia hæc apud Philoſophos invaluit, eamdemque ſequitur S. Thomas & Scotus.*) vacandum eſt omni animi perturbatione, tum cupiditate & metu, tum etiam ægritudine & voluptate animi & iracundiâ, 1. *Off.* 67. ſedatio perturbationum animi & rerum modus, 1. *Off.* omni animi perturbatione liber, *ibid.* temperantia eſt moderatrix omnium commotionum, 5. *Tuſc.* 42. quid? tibi omnis-ne animi commotio videtur inſania? 3. *Tuſc.* 8. inter omnes convenire oportet commotiones animorum à rectâ ratione averſas, eſſe vitioſas, 4. *Tuſc.* 61. equidem ſum magnâ animi perturbatione commotus, *Attic. l.* 6. *ep.* 1. qui aut libidine aliquâ, aut metu commoti ſunt, 1. *de Off.* 102.

In

In omni *permotione* naturalem volebant eſſe quemdam modum &c atque ille quidem (Panætius) etiam utiliter à naturâ dicebat permotiones iſtas animis noſtris datas &c. rectè, ſecúſne, aliàs viderimus, 4. *Acad.* 135.

Animi talis affectio, 3. *Off.*

§. 14.

De virtutibus & vitiis.

Appellata eſt à viro virtus, 2. *Tuſc.* 43. virtus à viris nomen eſt mutuata, *ibid.* virtus eſt animi habitus, naturæ modo, rationi conſentaneus. quamobrem omnibus ejus partibus cognitis, tota vis erit ſimplicis honeſtatis conſideranda. habet igitur partes quatuor, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, temperantiam. *prudentia* eſt rerum bonarum & malarum, neutrarumque ſcientia. partes ejus memoria, intelligentia, providentia. *memoria* eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. *intelligentia* eſt, per quam ea perſpicit quæ ſunt. *providentia* eſt, per quam futurum aliquid videtur antequàm factum ſit. *juſtitia* eſt habitus animi, communi utilitate conſervatâ, ſuam cuique tribuens dignitatem. ejus initium eſt ab naturâ profectum. deindè quædam in conſuetudinem ex utilitatis ratione venerunt. poſtea res & ab naturâ profectas & ab conſuetudine probatas legum metus & religio ſanxit. *naturâ jus eſt*, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſervantiam, veritatem. *religio* eſt, quæ ſuperioris cujuſdam naturæ (quam divinam vocant) curam cæremoniamque affert. *pietas*, per quam ſanguine conjunctis patriæque benevolis officium & diligens tribuitur cultus. *gratia*, in quâ amicitiarum & officiorum, alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. *vindicatio* eſt, per quam vis & injuria, & omninò omne, quod obfuturum eſt, defendendo aut ulciſcendo propulſatur. *obſervantia* eſt, per quam homines aliquâ dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur. *veritas* eſt, per quam immutata, ea, quæ ſunt, aut antè fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. *conſuetudinis jus eſt*, quod aut leviter à naturâ tractum aluit & majus fecit uſus, ut religionem, aut ſi quid

eorum

eorum, quæ ante diximus, ab naturâ profectum, majus factum propter conſuetudinem videmus, aut quod in morem vetuſtas vulgi approbatione perduxit: quod genus, pactum, par, judicatum. *pactum* eſt, quod inter aliquos convenit: *par*, quod inter omnes æquabile eſt: *judicatum*, de quo alicujus aut aliquorum jam ſententiis conſtitutum eſt. *lege jus eſt*, quod in eo ſcripto, quod populo expoſitum eſt, ut obſervet, continetur. *fortitudo*, eſt conſiderata periculorum ſuſceptio & laborum perpeſſio. ejus partes, magnificentia, fidentia, patientia, perſeverantia. *magnificentia* eſt, rerum magnarum & excelſarum cum animi amplâ quâdam & ſplendidâ propoſitione agitatio atque adminiſtratio. *fidentia* eſt, per quam magnis & honeſtis in rebus multùm ipſe animus in ſe fiduciæ certâ cum ſpe collocavit. *patientia*, eſt honeſtatis, aut utilitatis causâ, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. *perſeverantia*, eſt in ratione benè conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio. *temperantia*, eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. ejus partes ſunt, continentia, clementia, modeſtia. *continentia* eſt, per quam cupiditas, conſilii gubernatione regitur. *clementia*, per quam animi inferioris temerè in odium alicujus inferioris concitati, comitate retinentur. *modeſtia*, per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat auctoritatem. atque hæc omnia propter ſe ſolùm, ut nihil adjungatur emolumenti, petenda ſunt... propter ſe autem vitanda ſunt, non ea modò, quæ his contraria ſunt, ut fortitudini ignavia, & juſtitiæ injuſtitia; verùm etiam illa quæ propinqua videntur & finitima eſſe, abſunt autem longiſſimè: quod genus, fidentiæ contrarium eſt diffidentia, & eâ re vitium eſt: audacia, non contrarium, ſed oppoſitum eſt ac propinquum, & tamen vitium eſt. ſic unicuique virtuti finitimum vitium reperietur, aut certo jam nomine appellatum, ut audacia, quæ fidentiæ; pertinacia, quæ perſeverantiæ finitima eſt; ſuperſtitio, quæ religioni propinqua eſt: aut ſine ullo certo nomine. quæ omnia item uti contraria rerum bonarum, in rebus vitandis reponemus, 2. *Rhet.* 159. &c.

Quandò igitur virtus eſt affectio animi conſtans convenienſque, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe, ſuâ ſponte, ſeparatâ etiam utilitate, laudabilis. ex eâ proficiſcuntur honeſtæ voluntates, ſententiæ, actiones, omniſque recta ratio, quamquam ipſa virtus breviſſimè recta ratio dici poteſt. hujus igitur virtutis contraria eſt

vi-

vitioſitas: ſic enim malo, quàm malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. nam *malitia* certi cujuſdam vitii nomen eſt; *vitioſitas*, omnium, 4. *Tuſc.* 34. cùm omnis virtus ſit (ut veſtra vetus Academia dixit) mediocritas, *de Cl.* 149. ut in omnibus ferè rebus mediocritatem eſſe optimam exiſtiment, 4. *Tuſc.* 45. virtutes omnes mediocritate quâdam eſſe moderatas, *pro Mur.* 63.

Sed omne, quod honeſtum eſt, id quatuor partium oritur ex aliquâ. aut enim in perſpicientiâ veri ſolertiâque verſatur, aut in hominum ſocietate tuendâ tribuendoque ſuum cuique & rerum contractarum fide; aut in animi excelſi atque invicti magnitudine ac robore: aut in omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordine & modo. in quo ineſt modeſtia & temperantia. quæ quatuor quamquam inter ſe colligata atque implicita ſunt, tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur: velut ex eâ, quæ primò deſcripta eſt, in quâ ſapientiam & prudentiam ponimus, ineſt indagatio atque inventio veri: ejuſque virtutis hoc munus eſt proprium, 1. *de Off.* 16. qualis eſt igitur omnis hæc, quam dico, conſpiratio conſenſuſque virtutum, tale eſt illud ipſum honeſtum, quandoquidem honeſtum aut ipſa virtus eſt, aut res geſta virtute &c. atque hæc conjunctio confuſioque virtutum, tamen à Philoſophis ratione quâdam diſtinguitur. nam cùm ita copulatæ connexæque ſunt, ut omnes omnium participes ſint, nec alia ab aliâ poſſit ſeparari, tamen proprium ſuum cujuſque munus eſt &c. 5. *de Fin.* 66. eſt enim admirabilis quædam continuatio ſerieſque rerum, ut alia ex aliâ nexa & omnes inter ſe aptæ colligatæque videantur, 1. *de Nat.* 9. etſi hoc quidem commune eſt virtutum. omnes enim inter ſe nexæ & conjugatæ ſunt, 3. *Tuſc.* 17. eſt igitur vis virtutis duplex. aut enim ſcientiâ cernitur virtus, aut actione. nam quæ prudentia, quæ calliditas, quæque graviſſimo nomine ſapientia appellatur, hæc ſcientia pollet una. quæ verò moderandis cupiditatibus regendiſque animi motibus laudatur, ejus eſt munus in agendo: cui temperantiæ nomen eſt. atque illa prudentia in ſuis rebus domeſtica, in publicis civilis appellari ſolet. temperantia autem in ſuas itidem res & in communes diſtributa eſt, duobuſque modis in rebus commodis diſcernitur, & ea quæ abſunt, non expetendo, & ab iis, quæ in poteſtate ſunt, abſtinendo. in rebus autem incommodis eſt itidem duplex. nam quæ venientibus malis obſtat fortitudo, quæ quod jam adeſt, tolerat & perfert, patientia nomi-

minatur. quæ autem hæc uno genere complectitur, magnitudo animi dicitur: cujus eſt liberalitas in uſu pecuniæ ſimulque altitudo animi in capiendis incommodis & maximè injuriis, & omne quod eſt ejus generis grave, inſedatum & turbulentum. in communione autem quæ poſita pars eſt, juſtitia dicitur; eaque erga deos religio, erga parentes pietas, vulgò autem bonitas: creditis in rebus fides, in moderatione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentiâ nominatur. atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo. ſunt autem aliæ quaſi miniſtræ comiteſque ſapientiæ &c. *Partit*. 76. 77. princepſque omnium virtutum illa ſapientia, 1. *Off*. 153.

Prudentia, ſapientia, intelligentia, perſpicientia veri, ſolertiaque, *Cic*.

Prudentia enim quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quamdam intelligimus, quæ eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia, 1. *Off*. 153. prudentia in delectu bonorum & malorum cernitur, 5. *de Fin*. 67. prudentia eſt enim locata in delectu bonorum & malorum, 3. *de Off*. 71. quæ (prudentia) conſtat ex ſcientiâ rerum bonarum & malarum, & nec bonarum, nec malarum, 3. *de Nat*. 38. ut medicina valetudinis, ſic vivendi ars eſt prudentia, 5. *de Fin*. 16. cognitionem prudentiamque ſequitur conſiderata actio, 1. *Off*. 160. ſi nulla virtus prudentiâ vacat, prudentia hoc videt, 5. *Tuſc*. 14. (*prudentiæ opponitur temeritas.*)

Juſtitia, æquitas, jus, fas, juſtum, æquum, *Cic*. (*retrò definitur* 2. *Rhet*. 160.) juſtitia quæ ſuum cuique diſtribuit, 3. *de Nat*. 38. juſtitia in ſuo cuique tribuendo cernitur, 5. *de Fin*. 67. quæ animi affectio ſuum cuique tribuens, atque hanc ſocietatem conjunctionis humanæ munificè & æquè tuens, juſtitia dicitur, 5. *de Fin*. 65. hæc enim una virtus omnium eſt domina & regina virtutum, 3. *Off*. 28. juſtitia, ex quâ unâ virtute boni viri appellantur, &c. 2. *Off*. 38. juſtitia, in quâ virtutis ſplendor eſt maximus, ex quâ boni viri nominantur, 1. *Off*. 20. fundamentum juſtitiæ eſt fides, 1. *Off*. 23. fundamenta juſtitiæ; primum ut ne cui noceatur, deindè communi utilitati ſerviatur, *ibid*. 31. juſtitiæ partes ſunt non violare homines, verecundiæ, non offendere, *ibid*. 99. fundamentum enim perpetuæ commendationis & famæ eſt juſtitia, ſine quâ nihil poteſt eſſe laudabile, 2. *Off*. 72. una excellentiſſima virtus juſtitia, 1. *de Nat*. 4. æquitatis vis eſt duplex, cujus altera, directi & veri & juſti, & ut di-
ci-

Digitized by Google

citur, æqui & boni ratione defenditur: altera ad viciſſitudinem referendæ gratiæ pertinet, quod in beneficio, gratia, in injuriâ, ultio nominatur, *Partit.* 129. cùm de jure civili, cùm de æquo & bono diſputaretur, *de Cl.* 143.

Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio & laborum perpeſſio, 2. *Rhet.* 163. fortitudo eſt dolorum laborumque contemtio, 3. *Off.* 117. itaque probè definitur à Stoicis, cùm eam virtutem eſſe dicunt propugnantem pro æquitate, 1. *Off.* 62. quæ eſt enim alia fortitudo, niſi animi affectio, cùm in adeundo periculo & in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu? 5. *Tuſc.* 41. magnitudinis animi & fortitudinis proprium eſt nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſſit, intolerandum putare, 3. *Off.* 100. inter omnes igitur hoc conſtat, nec doctos homines ſolùm, ſed etiam indoctos, virorum eſſe fortium & magnanimorum & patientium & humanas res vincentium toleranter dolorem pati, 2. *Tuſc.* 43. fortitudo eſt igitur animi affectio legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans, vel conſervatio ſtabilis judicii in eis rebus, quæ formidoloſæ videntur, ſubeundis & repellendis; vel ſcientia rerum formidoloſarum contrariarumque aut omninò negligendarum, conſervans earum rerum ſtabile judicium: vel breviùs... fortitudo (inquit Chryſippus) ſcientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore, 4. *Tuſc.* 52. nemo ſapiens niſi fortis... præterea neceſſe eſt qui fortis ſit, eumdem eſſe magni animi: qui magni animi, invictum: qui invictus, eum humanas res deſpicere atque infra ſe poſitas arbitrari. deſpicere autem nemo poteſt eas res propter quas ægritudine afficitur, 3. *Tuſc.* 15. fortitudinem audacia imitatur, *Part.* 81. animo magno elatoque humanas res deſpiciente... quæ magno animo fortiter excellenterque geſta ſunt, 1 *Off.* omninò fortis animus & magnus duabus maximè cernitur, quarum in unâ rerum externarum deſpicientia ponitur &c. altera eſt res, ut cùm ita ſis affectus animo, res geras magnas illas quidem & maximè utiles, ſed vehementer arduas plenaſque laborum, 1. *Off.* 66. totamque vim benè vivendi in animi robore ac magnitudine, & in omnium rerum humanarum contemtione ac deſpicientia, 2. *Tuſc.*

Temperantia, modeſtia, moderatio, continentia, *Cic.* (*antè definitur* 2. *Rhet.* 164.) temperantia in prætermittendis voluptatibus cer-

nitur, 5. *de Fin.* 67. temperantia conſtat ex prætermittendis voluptatibus, 3. *de Nat.* 38. temperantia eſt moderatrix omnium commotionum, 5. *Tuſc.* 42. modeſtia vel temperantia, quæ eſt moderatio cupiditatum, rationi obediens, 2. *de Fin.* 60. eamque virtutem σωφροσύνην vocant; quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam. ſed haud ſcio an rectè ea virtus frugalitas appellari poſſit, 3. *Tuſc.* 16. temperantia eſt, quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis, rationem ut ſequamur, monet, 1. *de Fin.* 47. reſtat quarta pars, quæ decore, moderatione, modeſtiâ, continentiâ, temperantiâ continetur, 3. *Off.* 116. temperantia eſt expetenda non quia voluptates fugiat, ſed quia majores conſequatur, (*inquiebat Epicurus*) 1. *de Fin.* 48. (*luxuria, libido, immanitas, temperantiæ opponuntur.*)

Nihil eſt, mihi crede, virtute formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius, 9. *Fam.* 14. virtus eſt per ſe ipſa laudabilis & ſine quâ nihil laudari poteſt, 2. *de Orat.* 343. vera laus uni virtuti debetur, *ibid.* 342. virtus nullam mercedem laborum periculorumque ſuorum deſiderat præter hanc laudis & gloriæ, *pro Arch.* 28. ignari quid virtus valeat; quæ in tempeſtate quieta eſt & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen atque hæret in patriâ, ſplendetque per ſeſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſoleſcit, *pro Seſt.* 60. is gloriâ maximè excellit, qui virtute plurimùm præſtat, *pro Pl.* 60. virtus nihil aliud eſt, quàm in ſe perfecta & ad ſummum perducta natura, 1. *de Leg.* 25. gloria eſt fructus virtutis, 1. *P.* 5.

Vitium, vitioſitas, pravitas animi, labes animi, morbus animi, animi pravitas vel deformitas, *Cic.* omni virtuti vitium contrario nomine opponitur, 3. *de Fin.* 39. turpes actiones, quæ oriuntur è vitiis, quas Græci κακίας appellant, vitia malo quàm malitias nominare, *ibid.* naturæ vitium, 2. *de Divin.* 96. namque eſt hoc commune vitium & pervulgatum..... delabi in aliquod vitium, 2. *de Orat.* 246. concipere vitium, 3. *de Leg.* 32. vitioſa & flagitioſa vita, 2. *de Fin.* 93. unum erat quod mihi vitioſum videbatur, 2. *cont. Rull.* 13. vitioſitas eſt habitus aut affectio in totâ vitâ inconſtans & à ſe ipsâ diſſentiens, 4. *Tuſc.* 29.

§. 15.

§. 15.

De cupiditatibus & voluptate.

Cupiditas, libido, (ſæpiùs in pejorem partem accipiuntur, quamquàm interdum pro ſtudio aut appetitione.)

Aliâque in parte animi cupiditatem, aliâ rationem collocarent, 1. *Acad.* animi autem morbi ſunt cupiditates immenſæ & inanes divitiarum, gloriæ, dominationis, libidinoſarum etiam voluptatum, 1. *de Fin.* 59. cupiditas & avaritia reddit homines cæcos, *pro S. R.* 100. ita propter errorem atque inſcitiam, cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam viribus corporis abutebatur, 1. *Rhet.* 2. ſapientia eſt adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibuſque detractis & omnium falſarum opinionum temeritate direptâ, certiſſimam ſe nobis ducem præbeat ad voluptatem. ſapientia enim eſt una, quæ mœſtitiam pellat ex animis, quæ nos exhorreſcere metu non ſinat: quâ præceptrice, in tranquillitate vivi poteſt, omnium cupiditatum ardore reſtincto. cupiditates enim ſunt inſatiabiles, quæ non modò ſingulos homines, ſed univerſas familias evertunt; totam etiam labefactant ſæpè Rempublicam. ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur. nec hæ ſeſe foris ſolùm jactant, nec tantùm in alios cæco impetu incurrunt; ſed intùs etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant. ex quo vitam amariſſimam neceſſe eſt effici. ut ſapiens ſolùm, amputatâ circumciſâque inanitate omni & errore, naturæ finibus contentus, ſine ægritudine poſſit & ſine metu vivere. quæ eſt enim aut utilior, aut ad benè vivendum aptior partitio, quàm illa, quâ eſt uſus Epicurus? qui unum genus poſuit earum cupiditatum, quæ eſſent & naturales & neceſſariæ. alterum, quæ naturales eſſent, nec tamen neceſſariæ: tertium, quæ nec naturales, nec neceſſariæ: quarum ea ratio eſt, ut neceſſariæ nec operâ multâ, nec impenſâ expleantur. ne naturales quidem multa deſiderant, propterea quod ipſa natura, divitias, quibus contenta eſt, & parabiles & terminatas habet. inanium autem cupiditatum nec modus ullus, nec finis inveniri poteſt &c. plerique autem, quòd tenere atque ſervare id, quod ſtatuerunt, non poſſunt, victi & debili-

litati objectâ ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos, nec quid proventurum ſit provident, ob eamque cauſam propter voluptatem & parvam & non neceſſariam, & quæ vel aliter pararetur, & quâ etiam carere poſſent ſine dolore, tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora incurrunt: ſæpè etiam legum judiciorumque pœnis obligantur, 1. *de Fin.* 43. &c. in quibuſdam neque pecuniæ modus eſt, neque honoris, neque imperii, nec libidinum, nec epularum, nec reliquarum cupiditatum; quas nulla præda unquam improbè parta minuit, ſed auget potiùs, atque inflammat, ut coërcendi magis, quàm dedocendi eſſe videantur, *ibid.* 50.

Quomodo autem Philoſophus loquitur tria genera cupiditatum: naturales & neceſſarias: naturales non neceſſarias: nec naturales, nec neceſſarias? primùm diviſit ineleganter. duo enim genera, quæ erant, fecit tria. hoc eſt non dividere, ſed frangere rem. quí ſi diceret, cupiditatum eſſe duo genera, naturales & inanes: naturalium quoque item duo, neceſſarias & non neceſſarias; confecta res eſſet. vitioſum eſt enim in dividendo partem in genere numerare, 2. *de Fin.* 26. vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviſerit, non nimis fortaſſe ſubtiliter, utiliter tamen: partim eſſe naturales & neceſſarias: partim naturales & non neceſſarias; partim neutrum: neceſſarias ſatiari poſſe pænè nihilo; divitias enim naturæ parabiles eſſe. ſecundum autem genus cupiditatum nec ad potiendum difficile cenſet, nec verò ad carendum. tertias, quæ eſſent planè inanes, neque neceſſitatem modò, ſed ne naturam quidem attingerent, funditùs ejiciendas putavit, 5. *Tuſc.* 93.

Domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere, 1. *de Orat.* 195. & tamen patior Philoſophum loqui de cupiditatibus finiendis. an poteſt cupiditas finiri? tollenda eſt atque extrahenda radicitùs. quis eſt enim in quo ſit cupiditas, quin rectè cupidus dici poſſit? ergò & avarus erit, ſed finitè: & adulter, verùm habebit modum, & luxurioſus eodem modo. qualis iſta Philoſophia eſt, quæ non interitum afferat pravitatis, ſed ſit contenta mediocritate vitiorum? 2. *de Fin.* 28. vir omni carens cupiditate, 3. *A.* 25. qui ſine cupiditate vixerunt, *pro Cl.* 152. qui & ſine amore, & ſine cupiditate, rursúſque ſine odio & ſine invidiâ, judicabunt, *pro Mar.* 30. de frangendis cupiditatibus &c. de conformandis hominum moribus littera in eorum libris (Epicureorum)

rum) nulla invenietur, 1. *de Orat.* pecuniæ fugienda eſt cupiditas... cavenda eſt etiam gloriæ cupiditas, 1. *Off.* regnandi cupiditates, 1. *Off.* nam qui appetitus longius evagantur & tanquam exſultantes non ſatis à ratione retinentur, hi ſine dubio finem & modum tranſeunt &c. relinquunt enim & abjiciunt obedientiam nec rationi parent, 1. *Off.*

Summa avaritia infinitaque omnium rerum cupiditas, 1. *cont. Rull.* 9. ardeo cupiditate incredibili &c. 5. *Fam.* 12. vos jam conjecturâ aſſequi poteſtis, quàm multas cupiditates, quàm varias, quàm infinitas habuerit? nunquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis, *Partit.* 4. *Verr.* 184. cupidè agere, 1. *Off.* 33. videre licet alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum ſervos, 2. *Tuſc.*

Socrates in pompâ, cùm magna vis auri argentique ferretur, quàm multa non deſidero, inquit, 5. *Tuſc.*

Effuſæ in omni intemperantiâ libidines, 1. *de Nat.* 42. res quæ libidine non ratione geruntur, *pro Qu.* 14. ubi libido dominatur, innocentiæ leve præſidium eſt, *Orator.* 219. in libidine eſſe peccatum eſt, etiam ſine effectu, 3. *de Fin.* 32. nefaria libido.., profundæ libidines... effrænatas libidines ſuas cohibuiſſe... domitas habere libidines... cave ne quid libidinosè facias aut cogites, 1. *Off.* 14. libidinoſus, intemperans, mulieroſus, *Cic.* homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus, nequiſſimuſque, *de Fato* 8. à libidinum vinculis laxati, *de Senect.* quid, qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur &c. 3. *Tuſc.* 4. nos autem audeamus, non ſolùm ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere, 3. *Tuſc.* 13. libido eſt impetus quidam animi non rectus, 2. *Rhet.* 164.

Voluptas eſt jucundus motus in ſenſu, 2. *de Fin.* 75. (*adeas, velim, Apparatum Ciceronis ad verbum, voluptas:* pauca hîc adjiciemus.) non igitur poteſtis, voluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere virtutem, 2. *de Fin.* quid enim neceſſe eſt, tanquam meretricem in matronarum cœtum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere? *ibid.* 11. fluit igitur voluptas corporis & prima quæque avolat, ſæpiúſque relinquit cauſas pœnitendi, quàm recordandi, 2. *de Fin.* 106.

Voluptarius (*Vide App. Cic.*)

An verò voluptates corporis expetendæ, quæ verè & graviter à Platone dictæ ſunt illecebræ atque eſcæ malorum? &c. in *Hortenſio*

(apud

(apud S. Auguſtinum *l.* 4. contra Julianum.) nam & voluptates blandiſſimæ dominæ, majores partes animi à virtute detorquent, 1. *de Off.*

Cap. X.

De rebus & verbis.

Res (*pro eo quod eſt cùm extra mentem, tum etiam pro viſo. Vide App. Cic.*)

His enim rebus... iis rebus, quibus &c... iiſdem etiam rebus.... in his igitur rebus... iiſdem de rebus... res cognitu dignæ... admonebat me res, ut hoc quoque loco &c... multas ad res perutilis... in rerum uſu... in utramque ſententiam dicere de rebus omnibus... ſin quæ res inciderit.... nullâ re unâ magis.... quâ de re... nihil enim ad rem.... ſed ad rem redeamus... nullâ autem re.... non totâ re... ſed quid ad rem...., confecta res eſſet... rerum eventa... rem vobis proponam... rem in medio ponam.... quod ad omnes res & privatas & publicas maximè pertinebat .. nunc his rebus breviter conſtitutis... res aliûſmodi eſt tum, cùm aut &c. aut &c... deinde ejus rei quâ de quæratur, cum eo de quo conſtat, collationem &c... deindè quid res cùm à re differat, demonſtrabitur... ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata... cùm autem animum ab iſtâ picturâ imaginibuſque virtutum ad rem veritatemque traduxeris... res minimè dubia... de re minimè dubiâ... res cum re, cauſa cum causâ, ratio cum ratione pugnabit... & uno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles... ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ... tres ſunt res &c... videamus rem ſtrictim... notæ res ac manifeſtæ.... in re tam clarâ &c... *Cic.* ſi res non ſubeſt ab Oratore cognita & percepta, 1. *de Orat.* 51. verbo quod &c. re quod &c... re tollit, oratione relinquit, 1. *de Nat.* 125.

Verbum, nomen, vox, vocabulum, *Cic.* (*Vide App. nonnulla tamen adjicere juvat.*) ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina quæritur, *Orat.* ſi minùs verbis, re cogitur confiteri, *de Fato.* re docuiſſe, non verbis... cum ea re, non verbis ponderentur.... homo de re magis, quàm de verbis laborans, *Orator.* 77. ea quæ turpia *re* non ſunt,

ſunt, *verbis* flagitioſa &c. *re* honeſtum eſt, nomine obſcœnum, 1. *Off. pro Cec.* 59. ſunt enim quidam homines, non re, ſed nomine, 1. *Off.* 105. dulce enim *nomen* eſt pacis. *res* verò ipſa cùm jucunda, tum ſalutaris, *Philipp.* 13. nondùm *verbo* appellatus, ſed *re* jam judicatus Antonius, *Philipp*... qui re ſunt hoſtes, verbis notari... *re* concinere (vel conſentire) videntur, *verbis* diſcrepare, 1. *de Nat.* 16. majorem multò habere Stoicos & Peripateticos rerum omninò diſcrepantiam, quàm verborum, 3. *de Fin.* 41. quibuſcum re conveniebat, verbis diſcrepare, 4. *de Fin.* 60. quod etiamſi verbo differat, re tamen eſt unum, & idem in omnibus cauſis valet, *pro Cecin.* 59. non verbo, ſed re... ſive rem, ſive verba ſpectare vultis... aliquo verbo aut ambiguè poſito &c... ſententiâ & re cognitâ... placet tibi pugnare verbis? placet... omninò conſtituere in verbo (controverſiam ſcilicet.).... tu me ad verbum vocas?... re multò magis, quàm verbis... eamdem rem dicere commutatis verbis atque ſententiis... ex quo facile intellectu eſt, cùm utrique patefactâ atque explicatâ ſententiâ ad eumdem exitum veniant, *verbis* eos, non *re* diſſidere, *de Fato.* verbi enim controverſia jam diù torquet Græculos homines contentionis cupidiores, quàm veritatis, 1. *de Orat.* qui rebus congruentes, nominibus differebant, 1. *Acad.* non re, ſed vocabulo, 5. *Tuſc.* non eſſe rerum Stoicis cum Peripateticis controverſiam, ſed nominum, 3. *de Fin.* ſed poteſt-ne rerum major eſſe diſſenſus? *ibid.* an parùm diſſerui, non verbis Stoicos à Peripateticis, ſed universâ re & totâ ſententiâ diſſentire? 4. *de Fin.* 2. *verborum concertatione ſublatâ*, 2. *Tuſc.* eſto: ſit in verbis tuis hic ſtupor: quantum in rebus ſententiiſque multò major... poſita in dictione controverſia... ſed cùm intelligitur quid ſignificetur, minùs laborandum eſt de nomine, *Top.* 35. & quidem ſi hæc duo verba inter ſe diſcrepant, ut tamen unum ſonare videantur, 3. *Off.* 83. quare ſi ipſa ſeparatim ex ſe verba conſiderentur, omnia aut pleraque ambigua viſum iri. quæ autem ex omni conſiderata ſcripturâ perſpicua fiant, hæc ambigua non oportere exiſtimari, 2. *Rhet. cap.* 8.

Idque cùm Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda ſunt, imponendaque nova novis rebus nomina. quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cujus uſus vulgaris communiſque non ſit, multam novitatem nominum eſſe, cùm conſtituantur earum rerum vocabula, quæ in quâque arte verſentur.

itaque & Dialectici & Phyſici verbis utuntur iis, quæ ipſi Græciæ nota non ſunt. Geometræ verò, Muſici, Grammatici, etiam more quodam loquuntur ſuo. item ipſæ Rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes atque populares, verbis tamen in dicendo quaſi privatis utuntur, ac ſuis. atque ut omittam has artes elegantes & ingenuas, ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. quin etiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantiâ, tamen eas res in quibus verſatur, nominibus notavit novis. quò magis hoc Philoſopho faciendum eſt. ars eſt enim Philoſophia vitæ, 3. *de Fin.* 4. ſi enim Zenoni licuit, cùm rem aliquam inveniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? &c. equidem ſoleo etiam, quod uno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluribus verbis exponere. & tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, ſi quando minus occurret Latinum, *ibid.* 14. 15. aut enim nova ſunt rerum novarum facienda nominâ, aut ex aliis transferenda, 1. *Acad.* audebimus ergò novis verbis uti, te auctore, *ibid.* ſunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipſe πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat, 1. *de Nat.* 44. neque enim eſſe poſſunt rebus ignotis nota nomina: ſed cùm verba aut ſuavitatis aut inopiæ causâ transferre ſoleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut cùm id appellandum ſit, quod propter rerum ignorationem ipſarum, nullum habuerit ante nomen, neceſſitas cogat aut novum facere verbum, aut à ſimili mutuari, *Orat.* nova verba fingunt, deſerunt uſitata... fabricemurque, ſi opus erit, verba... teneamus hoc verbum quidem; erit enim utendum in reliquo ſermone ſæpiùs.... dabitis enim profectò, ut in rebus inuſitatis (quod Græci ipſi faciunt, à quibus hæc jam diù tractantur) utamur verbis interdùm inauditis, 1. *Acad.* 24. quæ Græcè &c. Latinè (audendum eſt enim, quoniam hæc primùm à nobis novantur) &c. dici poteſt... *de Univ.* 12.

Verbum Latinum par Græco & idem valens, 2. *de Fin.* 23. Zeno plurimis novis verbis uſus eſt: nova enim dicebat, 1. *Acad.* 40.

Paucis verbis tria magna peccata: unum quod &c. alterum... tertium peccatum commune cum quibuſdam &c. *Cic.*

Verba aut ſimplicia ſunt, aut conjuncta, *Orat.* juncta verba... conſtructio verborum... prima *vis* eſt in ſimplicibus verbis, in conjunctis ſecunda, *Partit. Orat. cap.* 4. & ſi conjunctè ſit elatum, 2. *de*

de Orat. oratio conformanda non ſolùm electione, ſed etiam conſtructione verborum, 1. *de Orat.* 17. & in ipſa conſtructione verborum &c. *ibid.* inſignia verborum... verborum ambitus, circuitus, *Orat.* 220. ornatus autem verborum duplex: unus ſimplicium, alter collocatorum &c. *Orat.* 80. quid in verbis junctis? *Orat.* 159. clariſſimis verborum luminibus utar... verborum caſus... popularibus verbis eſt agendum, cùm loquimur de opinione populari, 2. *Off.*

Vim verborum tenere... oportere exprimi quæ *vis* ſubjecta ſit vocibus... tum non dolere iſtud quam vim habeat, 2. *de Fin.* triſte eſt nomen carendi, quia ſubjicitur hæc *vis*, habuit, non habet, 1. *Tuſc.* tanta vis inerat in verbis... non intelligere interdùm quid ſonet hæc vox voluptatis, 2. *de Fin.* 6. nec ulla alia huic verbo, cùm beatum dicimus, *ſubjecta notio* eſt &c. 5. *Tuſc.* ſub hâc voce honeſtatis, quæ ſit *ſubjicienda ſententia*, 1. *de Fin.* non à ſententiâ, ſed à litteris legis recedere.... (*poteſtas verbi*, *multiplex poteſtas verbi*, *vocis.*) ne ſim longior...

Studioſè exquirere undè verba ſint ducta... extenuare verbis... me verbis tuis admonuit... littera in eorum libris nulla inveniretur (hoc eſt, ne unum quidem verbum.)... ſed *in meliorem partem vocabuli* conferantur & honeſta nominentur, 2. *Rhet.* clauſulas atque interpuncta verborum, animæ interclusio atque anguſtiæ ſpiritûs attulerunt, 1. *de Orat.*

Nomina ſunt tanquam rerum notæ, 5. *de Fin.* 74. qui hæc rebus nomina poſuerunt, 3. *Tuſc.* 9. legio Martia, quæ à Marte traxit nomen... quæ nomen ex inventore invenit... explicare undè ductum ſit nomen...

Cap. XI.

De multiplici diſtinctione rerum & variis differentiis.

Diſtinctio, diſcrimen, differentia, varietas, diſſimilitudo, diſtantia, diſcrepantia, interpunctio, diſtributio, intervallum, *Cic.* Diſtinguere, ſeparare, disjungere, ſejungere, divellere, ſecernere, diſcernere, internoſcere, diſtrahere, ſegregare, ſemovere, dividere, dijudicare. (& viciſſim) diſtingui, ſeparari, disjungi, ſejungi, divelli, diſcer-

diſcerni, ſecerni, internoſci, diſtrahi, ſegregari, ſemoveri, dividi, dijudicari, *Cic.* (*quæ verba conjugantur.*)

Differt, diſtat, intereſt, abeſt, refert, diſcrepat, aliud eſt ac, aliud & aliud; non idem &c. quod...

Animus *diſcernit* quid ſit ejuſdem generis & quid alterius, & cætera *dijudicat*, quod cuique rei ſit maximè aptum, quod quoque loco, aut modo, aut tempore contingat, quæque *diſtinctio* ſit inter ea quæ gignuntur, & ea quæ ſint ſemper eadem, *de Univ.* 24. hæc ſit prima diſtinctio, *ibid.* 6. cùm idem-ne ſit, an aliquid interſit, quæritur..... nihil eſt idem, quod eſt aliud, 4. *Acad.* 85. hoc eſt idem, quod illud, 2. *de Fin.* 11. hoc eſt ferè idem, quod illud, *Att.* comparatio de eodem & alio, *Top.* 84. de eodem & altero, *ibid.* 23. diſtinctio veri & falſi, 1. *de Fin.* 64. facilis & expedita diſtinctio, 1. *de Fin.* 33. facilis igitur diſtinctio eſt ingenui & illiberalis joci, 1. *Off.* 104. lex eſt juſtorum injuſtorumque diſtinctio &c. 2. *de Leg.* 13. eorum tenuis & acuta diſtinctio, 4. *Acad.* aliquid etiam de hâc diſtinctione dicendum eſt, 1. *Off.* atque hâc diſtinctione alia quoque, quæ videbuntur officere, propulſabimus, 1. *Rhet.* cauſarum diſtinctio ac diſſimilitudo, *de Fato* 43. vera à falſis dijudicare atque diſtinguere, *Part.* 139. quid inter naturam & rationem interſit, non diſtinguitur, 2. *de Nat.* 26. quod *cogitatione* magis à virtute poteſt, quàm *re* ſeparari &c. ſic hoc de quo loquimur decorum, totum illud quidem eſt cum virtute confuſum, ſed *mente & cogitatione diſtinguitur*, 1. *Off.* 95. hæc quæ dico, *cogitatione* quidem inter ſe differunt, re verò copulata ſunt, 4. *Tuſc.* 24. ecquæ poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio? 4. *Acad.* 84. ſed in animo tantummodò *cogitatione* poſſumus morbum ab ægrotatione ſejungere, *ibid.* ſigna, quibus voluntas à ſimulatione diſtingui poſſet, 8. *Att.* 9. quomodo autem diſtingui poſſunt vera ſomnia à falſis, 2. *de Divinat.* 146. ambiguè dicta dividere & explanare oportet, *Orat.* 115. verba ambigua diſtinximus, *Orat.* ambigua primùm videre, deindè diſtinguere, *de Cl.* 152. non ſatis acutè, quæ ſunt ſecernenda, diſtinguit, *Top.* 31. quâ viâ captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit, 1. *de Fin.* 22. ambiguum ſi conceſſeris ex eâ parte, quam ipſe intellexeris, eam partem ſi adverſarius ad aliam partem per complexionem velit accommodare, demonſtrare oportebit, non ex eo quod ipſe conceſſeris, ſed ex eo, quod ille ſumſerit, confici complexionem; ad hunc modum &c. hoc

hoc ſic reprehenditur: cùm dicebas &c. hoc intelligebam &c. & idcircò concedebam. cùm autem hoc ſumebas, illud accipiebam &c. ex quibus conceſſionibus non conficitur hoc &c. conficeretur autem ſi tibi primò hoc quoque conceſſiſſem, 1. *Rhet.* 88. rurſùs autem, ne omnes à Phyſicis irrideamur, ſi dicamus quidquam fieri ſine cauſâ, diſtinguendum eſt & ita dicendum &c. *de Fato* 25. Sophiſtarum magis diſtinguenda ſimilitudo videtur, qui &c. *Orat.* 65. Græcus primò diſtinguere atque dividere illa, quemadmodùm dicerentur, 1. *P.* 69. rectè igitur hæc facta diſtinctio eſt... atque hæc conjunctio confuſioque virtutum, tamen à Philoſophis *ratione quâdam diſtinguitur.* nam cùm ita copulatæ connexæque ſunt, ut omnes omnium participes ſint, nec alia ab aliâ poſſit ſeparari, tamen proprium ſuum cujuſque munus eſt, 5. *de Fin.* 67. animo etiam ac ratione intelligi poſſe, 1. *de Fin.* 31.

Qui nullam rerum differentiam eſſe dixerunt, 3. *de Fin.* 31. qualis autem differentia ſit honeſti & decori, faciliùs intelligi, quàm explanari poteſt, 1. *Off.* atque hæc differentia naturarum tantam habet vim ut &c. *ibid.* 122. ſed quid inter ſe differant, dicendum eſt, *Top.* 30. Rhetorica & Dialectica hoc differunt inter ſe, quod &c. *Orat.* 114. eſt autem quod differat in omni ratione habendâ inter juſtitiam & verecundiam, 1. *Off.* 99. ut ea inter ſe magnitudine & quaſi gradibus, non genere differrent, 1. *de Nat.* 16. atque Ariſtonis eſt exploſa ſententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec eſſe res ullas præter virtutes, inter quas quicquam omninò intereſſet, 4. *de Fin.* 47. deindè quid res cum re differat, demonſtrabitur, ut non idem videatur de utrâque exiſtimari oportere, 2. *Rhet.* 15. occaſio cum tempore hoc differt. nam genere quidem utrumque idem eſſe intelligitur. verùm &c. 1. *Rhet.* 40. hoc genus cauſæ à ſuperiore hoc differt, quod &c. 2. *Rhet.* 92. Poëtæ quæſtionem attulerunt, quidnam eſſet illud, quo ipſi differrent ab Oratoribus, *Orat.* 66. quî hoc ab illo, differt, ut &c? *pro Cæc.* 39. cùm aliquâ ex parte differre videatur, *ibid.* quaſi verò parùm differat ager Campanus ac Stellaris, 2. *cont. Rull.* 84. at vide, quid differat inter opinionem meam & tuam, 1. *V.* 61. ſed quid inter ſe differant, planiùs dicendum eſt... re plus quàm opinione differens, *Orat.* 76. partes generis communione quâdam ſimiles, ſpecie autem differentes, 1. *de Orat.* 184. quid mirum eſt has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas, *de Fato* 8. genus eſt notio ad

plures differentias pertinens. forma eſt notio cujus differentia &c. *Top*. 31. cum illis re congruentes, genere docendi paulùm differentes, 1. *de Leg*. 38.

Diverſus, diſpar, diſtans, diſcrepans, varius, diſcolor, diſſimilis, disjunctus, contrarius ferè, alius, diſparilis (*pro verbo*, differens, *V. App.*)

Omnium rerum delectus atque diſcrimen, 4. *V*. 123. delectu omni & diſcrimine remoto, 4. *de Fin*. 69. ſit hoc diſcrimen inter &c. ut &c. *pro Corn*. 49.

Separari, ſejungi, divelli, ſeparatum eſſe (*diſtinctionem rei à re ſeu alterius ab altero ſimpliciter enuntiat.*) ſeparatum quiddam eſt à propoſitione approbatio. quod enim adjungi & ſeparari ab aliquo poteſt, id non poteſt idem eſſe, quod eſt id, ad quod adjungitur, & à quo ſeparatur &c. ſeparata eſt igitur à propoſitione approbatio, 1. *Rhet*. 62. quod *cogitatione* magis à virtute poteſt, quàm *re* ſeparari, 1. *Off*. 95. iſta verò quæ tu connecti vis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant, 14. *Att*. 18. virtus ipſa per ſe ſuâ ſponte, ſeparatâ etiam utilitate, laudabilis, 4. *Tuſc*. 34. ſeparatim, ſeorsùm... quod ego initio quaſi à præceptis noſtris ſecreveram... ſejunctus igitur Orator ab eloquentiâ &c... qui primùm hæc naturâ cohærentia opinione diſtraxiſſent... 3. *Off*. 11. qui iſta diſtraxerint... neque à virtute divelli unquam poteſt... quod non poſſit ab honeſtate ſejungi, 1. *Acad*. qui virtutem à ſummo bono ſegregaverunt, 3. *de Fin*. nunquam æquitatem ab utilitate poſſe ſejungi, 3. *de Fin*. pervertunt homines ea quæ ſunt fundamenta naturæ, cùm utilitatem ab honeſtate ſejungunt, 3. *de Off*. ut enim ſapientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas eſſe docui cum voluptate (*inquit Epicureus*) ut ab eâ nullo modo, nec divelli, nec diſtrahi poſſint, ſic de juſtitiâ judicandum eſt, 1. *de Fin*. 51. internoſcere verum à falſo, 4. *Acad*. 22.

Quoniam tantùm natura à naturâ diſtat, quid mirum eſt has *diſſimilitudines* ex differentibus cauſis eſſe factas, *de Fato* 8. videat ne ignoret & gradus & diſſimilitudines & vim & varietatem Atticorum, *de Cl*. 284. eſt etiam alia cum ipſis artibus ſapientiæ diſſimilitudo, 5. *de Fin*. 19. jus civile hanc habet ab aliis rebus diſſimilitudinem, quod &c. 1. *de Orat*. 252. diſſimilitudinem habere cum &c...

Intereſt (*pro differt, diſtat, differentia, diſcrimen eſt, Vide App. Cic. & verba*, internoſci, dijudicari, diſcernere, diſcerni.)

CAP.

CAP. XII.

De naturâ Dei.

Nec verò deus ipſe, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & movens, ipſaque prædita motu ſempiterno, 1. *Tuſc.* 66. in animi autem cognitione dubitare non poſſumus, quin nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. quod cùm ſit, certè nec ſecari, nec dividi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poſſit, nec interire igitur, 1. *Tuſc.* 71.

Roges me quid, aut qualis ſit deus: auctore utar Simonide, de quo cùm quæſiſſet hoc idem Tyrannus Hiero, deliberandi causâ ſibi diem poſtulavit: cùm idem ex eo poſtridiè quæreret, biduum petivit; cùm ſæpiùs duplicaret numerum dierum, admiranſque Hiero quæreret cur ita faceret? quia, inquit, quanto diutiùs conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior, 1. *de Nat.* 60. quid ſit omninò deus, inquiri oportere non cenſet Plato, 1. *de Nat.* 30. atque etiam Xenophon facit Socratem diſputantem, formam dei quæri non oportere, *ibid.* 31. quid non ſit citiùs, quàm quid ſit, dixerim, 1. *de Nat.* 60. mihi enim non tam facilè in mentem venire ſolet, quare verum ſit aliquid, quàm quare falſum, *ibid.* 57. ſumma verò vis infinitatis, & magnâ ac diligenti contemplatione digniſſima eſt, *ibid.* 50. natura deorum (*Dei*) obſcura eſt & difficiles explicatus habet, 3. *de Nat.* 94.

Si enim quod nunquam vidimus, id quale ſit intelligere non poſſumus, certè & deum ipſum & divinum animum corpore liberatum cogitatione complecti non poſſumus, 1. *Tuſc.* 50. nulla acies humani ingenii tanta eſt, quæ penetrare in cœlum poſſit, 4. *Acad.* 122. perdifficilis & obſcura quæſtio eſt de naturâ deorum, (Dei) 1. *de Nat.* docet eam eſſe vim & naturam deorum, ut primùm non ſenſu, ſed mente cernatur, 1. *de Nat.* 49.

Omninò dividunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quæſtionem in partes quatuor. primùm docent eſſe Deos: deindè quales ſint: tum, mundum ab his adminiſtrari: poſtremò, conſulere eos rebus humanis, 2. *de Nat.* 3.

Con-

Digitized by Google

Condoce eſſe Deos (*Deum.*) doce me igitur undè ſint, ubi ſint, quales ſine corpore. hæc enim ſcire deſidero, 1. *de Nat.* 65. Deos eſſe naturâ opinamur; qualeſque ſint ratione cognoſcimus, 1. *Tuſc.* 36.

Quæritur primum in ea quæſtione quæ eſt de naturâ Deorum, ſint-ne dii, nec-ne ſint, 1. *de Nat.* 61. vidit primùm eſſe deos; quòd in omnium animis eorum notionem impreſſiſſet ipſa natura. quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrinâ anticipationem quamdam deorum? id eſt, anteceptam animo rei quamdam informationem, ſine quâ nec intelligi quidquam, nec quæri, nec diſputari poſſit &c. cùm enim non inſtituto aliquo, aut more, aut lege ſit opinio conſtituta, maneatque ad unum omnium firma conſenſio, intelligi neceſſe eſt eſſe deos, quoniam inſitas eorum vel potiùs innatas cognitiones habemus. de quo autem omnium natura conſentit, id verum eſſe neceſſe eſt. eſſe igitur deos confitendum eſt. quod quoniam ferè conſtat inter omnes non Philoſophos ſolùm, ſed etiam indoctos, fateamur conſtare illud etiam, hanc nos habere ſive anticipationem, ut ante dixi, ſive prænotionem Deorum. hanc igitur habemus, ut Deos beatos & immortales putemus. quæ enim nobis natura informationem Deorum ipſorum dedit, eadem inſculpſit in mentibus, ut eos æternos & beatos haberemus, 1. *de Nat. D.* 44. itaque inter omnes omnium gentium ſententia conſtat. omnibus enim innatum eſt & in animo quaſi inſculptum, eſſe Deos, 2. *de Nat.* 12. ut porrò firmiſſimum hoc afferri videtur, cur Deos eſſe credamus, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium tam ſit immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio &c. nec verò id collocutio hominum aut conſenſus efficit, non inſtitutis opinio eſt confirmata, non legibus. omni autem in re conſenſio omnium gentium, lex naturæ putanda eſt &c. atque hæc ita ſentimus naturâ duce, nullâ ratione, nullâque doctrinâ, 1. *Tuſc.* 30. in animis hominum informatas Deorum eſſe notiones, 2. *de Nat.* 13. habeo, inquis, in animo inſitam informationem quamdam Dei, 1. *de Nat.* negaram enim hanc primam partem egêre oratione, quòd eſſet omnibus perſpicuum, Deos eſſe. tamen id ipſum rationibus phyſicis confirmari volo, 2. *de Nat.* 23. ne egêre quidem videtur oratione prima pars (*Deum ſcilicet eſſe.*) quid enim poteſt eſſe tam apertum tamque perſpicuum, cùm cœlum ſuſpeximus cœleſtiaque contemplati ſumus, quàm eſſe aliquod

quod numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur? quod ni ita eſſet, quî potuiſſet aſſenſu omnium dicere Ennius, *adſpice hoc ſublime cadens, quem invocant omnes Jovem.* illum verò & Jovem & dominatorem rerum & omnia nutu regentem, & ut idem Ennius, *Patrem divûmque hominumque*, & præſentem ac præpotentem Deum. quod qui dubitat, haud ſanè intelligo, cur non idem, ſol ſit, an nullus ſit, dubitare poſſit. quid enim eſt hoc illo evidentius? quod niſi cognitum comprehenſumque animis haberemus, non tam ſtabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec unà cum ſæculis ætatibuſque hominum inveterare potuiſſet. etenim videmus cæteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuiſſe. quis enim Hippocentaurum fuiſſe aut Chimæram putat? opinionum enim commenta delet dies, naturæ judicia confirmat, 2. *de Nat.* 4. 5. nulla gens eſt tam fera, quæ non, etiamſi ignoret qualem deum habere deceat, tamen habendum ſciat, 1. *de Leg.* 24. omnium hominum mentes imbuit deorum opinio, 1. *Tuſc.* 30. (*æternum quemdam & excellentem animum eſſe, quod principium ſit motûs & rerum omnium prima cauſa, hâc ratione Plato confirmat quæ à Socrate eſt in Phædro explicata, & à Cicerone poſita eſt tum* 6. *lib. de Rep. tum* 1. *l. Tuſc.* 53.) quod ſemper movetur id æternum eſt &c. (*retrò hic locus refertur.*)

Cleanthes quidem quatuor de cauſis dixit in animis hominum informatas Deorum eſſe notiones. primùm poſuit eam, de quâ modo dixi, quæ orta eſſet ex præſenſione rerum futurarum: alteram, quam ceperimus ex magnitudine commodorum, quæ percipiuntur cœli temperatione, fœcunditate terrarum aliarumque commoditatum complurium copiâ: tertiam, quæ terreret animos fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vaſtitate, peſtilentiâ, terræ motibus &c. quibus exterriti homines vim quamdam eſſe cœleſtem & divinam ſuſpicati ſunt. quartam cauſam eſſe, eamque vel maximam, æquabilitatem motûs, converſionem cœli, ſolis, lunæ, ſyderumque omnium diſtinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem: quarum rerum adſpectus ipſe ſatis indicat, non eſſe fortuita. ut ſi quis in domum aliquam, aut in gymnaſium, aut in forum venerit, cùm videat omnium rerum rationem, modum, diſciplinam, *non poſſit ea ſine cauſâ fieri judicare*, ſed eſſe aliquem intelligat, qui præſit & cui pareatur: *multò magis* in tantis motibus tantiſque viciſſitudinibus tam multarum rerum, atque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam

immenſa & infinita vetuſtas mentita ſit, ſtatuat neceſſe eſt ab aliquâ mente tantos naturæ motus gubernari. Chryſippus quidem quamquam eſt acerrimo ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipsâ naturâ didiciſſe, non ut ipſe reperiſſe videatur. *ſi enim*, inquit, *eſt aliquid in rerum naturâ, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod poteſtas humana efficere non poſſit, eſt certè quod illud efficit, homine melius. atqui res cœleſtes omneſque eæ, quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt. eſt igitur id quo illa conficiuntur, homine melius. id autem quid potiùs dixerim, quàm deum. etenim ſi dii non ſunt, quid eſſe poteſt in rerum naturâ, homine melius? in eo enim ſolo ratio eſt, quâ nihil poteſt eſſe præſtantius. eſſe autem hominem, qui nihil in omni mundo melius eſſe, quàm ſe putet, deſipientis arrogantiæ eſt. ergò eſt aliquid melius. eſt igitur profectò deus.* an verò ſi domum magnam pulchramque videris, non poſſis adduci, ut etiamſi dominum non videas, muribus illam & muſtelis ædificatam putas? tantum verò ornatum mundi, tantam varietatem pulchritudinemque rerum cœleſtium, tantam vim & magnitudinem maris atque terrarum ſi tuum, ac non Deorum immortalium domicilium, putes, nonne planè deſipere videare? anne hoc quidem intelligimus, omnia ſupera eſſe meliora? terram autem eſſe infirmam, quam craſſiſſimus circumfundat aër? &c. & tamen ex ipsâ hominum ſolertiâ eſſe aliquam mentem, & eam quidem acriorem & divinam, exiſtimare debemus. undè enim hanc homo arripuit? &c. quid verò tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio? quem non coget ea, quæ à me dicuntur, comprobare? poſſet-ne uno tempore florere, deindè viciſſim horrere terra? aut, tot rebus ipſis ſe immutantibus, ſolis acceſſus diſceſſuſque ſolſtitiis brumiſque cognoſci? hæc ita fieri omnibus inter ſe concinentibus mundi partibus profectò non poſſent, niſi ea uno divino & continuato ſpiritu continerentur, 2. *de Nat.* 13. &c. hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam tam variis curſibus in omni æternitate convenientiam temporum non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio &c. nec verò ſtellæ eæ, quæ inerrantes vocantur, non ſignificant eamdem mentem atque prudentiam: quarum eſt quotidiana, conveniens, conſtanſque converſio &c. earum autem perennes curſus atque perpetui cum admirabili incredibilique conſtantiâ declarant in his vim & mentem eſſe divinam. ut hæc ipſa qui non ſentiat deorum vim habere, is nihil omninò ſenſurus eſſe videatur. nulla igitur in cœlo nec fortuna, nec temeritas,

nec-

nec erratio, nec vanitas ineſt: contraque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia &c. cœleſtium ergò admirabilem ordinem incredibilemque conſtantiam, ex quâ conſervatio & ſalus omnium omnis oritur, qui vacare mente putat, is ipſe mentis expers habendus eſt, 2. *de Nat.* 55. (*Vide etiam num.* 48. &c.) eſſe igitur deos ita perſpicuum eſt, ut id qui neget, vix eum ſanæ mentis exiſtimem, 2. *de Nat.* 44. mihi quidem ex animo exui non poteſt, eſſe deos, 3. *de Nat.* quis eſt tam vecors, qui cùm ſuſpexerit in cœlum, deos eſſe non ſentiat? *de Ar.* 19. & eſſe præſtantem aliquam æternamque naturam, & eam ſuſpiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi ordoque rerum cœleſtium cogit confiteri, 2. *de Divin.* 148. hæc igitur & alia innumerabilia cùm cernimus, poſſumus-ne dubitare, quin his præſit aliquis vel effector, ſi hæc nata ſunt, vel ſi ſemper fuerint, moderator tanti operis & muneris? 1. *Tuſc.*

Plerique, quod maximè veriſimile eſt, & quò omnes duce naturâ vehimur, Deos eſſe dixerunt: dubitare ſe Protagoras, nullos eſſe omninò Diagoras Melius, & Theodorus Cyrenaicus, putaverunt. qui verò Deos eſſe dixerunt, tantâ ſunt in varietate ac diſſenſione conſtituti, ut eorum moleſtum ſit annumerare ſententias. nam & de figuris Deorum, & de locis atque ſedibus & actione vitæ multa dicuntur. deque his ſummâ Philoſophorum diſſenſione certatur. quod verò maximè rem cauſamque continet, eſt, utrùm nihil agant, nihil moliantur, an ab omni curatione & adminiſtratione rerum vacent: an contra ab his & à principio omnia facta & conſtituta ſint, & ad infinitum tempus regantur atque moveantur. in primiſque magna diſſenſio eſt; eaque niſi dijudicatur, in ſummo errore neceſſe eſt homines atque in maximarum rerum ignoratione verſari. ſunt enim Philoſophi & fuerunt, qui omninò nullam habere cenſerent humanarum rerum procurationem Deos. quorum ſi vera ſententia eſt, quæ poteſt eſſe pietas? quæ ſanctitas? quæ religio? hæc enim omnia purè ac caſtè tribuenda Deorum numini ita ſunt, ſi animadvertuntur ab his, & ſi eſt aliquid à diis immortalibus hominum generi tributum. ſin autem dii neque poſſunt nos juvare, nec volunt, nec curant omninò, nec quid agamus animadvertunt, nec eſt quod ab his ad hominum vitam permanare poſſit: quid eſt, quòd ullos diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? in ſpecie autem fictæ ſimulationis, ſicut reliquæ virtutes, ita pietas ineſſe non poteſt. cum quâ ſimul & ſancti-

Digitized by Google

tatem & religionem tolli neceſſe eſt: quibus ſublatis perturbatio vitæ ſequitur & magna confuſio. atque haud ſcio, an, pietate adverſùs Deos ſublatâ, fides etiam & ſocietas humani generis, & una excellentiſſima virtus, juſtitia tollatur, 1. *de Nat.* 2. &c. quid eſt enim cur Deos ab hominibus colendos dicas, cùm Dii non modò homines non colant, ſed omninò nihil curent, nihil agant? ... an quidquam eximium poteſt eſſe in eâ naturâ, quæ ſuâ voluptate lætans, nihil nec actura ſit unquam, neque agat, neque egerit? quæ porrò pietas ei debetur à quo nihil acceperis? aut quid omninò, cujus nullum meritum ſit, ei deberi poteſt? eſt enim pietas, juſtitia adversùm Deos: cum quibus quid poteſt nobis eſſe juris, (ſi) homini nulla cum deo ſit communitas? 1. *de Nat.* 116. ſunt autem alii Philoſophi & hi quidem magni atque nobiles, qui Deorum mente atque ratione omnem mundum adminiſtrari & regi cenſeant: neque verò id ſolùm, ſed etiam ab iiſdem vitæ hominum conſuli & provideri, 1. *de Nat.* 4. nec ſanè multùm intereſt utrùm quis Deos eſſe neget, an eos omni procuratione atque actione privet, 2. *de Nat.* 44. Dico igitur providentiâ Deorum mundum & omnes mundi partes & initio conſtitutas eſſe, & omni tempore adminiſtrari: eamque diſputationem tres in partes noſtri ferè dividunt: quarum pars prima eſt, quæ ducitur ab eâ ratione, quæ docet eſſe Deos: quo conceſſo, confitendum eſt, eorum conſilio mundum adminiſtrari. ſecunda eſt autem, quæ docet, omnes res ſubjectas eſſe naturæ ſentienti, ab eâque omnia pulcherrimè geri. quo conſtituto ſequitur ab animantibus principiis eam eſſe generatam. tertius locus eſt, qui ducitur ex admiratione rerum cœleſtium atque terreſtrium. primùm igitur aut negandum eſt Deos eſſe, quod & Democritus ſimulacra, & Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat; aut qui Deos eſſe concedant, iis fatendum eſt, eos aliquid agere, idque præclarum. nihil eſt autem præclarius mundi adminiſtratione. Deorum igitur conſilio adminiſtratur mundus. quod ſi aliter eſt, aliquid profectò ſit neceſſè eſt melius & majore vi præditum, quàm Deos, quale id cumque eſt, ſive inanima natura, ſive neceſſitas vi magnâ incitata, hæc pulcherrima opera efficiens, quæ videmus. non eſt igitur natura Deorum præpotens neque excellens, ſiquidem ea ſubjecta eſt ei vel neceſſitati, vel naturæ, quâ cœlum, maria, terræque regantur. nihil autem præſtantius Deo. ab eo igitur neceſſe eſt mundum regi. nulli igitur eſt naturæ obediens aut ſubjectus

Deus.

Deus. omnem ergò regit ipſe naturam. Etenim ſi concedimus intelligentes eſſe Deos, concedimus etiam providentes & rerum quidem maximarum. ergò utrùm ignorant quæ res maximæ ſint, quoque hæ modo tractandæ; an vim non habent quâ tantas res ſuſtineant & gerant? at & ignoratio rerum aliena naturæ Deorum eſt, & ſuſtinendi muneris propter imbecillitatem difficultas, minimè cadit in majeſtatem Deorum. ex quo efficitur id, quod volumus, Deorum providentiâ mundum adminiſtrari &c. quòd ſi ineſt in hominum genere mens, fides, virtus, concordia; undè hæc in terras, niſi à ſuperis, defluere potuerunt? cúmque ſit in nobis conſilium, ratio, prudentia, neceſſe eſt, Deos hæc ipſa habere majora, nec habere ſolùm, ſed etiam his uti in maximis & optimis rebus. nihil autem eſt nec majus, nec melius, mundo. neceſſe eſt ergò eum Deorum conſilio & providentiâ adminiſtrari... efficitur omnia regi divinâ mente atque providentiâ &c... cujus quidem adminiſtratio nihil habet in ſe quod reprehendi poſſit. ex iis enim naturis quæ erant, quod effici potuit optimum, effectum eſt. doceat ergò aliquis potuiſſe melius. ſed nemo unquam docebit: & ſi quis corrigere aliquid volet, aut deterius faciet, aut id, quod fieri non potuit, deſiderabit. quod ſi omnes mundi partes ita conſtitutæ ſunt, ut neque ad uſum meliores potuerint eſſe, neque ad ſpeciem pulchriores; videamus utrùm ea fortuita ſint, an eo ſtatu, quo cohærere nullo modo potuerint, niſi ſenſu moderante, divinâque providentiâ &c. quî igitur convenit ſignum aut tabulam pictam cùm adſpexeris, ſcire adhibitam eſſe artem; cúmque procul curſum navigii videris, non dubitare quin id ratione atque arte moveatur; aut cùm ſolarium &c. hi autem dubitant de mundo ex quo & oriuntur & fiunt omnia, caſu-ne ipſe ſit effectus, aut neceſſitate aliquâ, an ratione, an mente divinâ, 2. *de de Nat.* 75. 76. 77. 78. 86. &c præclarè ergò Ariſtoteles, *ſi eſſent*, inquit, *qui ſub terrâ ſemper habitaviſſent bonis & illuſtribus domiciliis, quæ eſſent ornata ſignis atque picturis, inſtructaque iis rebus omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exiſſent unquam ſupra terram; accepiſſent autem famâ & auditione eſſe quoddam numen & vim Deorum: deindè aliquo tempore, patefactis terræ faucibus, ex illis abditis ſedibus evadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuiſſent, cùm repentè terram & maria cœlumque vidiſſent, nubium magnitudinem, ventorumque vim cognoviſſent, adſpexiſſentque ſolem, ejuſque cùm magni-*

tudinem pulchritudinemque, tùm etiam efficientiam cognoviſſent, quâ is diem efficeret toto cœlo luce diffuſâ. cùm autem terras nox opacaſſet, tum cælum totum cernerent aſtris diſtinctum & ornatum, lunæque luminum varietatem tum creſcentis, tum ſeneſcentis, eorum omnium ortus & occaſus atque in omni æternitate ratos immutabileſque curſus: hæc cùm viderent, profectò & eſſe Deos & hæc tanta opera Deorum eſſe arbitrarentur. atque hæc quidem ille... ſed aſſiduitate quotidianâ & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi; neque admirantur neque requirunt rationes earum rerum, quas ſemper vident: perindè quaſi novitas nos magis, quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas cauſas excitare. quis enim hunc hominem dixerit, qui cùm tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque omnia inter ſe connexa & apta viderit, neget in illis ullam ineſſe rationem, eaque caſu fieri dicat, quæ quanto conſilio gerantur, nullo conſilio aſſequi poſſumus? an cùm machinatione quâdam moveri aliquid videmus, ut ſphæram, ut horas, ut alia permulta, non dubitamus quin illa opera ſint rationis; cùm autem impetum cœli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus, conſtantiſſimè conficientem viciſſitudines anniverſarias cum ſummâ ſalute & conſervatione rerum omnium; dubitamus, quin ea non ſolùm ratione fiant, ſed etiam excellenti quâdam divinâque ratione? licet enim jam, remotâ ſubtilitate diſputandi, oculis quodammodò contemplari pulchritudinem rerum, quas divinâ providentiâ dicimus conſtitutas. ac principio, terra univerſa cernatur &c. quæ verò & quàm varia genera beſtiarum vel cicurum, vel ferarum? &c. quid jam de hominum genere dicam &c. quæ ſi, ut animis, ſic oculis videre poſſemus, nemo cunctam intuens terram, de divinâ ratione dubitaret. at verò quanta maris eſt pulchritudo? quæ ſpecies univerſi? quæ multitudo & varietas inſularum &c. exindè mari finitimus aër die & nocte diſtinguitur: iſque tum fuſus & extenuatus in ſublime fertur; tum autem concretus in nubes cogitur; humoremque colligens, terram auget imbribus, tum effluens huc & illuc, ventos efficit. idem annuas frigorum & calorum facit varietates &c. reſtat ultimus & à domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens & coërcens cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maximâ igneæ formæ curſus ordinarios definiunt. ex quibus ſol &c. (*egregiam deſcriptionem ſolis & lunæ ſtellarumque inerrantium deindè affert.*)

hæc

Digitized by Google

hæc omnis deſcriptio ſyderum atque hic tantus cœli ornatus, ex corporibus huc & illuc caſu & temerè concurſantibus potuiſſe effici; cuiquam ſano videri poteſt? aut verò alia quæ natura mentis & rationis expers, hæc efficere potuit, quæ non modò ut fierent, ratione eguerunt, ſed intelligi qualia ſint, ſine ſummâ ratione non poſſunt? &c. age, ut à cœleſtibus rebus ad terreſtres veniamus, quid eſt in his, in quo non naturæ ratio intelligentis appareat? principio, eorum quæ gignuntur è terrâ, ſtirpes & ſtabilitatem dant iis, quæ ſuſtinent, & ex terrâ ſuccum trahunt &c... animantium verò quanta varietas eſt? quanta ad eam rem vis, ut in ſuo quæque genere permaneant? &c. multa prætereunda ſunt, & tamen multa dicuntur. enumerari enim non poſſunt fluminum opportunitates, æſtus maritimi multùm accedentes & recedentes: montes veſtiti atque ſilveſtres ſalinæ ab orâ maritimâ remotiſſimæ &c. ſic undique omni ratione concluditur, mente conſilioque divino omnia in hoc mundo ad ſalutem omnium conſervationemque admirabiliter adminiſtrari, 2. *de Nat.* 95. &c. 115. 132. ille princeps Deus, qui omnem mundum regit, *de Somn.* 4. haud ſcio an melius fuerit humano generi motum iſtum celerem cogitationis, acumen, ſolertiam, quam rationem vocamus, quoniam peſtifera ſit multis, admodùm paucis ſalutaris, non dari omninò, quàm tam munificè & tam largè dari &c. huic loco ſic ſoletis occurrere, non idcircò non optimè nobis à diis eſſe proviſum, quòd multi eorum beneficio perversè uterentur. etiam patrimoniis multos malè uti; nec ob eam cauſam eos beneficium à Patribus nullum habere, 3. *de Nat.* 70.

(Animantem eſſe mundum, in quo intelligentia inſit, è Veteribus nonnulli exiſtimabant propterea quod) certè eſt mundus melior, quàm ulla natura. ut enim nulla pars corporis noſtri eſt, quæ non ſit minor, quàm noſmet ipſi ſumus; ſic mundum univerſum pluris eſſe neceſſe eſt, quàm partem aliquam univerſi. quod ſi ita eſt, ſapiens ſit mundus, neceſſe eſt. nam ni ita eſſet, hominem, qui eſt mundi pars, quoniam rationis eſt particeps, pluris eſſe, quàm mundum omnem oporteret &c. quid igitur poteſt ei deeſſe, quod eſt optimum? nihil autem eſt mente & ratione melius. ergò hæc mundo deeſſe non poſſunt, 2. *de Nat.* 32. 38. 46. (*hanc opinationem plures irridebant*:) quaſi, ſi mundus eſt deus, quoniam partes mundi ſunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda ſunt, 1. *de Nat.* 24.

Man-

Mandavi memoriæ non numerum ſolùm, ſed etiam ordinem argumentorum tuorum. primum fuit cùm cœlum ſuſpexiſſemus, ſtatim nos intelligere eſſe aliquod numen, quo hæc regantur &c. 3. *de Nat.* 10. mihi unum ſatis erat, ita nobis Majores noſtros tradidiſſe, *ibid.*

Sanè reſtat ut qualis (Dei) natura ſit conſideremus. in quo nihil eſt difficilius quàm à conſuetudine oculorum aciem mentis abducere. ea difficultas induxit & vulgo imperitos & ſimiles Philoſophos imperitorum, ut niſi figuris hominum conſtitutis nihil poſſent de diis immortalibus cogitare. cujus opinionis levitas confutata à Cotta non deſiderat orationem meam. ſed cùm talem eſſe Deum certâ notione animi præſentiamus, primùm ut ſit animans, deindè ut in omni naturâ nihil eo ſit præſtantius, nihil video quod (*ad naturam dei*) potiùs accommodem, 2. *de Nat. D.* 45. ſine corpore ullo Deum vult eſſe (*Plato.*) Græci dicunt ἀσώματον, 1. *de Nat.* 30. Deus quâ facie ſit, aut ubi habitet, ne quærendum quidem eſt, 1. *Tuſc.* 67.

Deum niſi ſempiternum intelligere quî poſſumus, *de Nat.* 26. ſint ſanè ex atomis. non igitur æterni. quod enim ex atomis ſit, id natum aliquandò ſit. ſi natum, nulli dii antequàm nati. & ſi ortus eſt Deorum, interitus ſit neceſſe eſt. ubi igitur illud veſtrum beatum & æternum? quibus duobus verbis ſignificatis Deum, 1. *de Nat.* 68. cogitant aſſiduè beatos eſſe ſe. habent enim nihil aliud quod agitent in mente. comprehende igitur animo & propone ante oculos Deum nihil aliud in omni æternitate, niſi *mihi pulcbrè eſt & ego beatus ſum*, cogitantem, 1. *de Nat.* 115. ſic Deus ille æternus hunc perfectè beatum Deum procreavit: ſed animum haud ita, *de Univ.* 18. (*dei nomen ipſi mundo ibi tribuitur.*) demtâ æternitate nihilò beatior Jupiter, quàm Epicurus, 2. *de Fin.* 88.

Non deeſt hoc loco copia rationum, quibus docere velitis humanas eſſe formas Deorum &c. 1. *de Nat.* 76. (*deindè hoc refellitur.*) quod cùm efficere vultis, in dumeta correpitis. ita enim dicebas, non corpus eſſe in Deo, ſed quaſi corpus; nec ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem, *ibid.* 68. ſic enim dicebas ſpeciem dei percipi cogitatione, non ſenſu; nec eſſe in eâ ullam ſoliditatem, neque eamdem ad numerum permanere, eamque eſſe ejus viſionem ut ſimilitudine & tranſitione cernatur, 1. *de Nat.* 106. & 49. Animus & forma & vita & actio mentis atque agitatio in Deo, 1. *de Nat.* 45.

Deum

Deum ſemper agere aliquid & moliri volunt, 3. *de Off.* ſumma verò vis infinitatis & magnâ ac diligenti contemplatione digniſſima eſt, 1. *de Nat.* 50. quæ omnia cum dei notione comprehendimus, 1. *de Nat.* fas autem non eſt nec unquam fuit, quidquam niſi pulcherrimum facere eum qui eſſet optimus...

Deus nullis occupationibus eſt implicatus, 1. *de Nat.* 51.

(*Contra Platonis ſententiam de æternitate Dei, qui opifex mundi ſit & ædificator, multa objicit Velleius ad hunc modum:*) ſciſcitor, cur mundi ædificatores repentè exſtiterint, innumerabilia ante ſæcula dormierint. non enim ſi mundus nullus erat, ſæcula non erant. ſæcula nunc dico, non ea quæ dierum noctiumque numero annuis curſibus conficiuntur. nam fateor ea ſine mundi converſione effici non potuiſſe. ſed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumſcriptio metiebatur. ſpatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi non poteſt. quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cùm tempus eſſet. iſto igitur tam immenſo ſpatio, quæro, Balbe, cur Pronœa veſtra (*hæc eſt providentia*) ceſſaverit? laborem-ne fugiebat? at iſte nec attingit deum, nec erat ullus, cùm omnes naturæ numini divino cœlum, ignes, terræ, maria parerent. quid autem erat quod concupiſceret deus mundum ſignis & luminibus, tanquam ædilis, ornare? ſi ut deus ipſe meliùs habitaret, antea videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurguſtio, habitaverat. poſt autem varietate-ne eum delectari putamus, quâ cœlum & terras exornatas videmus? quæ iſta poteſt eſſe oblectatio deo? quæ ſi eſſet, non eâ tamdiù carere potuiſſet. an hæc, ut ferè dicitis, hominum cauſâ à deo conſtituta ſunt? ſapientum-ne? propter paucos ergò tanta eſt facta rerum molitio. an ſtultorum? at primùm cauſa non fuit cur de improbis benè mereretur. deindè quid eſt aſſecutus, cùm omnes ſtulti ſint ſine dubio miſerrimi; maximè quod ſtulti ſunt? miſerius enim ſtultitiâ quid poſſumus dicere? &c. 1. *de Nat.* quæ cauſa impulerit eum, qui hæc machinatus ſit, ut originem rerum & molitionem novam quæreret, *de Univ.* 7.

Qui verò mundum ipſum animantem ſapientemque eſſe dixerunt, nullo modo viderunt animi naturam, intelligentes in quam figuram cadere poſſet, 1. *de Nat.* 21. &c.

Videtis-ne igitur ut à phyſicis rebus benè atque utiliter inventis tracta ratio ſit ad commentitios & fictos Deos? quæ res genuit falſas

opiniones erroreſque turbulentos & ſuperſtitiones pænè aniles &c. omniaque traducta ad ſimilitudinem imbecillitatis humanæ &c. hæc & dicuntur & creduntur ſtultiſſimè, & plena ſunt futilitatis ſummæque levitatis, 2. *de Nat.* 70. &c.

Summus ipſe Deus arcens & continens cæteros, *de Somn.* 9. Deus eſt qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prævidet, qui regit & moderatur hunc mundum princeps ille Deus, *ibid.* 19. Deus qui omnia genuit, *de Univ.* 18. dicere ſoletis, nihil eſſe quod Deus efficere non poſſit, & quidem ſine labore ullo. ut enim hominum membra nullâ contentione, mente ipsâ ac voluntate moveantur: ſic numine Deorum omnia fingi, moveri mutarique poſſe, 3. *de Nat.* 92. nec fruſtra & ſine causâ quid facere, dignum deo eſt, 2. *de Divin.* 125. nunquam nec iraſci Deum, nec nocere, 3. *Off.* 102. magna dii curant, (nec) parva negligunt, 2. *de Nat.* 197. Deus effector mundi atque molitor, *de Univ.* 14. Deus nulli naturæ obediens, aut ſubjectus, 2. *de Nat.* 77. Deus præſens & præpotens, 2. *de Nat.* 4. tantus & tam præſens habetur Deus, 1. *Tuſc.* 28. vetat dominans ille nobis Deus, injuſſu hinc nos ſuo demigrare, 1. *Tuſc.* 74. Deo paret mundus, & huic obediunt maria terræque, & hominum vita juſſis ſupremæ legis obtemperat, 2. *de Leg.* 3. fas autem nec eſt nec unquam fuit, quidquam niſi pulcherrimum facere eum, qui eſſet optimus, *de Univ.* 7. Deorum immortalium naturâ, ratione, poteſtate, mente, numine, naturam omnem regi, 1. *de Leg.* 21. Dei immortalis nutu atque poteſtate... nec fruſtra ac ſine causâ quid facere dignum Deo eſt, quod abhorret etiam hominis conſtantia, 2. *de Divin.* 125. Teque omnipotens Neptune invoco, 4. *Tuſc.* 73. omnium rerum magnarum à diis immortalibus (*à Deo immortali*) principia ducenda ſunt, *in Vat.* 14. ille cœlum atque terras tuens & regens Deus, 2. *de Leg.* 9.

Jupiter, id eſt, juvans pater, quem converſis caſibus appellamus à juvando, *Jovem*, 2. *de Nat.* 64. Jupiter optimus maximus, cujus nutu & arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur, *pro S. R.* 131. Jupiter optime, maxime, cujus nutu ac ditione ſola terrarum gubernantur, *Antiquit.* 24. Jovem cùm optimum & maximum dicimus, cúmque eumdem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem, hoc intelligi voluimus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutelâ, 3. *de Fin.* 66. Jupiter maximus, id eſt, magnas opes habens, 2. *de Nat.* 64. Jupiter optimus, id

id eſt, beneficentiſſimus, *ibid.* Jupiter à Poëtis dicitur divûm atque hominum pater: à Majoribus autem noſtris optimus, maximus, 2. *de Nat.* 64. Jupiter *Stator*, quem verè hujus imperii ſtatorem Majores noſtri nominaverunt, 1. *Antiq.* 24. tu Jupiter ſtator, *ibid.* Jove fulgente... præpotentem Jovem...

Numen (*pro divinâ providentiâ, vi, poteſtate, divinoque nutu.*) eſſe quoddam numen vimque Deorum, 1. *de Nat.* 95. Deus, cujus numini parent omnia, 1. *de Divin.* 20. omnes naturæ divino numini parent, 1. *de Nat.* 22. vis & numen Dei... ſummi rectoris & domini numen, 4. *de Fin.* 11. regi numine Deorum, 3. *de Fin.* 64. Deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perſpeximus, *de Aruſp. Reſp.* 19. numen divinum precibus placare, *pro Dom.* 141. dii immortales, qui non procul ut quondam &c. ſed hîc præſentes ſuo numine atque auxilio nos defendunt, 2. *C.* 29. numine Deorum immortalium, 13. *A.* 11. divino numine... non ſine aliquo divino numine... qui nullam vim cœleſtem exiſtimant numen-ve divinum, *pro Mil.* 84. quanto id Deo eſt facilius, cujus numini parent omnia, 1. *de Divin.* 120.

Teſtor omnes Deos (*Deum*) & eos maximè qui huic loco temploque præſident, qui omnium mentes maximè perſpiciunt, *pro Pomp.* 70. Deos homineſque teſtor, 10. *Fam.* 34. teſtor Deos immortales, *Antiq.* 18. ille Jupiter cujus nomine Majores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt, *pro Pont.* 20. quid enim eſt, *per Deos*, optabilius ſapientiâ, 2. *Off.* 5. quid enim, per Deum immortalem &c... dii te perdant... (quod dii omen avertant.)... dii faxint quod promittis... ô dii boni, quid &c... dii meliora... ô dii, qui comitatus..., dii boni,... dii approbent quod actum eſt... quod dii prohibeant...

At neque non diligunt nos (dii:) ſunt enim benefici generique hominum amici, 2. *de Divinat.* 102. meque diis juvantibus, 10. *Fam.* 22. diis approbantibus, 7. *Fam.* 20. Deus, qui nos meliùs, quàm optare auderemus, liberavit, 7. *At.* 1. parens Deus, ſalus noſtræ vitæ, *ad Quir.* 11. niſi nos Deus reſpexerit, 1. *Att.* 13. niſi Deus ſubvenerit, 16. *Fam.* 12. Deo piè & caſtè ſatisfacere, 14. *Fam.* 7. quorum neminem, niſi juvante Deo, talem fuiſſe credendum eſt, 2. *de Nat.* 165. (*ibi agitur de ſingularibus viris quos Urbs & Græcia tulerit.*) Deos eſſe & conſulere rebus humanis,

1. *de Divinat*. 10. dii ipſi ſe nobis non offerunt, vim autem ſuam longè latéque diffundunt, 1. *de Divin*. 79. quicquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, id non ſine divinâ bonitate erga homines fieri arbitrabantur, 2. *de Nat*. 60. animum igitur cùm ille procreator mundi Deus ex ſuâ mente & divinitate genuiſſet &c. *de Univ*. 23. quod animus arriperet aut exciperet extrinſecùs ex divinitate, undè omnes animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus, 2. *de Divin*. 26. neque auxilium ſuum fruſtra implorari patietur, 2. *de Orat*. 144. nunquam intermiſſa eſt (*à Deo erga homines*) largitio & communicatio, *pro Corn*. 31. (*quod quidem Majoribus noſtris ibi tribuitur*.) fert opem & ſalutem, 2. *de Fin*. 118. ut ab Jove opt. max. opem & auxilium petamus, *pro C. Corn*. perfugium & præſidium ſalutis... commune præſidium...

Cultus autem Deorum eſt optimus, idemque caſtiſſimus atque ſanctiſſimus, pleniſſimuſque pietatis, ut eos ſemper purâ, integrâ, incorruptâ & mente & voce veneremur. non enim Philoſophi ſolùm, verùm etiam Majores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparaverunt, 2. *de Nat*. 71. quod eò, credo, valebat, ut opiniones quas à Majoribus accepimus de diis immortalibus, ſacra, cæremonias, religioneſque defenderem. ego verò eas defendam ſemperque defendi; nec me ex eâ opinione, quam à Majoribus accepi de cultu Deorum immortalium, ullius unquam oratio aut docti aut indocti movebit; 3. *de Nat*. 4. deinceps in lege eſt, ut de ritibus patriis colantur, 2. *de Leg*. religionem eam, quæ in metu & cæremoniâ Deorum ſit, appellant, 1. *Rhet*. religio eſt, quæ ſuperioris cujuſdam naturæ, quam divinam vocant, curam cæremoniaſque affert, 2. *Rhet*. itaque & in noſtro populo & in cæteris, Deorum cultus religionumque ſanctitates exſiſtunt in dies majores atque meliores. idque evenit non temerè nec caſu, ſed quod *præſentiam ſæpè divi ſuam declarant*, 2. *de Nat*. 6. habet enim venerationem juſtam quicquid excellit, 1. *de Nat*. Deum placatum pietas efficiet & ſanctitas, 2. *Off*. 11. pietas, ſanctitas, religio, quæ omnia purè & caſtè Deorum numini tribuenda ſunt, 1. *de Nat*. 3. ſanctitas eſt ſcientia colendorum Deorum; *ibid*. 117. in Deos cæremoniæ ac religiones, non metu, ſed eâ conjunctione, quæ eſt homini cum Deo, conſervandæ, 2. *de Leg*. 43. & quod Thales (aiebat) homines exiſtimare oportere Deos omnia cernere: Deorum omnia eſſe plena; fore enim omnes caſtiores, 2. *de Leg*. 26. ſit igitur hoc jam

Digitized by Google

à principio perſuaſum civibus, dominos eſſe omnium rerum ac moderatores Deos, eaque, quæ gerantur, eorum geri judicio ac numine, eoſdemque optimè de genere hominum mereri, & qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat, quâ mente, quâ pietate religiones colat, intueri; piorumque & impiorum habere rationem, 2. *de Leg.* 15. quis enim Deum non timeat omnia providentem & cogitantem & animadvertentem & omnia ad ſe pertinere putantem, curioſum & plenum negotii Deum? 1. *de Nat.* 26. Deus vindex conſtituitur, ut præſentis pœnæ metu religio confirmetur, 2. *de Leg.* 25. Deo nihil minùs gratum, quàm non omnibus patêre ad ſe placandum & colendum, viam, 2. *de Leg.* 25. Deo nihil, quod quidem in terris fiat, acceptius eſt, quàm concilia cœtuſque hominum jure ſociati, quæ civitates (*ſuppone, Eccleſiæ*) appellantur, *de Somn.* 4. quis enim poteſt, cùm exiſtimet à Deo ſe curari, non ſemper divinum numen horrere, 4. *Acad.* 121. à diis immortalibus (*à Deo immortali*) ſunt nobis agendi capienda primordia, 2. *de Leg.* 7.

(*Multa ſunt nomina Dei & adjuncta, quæ hîc ex Cicerone referre juvat.*)

Deus, divinus ſpiritus, Jupiter, id eſt, juvans pater, (*undè converſis caſibus*, Jovis, Jove, Jovem,) numen, divinum numen, præſtans æternaque natura, divus, divi, natura dei: quod ipſum à ſe eſt & ſuâ ſponte.

(*Adject.*) Æternus, beatus, beatus & æternus, immortalis (per Deum immortalem) ſine corpore ullo, mens ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & movens, ipſaque prædita motu ſempiterno: rerum omnium præpotens, omnipotens, ſupremus, ſempiternus, pulcherrimus, naturalis, ſimplex, fortis, præditus ſummâ mente, ſummus, ſanctiſſimus, immutabilis, infinitus, Deus optimus, maximus: Jupiter optimus, maximus, ſalutaris, hoſpitalis, ſtator, tu Jupiter ſtator (*id eſt qui imperia & urbes ſtare facit*) præſens, præſentiam ſuam declarans, præſens ac præpotens Deus, tantus & tam præſens, pertinens per naturam cujuſque rei, omnia providens & cogitans & animadvertens & omnia ad ſe pertinere putans, curioſus & plenus negotii Deus; cujus naturam vel formam cogitatione complecti non poſſumus; præditus ſummâ mente, nihil eorum ignorans, quæ ab ipſo conſtituta & deſignata ſunt; altiſſimus, omnia ſciens, præſentiens, conſilio ſuo deſignans; opifex ædificatorque mundi, procreator mundi Deus, effector mun-

Digitized by Google

di & molitor Deus, effector & moderator mundi; ille princeps Deus, qui omnem hunc mundum regit; Dominator rerum & omnia nutu regens; dominans ille in nobis Deus, ſupremus Deus, numen præſtantiſſimæ mentis quo hæc reguntur, omnium autem rerum ſeminator & ſator & parens, ut ita dicam, atque educator & altor: quicquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget.

Domini numen. excellens quædam divinaque ratio; undè omnes animos hauſtos & acceptos & libatos habemus; bonus, juſtus, vindex, beneficus, genitalis, maximus, id eſt, magnas opes habens; optimus, id eſt, beneficentiſſimus; altitonans, ſummus rector & Dominus, cui omnia parent, ſuo numine & auxilio nos defendit, tuetur, adjuvat; in cujus tutelâ eſt ſalus hominum, cuſtos & conſervator hominum, Pater divûmque hominumque, *Cic.* (*naturæ Dei convenit*) beata natura, natura excellens atque præſtans, quæ ipſa à ſe eſt: æternitas, infinitas, immenſitas, immortalitas, ratio & mens divina, ſimplex natura & ſegregata ab omni concretione mortali, immutabilitas, ſuprema poteſtas, ſumma ſapientia, maxima pulchritudo, ſanctitas, providentia, mundi procreatio, certiſſima ſcientia omnium rerum, præſenſio, conſilium, vis & numen, ſeu numen & vis, bonitas, juſtitia, beneficentia, ſalus & tutela hominum; unum optimum, & undique perfectum, cui nihil omninò deſit & nihil abſit (*hæc nomina ſunt à Cicerone ſecundùm veteres Philoſophos Deo attributa. quicquid autem de diis retrò dicitur, ad unum Deum, quem Jovem optimum, maximum, appellabant, transferenda ſunt, erroreſque, quos Cicero refert, rejiciendi. nec è mente noſtrâ excidat hoc effatum.*) mala & impia conſuetudo eſt contra Deos (*Deum*) diſputandi, ſive ex animo id fit, ſive ſimulatè, 2. *de Nat. ad extremum libri.*

Cap. XIII.

De Homine.

Animal hoc providum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilii, quem vocamus hominem, præclarâ quâdam conditione generatum eſſe à ſupremo Deo. ſolum eſt enim ex tot animantium generibus atque naturis, particeps rationis & cogitatio-

nis,

nis, cùm cætera ſint omnia expertia. quid eſt autem, non dicam, in homine, ſed in omni cœlo atque terrâ, ratione divinius? &c. eſt igitur, quoniam nihil eſt ratione melius, eaque & in homine & in Deo, prima homini cum Deo rationis ſocietas. inter quos autem ratio, inter eoſdem etiam recta ratio communis eſt. quæ cùm ſit lex, lege quoque conſociati homines cum diis putandi ſumus. inter quos porrò eſt communio legis, inter eos communio juris eſt, 1. *de Leg*. 22. 23. eſt igitur homini cum Deo ſimilitudo. quod cùm ità ſit, quæ tandem poteſt eſſe propior certior-ve cognatio? *ibid*. 25. deinceps videndum eſt quæ ſit hominis natura. id eſt enim de quo quærimus. atqui perſpicuum eſt hominem è corpore animoque conſtare, cùm primæ ſint animi partes, ſecundæ corporis. deindè id quoque videmus & ita figuratum corpus, ut excellat aliis, animumque ita conſtitutum, ut & ſenſibus inſtructus ſit, & habeat præſtantiam mentis, cui tota hominis natura pareat, in quâ ſit mirabilis quædam vis rationis, & cognitionis, & ſcientiæ, virtutumque omnium, 5. *de Fin*. 34. cùm conſtemus ex animo & corpore, 3. *Tuſc*. homo qui ex animo conſtat & corpore, 2. *de Nat*. 99. ſumus igitur homines: ex animo conſtamus & corpore, 3. *de Fin*. 25.

Inter hominem & belluam hoc maximè intereſt, quod hæc tantum, quantum ſenſu movetur, ad id ſolum quod adeſt quodque præſens eſt, ſe accommodat, paululùm admodùm ſentiens præteritum aut futurum. homo autem qui rationis eſt particeps, conſequentia cernit, principia & cauſas rerum videt, earumque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, & rebus præſentibus adjungit atque annectit futuras &c. 1. *de Off*. 11. homines autem etſi multis aliis, tamen hoc uno à beſtiis plurimùm differunt, quòd rationem habeant à naturâ, mentemque datam & acrem & vigentem, celerriméque multa ſimul agitantem, &, ut ita dicam, ſagacem: quæ & cauſas rerum & conſecutiones videat, & ſimilitudines transferat, & disjuncta conjungat, & cum præſentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ conſequentis ſtatum. eademque ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his naturâ & ſermone & uſu congruentem &c. 2. *de Fin*. 45. rationis & orationis expertes feræ. quæcumque eſt hominis definitio, una in omnes valet, 1. *de Leg*. 29. nihil eſt enim unum uni tam ſimile, tam par, quàm omnes inter noſmet ipſos ſumus, *ibid*.

Digitized by Google

Ipſum autem hominem eadem natura non ſolùm celeritate mentis ornavit, ſed etiam ſenſus, tanquam ſatellites attribuit ac nuntios, & rerum plurimarum obſcuras & neceſſarias intelligentias enudavit (*vel enodavit*, *aut inchoavit*) quaſi fundamenta quædam ſcientiæ; figuramque corporis habilem & aptam ingenio humano dedit. nam cùm cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœlique, quaſi cognationis domiciliique priſtini, conſpectum excitavit, 1. *de Leg.* 26. ad hanc providentiam naturæ tam diligentem tamque ſolertem adjungi multa poſſunt, è quibus intelligatur, quantæ res hominibus à Deo, quàmque eximiæ tributæ ſint: qui primùm ex humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, ut Deorum (*Dei*) cognitionem, cœlum intuentes, capere poſſent. ſunt enim è terrâ homines, non ut incolæ atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cœleſtium: quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet, 2. *de Nat.* 140. *& de Senect.* 77.

Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus. Ovid.

Homines Deorum immortalium quaſi gentiles ſunt & divini generis appellantur, & omnium animantium tenent principatum, *de Univ.* 36. ſcitè enim Chryſippus, ut clypei causâ, involucrum; vagina autem, gladii; ſic (*& ipſum mundum*) & cætera omnia aliorum causâ eſſe generata; ut eas fruges atque fructus, quos terra gignit, animantium causâ; animantes autem hominum; ut equum, vehendi causâ; arandi, bovem; venandi & cuſtodiendi, canem. ipſe autem homo ortus eſt ad mundum contemplandum & imitandum (Deum,) nullomodo perfectus, ſed quædam particula perfecti, 2. *de Nat.* 37. hominemque ipſum quaſi contemplatorem cœli ac Deorum (*Dei*) ipſorumque (*ipſius*) cultorem; atque hominis utilitati agros omnes & maria parentia, 1. *Tuſc.* 69. nam qui ſe ipſe norit, primùm aliquid ſentiet ſe habere divinum, ingeniumque in ſe ſuum, ſicut ſimulacrum aliquod, dedicatum putabit, tantoque munere Deorum (*Dei*) ſemper dignum aliquid & faciet & ſentiet, 1. *de Leg.* 59. undè etiam univerſus hic mundus, una civitas communis Deorum (*Dei*) atque hominum exiſtimanda: & quod in civitatibus, ratione quâdam, agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus, id in rerum naturâ tanto eſt magnifi-

cen-

centius tantoque præclarius, ut homines Deorum agnatione & gente teneantur, 1. *de Leg.* 23. animum eſſe ingeneratum à Deo; ex quo verè vel agnatio nobis cum cœleſtibus, vel genus, vel ſtirps appellari poteſt. itaque ex tot generibus, nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam, *ibid.* 24. ſin quæret quiſpiam, cujuſnam causâ tantarum rerum molitio facta ſit; arborum-ne & herbarùm? ad id quidem abſurdum eſt. an beſtiarum? nihilo probabilius, Deos mutarum & nihil intelligentium causâ rerum tanta laboraſſe. quorum igitur causâ quis dixerit effectum eſſe mundum? eorum ſcilicet animantium, quæ ratione utuntur. hi ſunt dii (*Angeli*) & homines, quibus profectò nihil eſt melius (*inter res creatas ſcilicet.*) itaque ſit credibile, Deorum (*Angelorum*) & hominum causâ factum eſſe mundum, quæque in eo ſint, omnia, 2. *de Nat.* 133. reſtat ut doceam atque aliquandò perorem, omnia quæ ſint in hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causâ facta eſſe & parata. principio, ipſe mundus, Deorum (*Angelorum*) hominumque causâ factus eſt: quæque in eo ſunt omnia, ea parata ad fructum hominum & inventa ſunt. eſt enim mundus quaſi communis Deorum (*Angelorum*) atque hominum domus, aut urbs utrorumque. ſoli enim ratione utentes jure ac lege vivunt &c. 2. *de Nat.* 154. (*deindè ſigillatim oſtenditur, circuitum ſolis & lunæ ſyderumque ad ſpectaculum hominibus præbendum; præterea ſegetes frugeſque, tum ipſas beſtias & piſces ad uſum hominum fieri.*) nec verò univerſo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis à diis immortalibus (*à Deo immortali*) conſuli & provideri ſolet. licet enim contrahere univerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos &c. *ibid.* 164. multoſque præterea & noſtra civitas & Græcia tulit ſingulares viros; quorum neminem, niſi juvante Deo, talem fuiſſe credendum eſt &c. præterea ipſorum Deorum ſæpè præſentiæ declarant, ab his, & civitatibus & ſingulis hominibus conſuli &c. nemo igitur vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit, *ibid.* 166. itaque ad hominum commoditates & uſus, tantarum rerum ubertatem natura largita eſt, ut ea quæ gignuntur, donata conſultò nobis, non fortuitò nata videantur; nec ſolum ea, quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur, ſed etiam pecudes; quod perſpicuum ſit partim eſſe ad uſum hominum, partim ad fructum, partim ad veſcendum procreatas. artes verò innumerabiles repertæ ſunt, docente naturâ &c. 1. *de Leg.* 25.

Digitized by Google

Omnium animantium formam vincit hominum figura, 1. *de Nat.* 48. natura homini figuram corporis habilem & aptam humano ingenio dedit, 1. *de Leg.* 26. tacita corporis figura conjecturam affert, *pro Q. Roſc.* 20.

Hominem generavit & ornavit Deus, 1. *de Leg.* 27. quo nihil ab optimo genitore melius procreatum eſt, *de Univ.* 24. imitantes genitorem & effectorem ſui, *ibid.* 41. Homo eſt quædam particula perfecti, 2. *de Nat.* 37.

Corpora noſtra terreno principiorum genere confecta, 1. *Tuſc.* 42.

Quæ ad vitam hominum tuendam pertinent, partim ſunt inanimata, ut aurum, argentum, ut ea quæ gignuntur è terrâ & alia ejuſdem generis: partim animata, quæ habent ſuos impetus & rerum appetitus. eorum autem alia rationis expertia ſunt, alia ratione utentia. expertes rationis ſunt equi, boves, reliquæ pecudes, apes, quarum operâ efficitur aliquid ad hominum uſum atque vitam. ratione autem utentium, duo genera ponuntur: unum, Deorum (*Angelorum*) alterum, hominum, 2. *de Off.* 11. atque hominum genus & in ſexu conſideratur, virile, an muliebre ſit; & in natione, patriâ, cognatione, & ætate &c. præterea commoda & incommoda conſiderantur, ab naturâ data animo, aut corpori, hoc modo: valens, an imbecillus; longus, an brevis; formoſus, an deformis; velox, an tardus ſit; acutus, an hebes; memor, an oblivioſus; comis, officioſus, patiens, prudens, an contra. & omninò quæ à naturâ data animo & corpori conſiderabuntur, in naturâ conſideranda ſunt. nam quæ induſtriâ comparantur, ad habitum pertinent &c. in fortunâ quæritur, ſervus ſit, an liber; pecunioſus, an tenuis; privatus, an cum poteſtate: ſi cum poteſtate; jure, an injuriâ. felix, clarus, an contra, 1. *Rhet.* 35.

Homo non ut à matre, ſed à novercâ naturâ editur in vitam, corpore & nudo, & fragili, & infirmo; animo autem anxio ad moleſtias, humili ad timorem, molli ad labores, prono ad libidines: in quo tamen ineſſet tanquam obrutus quidam divinus ignis ingenii & mentis, 3. *de Rep.* (*teſte S. Auguſtino lib.* 4. *contra Julianum.*) humanæ vitæ erroribus & ærumnis fit, ut interdùm veteres illi, ſive vates ſint, ſive in ſacris initiiſque tradendis divinæ mentis interpretes, qui nos ob aliqua ſcelera ſuſcepta in vitâ ſuperiore, pœnarum luendarum causâ natos eſſe dixerunt, aliquid dixiſſe videantur, verumque ſit il-

lud

Iud quod eſt apud Ariſtotelem, ſimili nos affectos eſſe ſupplicio, atque eos, qui quondam cùm in prædonum Etruſcorum manus incidiſſent, crudelitate excogitatâ necabantur: quorum corpora viva cum mortuis, adverſa adverſis accommodata, quàm aptiſſimè colligabantur; ſic animos noſtros cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis eſſe conjunctos, *in Hortenſio:* (*teſte etiam S. Auguſtino lib.* 4. *contra Julianum. ex quibus locis homines Adami poſteros cum quâdam originali noxâ naſci probat Auguſtinus.*) hic homulus ex argillo & luto fictus, 1. *P.* 59.

Homines hâc lege ſunt generati, qui tuerentur terram, *Somn. Scip.* 6. quaſi cultores terræ conſtituti, 2. *de Nat.* 99. ergò hoc quidem apparet, nos ad agendum eſſe natos &c. 5. *de Fin.* 58. (*Vide etiam* 55. 56.) actionum autem genera plura ſunt, ut obſcurentur etiam minora majoribus. maximæ autem ſunt, primùm, ut mihi quidem videtur, conſideratio cognitioque rerum cœleſtium & earum, quas à naturâ occultatas & latentes indagare ratio poteſt: deindè Rerump. adminiſtratio &c. reliquæque virtutes & actiones virtutibus congruentes &c. *ibid.* 58. hi non viderunt, ut ad curſum, equum; ad arandum, bovem; ad indagandum, canem; ſic hominem ad duas res, ut ait Ariſtoteles, intelligendum & agendum eſſe natum, quaſi mortalem Deum, 2. *de Fin.* 39. intelligendum eſt duabus quaſi nos indutos eſſe perſonis, quarum una, communis; altera quæ propriè ſingulis eſt attributa, 1. *Off.* 107.

In primiſque hominis propria eſt veri inquiſitio atque inveſtigatio, 1. *Off.* 13. ex quo intelligitur, quod verum, ſimplex, ſincerumque ſit, id eſſe naturæ hominis aptiſſimum, *ibid.*

Propter quæ datur homini adſcenſus in cœlum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, 2. *de Leg.* 19.

Homines hominum cauſâ generati ſunt, ut ipſi inter ſe alii aliis prodeſſe poſſint, 1. *Off.* 22. communem totius generis humani conciliationem & conſociationem colere, tueri, tenere debes, 1. *Off.* Univerſi generis humani ſocietas &c. ejus autem quaſi vinculum ratio & oratio, 1. *Off.* gradus autem plures ſunt ſocietatis humanæ, *ibid.* homo cum hominibus humanâ ſocietate conjunctus, 1. *de Fin.* 21. homines, ſi quomodo eſt natura, ſic judicio, humani nihil à ſe alienum putarent, coleretur jus æquè ab omnibus, 1. *de Leg.* 33. homines juſti ab naturâ facti ad participandum alium ab alio, communicandumque

que inter omnes, 1. *de Leg.* 32. quæ ſit conjunctio hominum, quæ naturalis ſocietas inter ipſos, 1. *de Leg.* 16. hominum genus omne inter ſe ſociatum, *ibid.* 52. cùm igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimùm hominibus & proſint & obſint; proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis, conciliare ſibi animos hominum & ad uſus ſuos adjungere, 2. *de Off.* 17. nihil eſt profectò præſtabilius, quàm planè intelligi nos ad juſtitiam eſſe natos, neque opinione, ſed naturâ conſtitutum eſſe jus. id jam patebit, ſi hominum inter ipſos ſocietatem conjunctionemque perſpexeris, 1. *de Leg.* 28. omnes homines inter ſe naturâ confuſi pravitate diſſentiunt, nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos & ſubjectos ſub unam eamdemque tutelam. quod ſi teneretur, Deorum profectò vitam omnes viverent, 1. *de Leg. in Fragm.* quantum inter ſe homines ſtudiis, moribus, omni vitæ ratione differant, *Hortenſ.* hominem eſſe cenſebant quaſi partem quamdam civitatis & univerſi generis humani, eumque eſſe conjunctum cum hominibus humanâ quâdam ſocietate, 1. *Acad.* 21. ex hoc naſcitur, ut etiam communis hominum inter homines naturalis ſit commendatio; ut oporteat hominem ab homine ob id ipſum, quod homo ſit, non alienum videri: ut enim in membris alia ſunt tanquam ſibi nata, ut oculi, ut aures; alia etiam cæterorum membrorum uſum adjuvant, ut crura, ut manus; ſic immanes quædam beſtiæ ſibi ſolùm natæ ſunt &c. 3. *de Fin.* 63. quæ eſt igitur melior in hominum genere natura, quàm eorum, qui ſe natos ad homines juvandos, tutandos, conſervandos arbitrantur? 1. *Tuſc.* 32. hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor &c. 3. *de Off.* 24.

Ex infinitâ ſocietate generis humani contracta res eſt & adducta in anguſtum, ut omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos jungatur, *de Amic.* 20. ab illâ enim immensâ ſocietate humani generis in exiguum anguſtumque concludi, 1. *Off.* 53.

Nihil eſt tam anguſti animi tamque parvi, quàm amare divitias, 1. *Off.* 68.

Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur, 2. *Off.* 16. homo homini lupus... invident homines & paribus & inferioribus & ſuperioribus, 2. *de Orat.* 209.

Heſiodus eâdem menſurâ reddere jubet, quâ acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis, *de Cl.* 15.

Vi-

Vivitur non cum perfectis hominibus, 1. *Off.* 46.

Homini nihil tam tetrum, nihil tam adſpernandum, nihil homini indignius, quàm quod eſt turpe, 2. *Tuſc.* 47.

Niſi fortè regium tibi videtur ita vivere, ut non modò homini nemini, ſed ne cupiditati quidem ulli ſervias, *pro Syll.* 25.

Quot homines, tot ſententiæ, 1. *de Fin.* 15.

Hoc primum intelligamus, hominum duo eſſe genera: alterum indoctum & agreſte, quod anteferat ſemper utilitatem honeſtati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat, *Partit.* 90. quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus plenéque ſapientibus &c. 1. *Off.* 46. homines præſtantiſſimis ingeniis, 2. *de Fin.* 51.

Homo apertus, ſimplex, ingenuus, juſtus, 3. *Off.* hoc autem celandi genus, quale ſit & cujus hominis, quis non videt? certè non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non viri boni; verſuti potiùs, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri, 3. *Off.* 57. hominum ingenia ad fallendum parata, 1. *Qu. Fr.* 2. homo ſine dubio verſutus & callidus. verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur; callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit, 3. *de Nat.* 25.

Homo litteratiſſimus... omni doctrinâ eruditus... doctus & eruditus, cui vivere eſt cogitare... homo ſanctiſſimus modeſtiſſimuſque omnium... (*alia adjuncta vide in App. Cic.*)

Humanas res deſpicere atque infra ſe poſitas arbitrari, 3. *Tuſc.*

Qualis cujuſque animi affectus eſſet, talem eſſe hominem: qualis autem ipſe homo eſſet, talem ejus eſſe orationem: orationi autem facta ſimilia, factis vitam, 5. *Tuſc.* ſuo enim ſtudio (quiſque) maximè ducitur, 5. *de Fin.* 5.

Mortalis, mortales (*paſſim pro homine.*)

Poſt hominum memoriam... poſt homines natos... ô, poſt hominum memoriam, fortiſſimi cives...

Majores (*pro hominibus qui nos anteceſſerunt.*)

Lumen, lumina (*pro clariſſimis viris.*)

Cap. XIV.

De gratuito amore, & mercenario.

Amicitia, voluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipſius causâ, quem diligit, cum ejus pari voluntate, 2. *Rhet.* 167. eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium divinarum humanarumque rerum, cum benevolentiâ & charitate ſumma conſenſio, *de Amic.* 20.

Charum ipſum verbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. quam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarum. prata & arva & pecudum greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex eis capiuntur. hominum charitas & amicitia gratuita eſt. quantò igitur magis Deorum (*Dei*)? qui nullâ re egentes & inter ſe diligunt, & hominibus conſulunt, 1. *de Nat.* 123. amicitiæ verò locus ubi eſſe poteſt, aut quis amicus eſſe cuiquam, quem non ipſum amet propter ipſum? quid eſt autem amare, niſi velle bonis affici aliquem, quàm maximis, etiamſi ad ſe ex iis nihil redeat, 2. *de Fin.* 78. tum ipſum amari propter ſe, etiam omiſſâ ſpe voluptatis &c. nullâ expectatâ, nec quæſitâ voluptate, *ibid.* 82. at verò ſi fructibus & emolumentis & utilitatibus amicitias colemus, ſi nulla charitas erit, quæ faciat amicitiam ipſam ſuâ ſponte, vi ſua, ex ſe & propter ſe expetendam; dubium eſt, quin fundos & inſulas amicis anteponamus? 2. *de Fin.* 83. vides igitur ſi amicitiam ſuâ charitate metiare, nihil eſſe præſtantius: ſin emolumento, ſummas familiaritates, prædiorum pretioſorum mercede ſuperari. me ipſum igitur ames oportet, non mea, ſi veri amici futuri ſumus. ſed in rebus apertiſſimis nimiùm longi ſumus. perfecto enim & concluſo, nec virtutibus, nec amicitiis uſquam locum eſſe, ſi ad voluptatem omnia referantur, nihil præterea magnoperè dicendum, *ibid.* 85. quæ mihi ipſi, (*Torquati ſcilicet ſtudium & benevolentia*) qui volo eſſe & haberi gratus, grata non eſſent, niſi eum perſpicerem meâ causâ mihi amicum fuiſſe, non ſuâ. niſi quod dicis, ſuâ, quod intereſt omnium rectè facere. ſi id dicis, vicimus. id enim volumus, id contendimus, ut officii fructus ſit ipſum officium. hoc ille tuus non vult, omni-

omnibuſque ex rebus voluptatem, quaſi mercedem exigit, 2. *de Fin.* 72.

At enim ſequor utilitatem. manebit ergò amicitia tam diù, quamdiù ſequetur utilitas, & ſi utilitas amicitiam conſtituet, tollet eamdem. ſed quid ages tandem, ſi utilitas ab amicitiâ (ut fit ſæpè) defecerit? 2. *de Fin.* 79. nam ſi utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolveret, *de Amic.* 32. ſed plerique neque in rebus humanis quidquam bonum norunt, niſi quod fructuoſum ſit; & amicos, tanquam pecudes, eos potiſſimùm diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos. itaque pulcherrimâ illâ & maximè naturali carent amicitiâ, per ſe & propter ſe expetendâ: nec ipſi ſibi exemplo ſunt, hæc vis amicitiæ qualis & quanta ſit. ipſe enim ſe quiſque diligit, non ut aliquam à ſe ipſo mercedem exigat charitatis ſuæ, ſed quod per ſe ſibi quiſque charus eſt. quod niſi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nunquam reperietur. eſt enim is amicus quidem, qui eſt tanquam alter idem, *de Amic.* 82. fœdus quoddam inter ſe faciunt ſapientes, ut quemadmodùm ſint in ſeipſos animati, eodem modo ſint erga amicos, 2. *de Fin.* 83. tum illud effici, quod quibuſdam incredibile videatur, ſit autem neceſſarium, ut nihilo ſe plus, quàm alterum diligat, 1. *de Leg.* 34. *plus certè, quàm noſmet ipſos diligamus*... amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames, nullâ indigentiâ, nullâ utilitate quæſitâ. quæ tamen ipſa efflorefcit ex amicitiâ, etiamſi tu eam minùs ſecutus ſis, *de Amic.* 100.

Hoc primum ſentio niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe, *de Amic.* 18. ita fit verum illud, amicitiam niſi inter bonos eſſe non poſſe, *ibid.* 67. (*ob eam ſcilicet cauſam, quia non alibi reperitur charitas, conſtantia, ſtabilitas & fides.*)

Tanta eſt patriæ charitas, ut eam non ſenſu noſtro, ſed ſalute ipſius metiamur, 1. *Tuſc.* 90. ſed neceſſe eſt, charitate eam (*patriam*) præſtare, pro quâ mori & cui nos totos dedere, & in quâ noſtra omnia ponere, quaſi conſecrare debemus, 2. *de Leg.* 5. ex quo illud naturâ conſequitur, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus, 3. *de Fin.* ſalutem Reip. meis commodis & rationibus prætuli, *pro Pomp.* 71.

Virtus eſt ipſa per ſe, ſuâ ſponte, ſeparatâ etiam utilitate laudabilis, 4. *Tuſc.* eſt genus quoddam quod ſuâ vi nos alliciat ad ſeſe, non com-

emolumento captum aliquo, ſed trahens ſuâ dignitate: quod genus, virtus, ſcientia, veritas eſt. aliud autem non propter ſuam vim & naturam, ſed propter fructum atque utilitatem petendum &c. quod genus pecunia eſt, 2. *Rhet*. quod laudabile bonum eſt, in ſe habeat, quod laudetur, neceſſe eſt. ipſum enim bonum non eſt in opinionibus, ſed in naturâ. nam ni ita eſſet, beati quoque opinione eſſent, quo quid dici poteſt ſtultius? quare cùm & bonum & malum naturâ judicetur, ut ea ſint principia naturæ; certè honeſta quoque & turpia ſimili ratione dijudicanda & ad naturam referenda ſunt, 1. *de Leg*. 46. (vide etiam 44. 45. *ibid.*) honeſtum igitur id intelligimus, quod tale eſt, ut detractâ omni utilitate, ſine ullis præmiis fructibuſque, per ſe ipſum poſſit jure laudari. quod quale ſit, non tam definitione, quâ ſum uſus, intelligi poteſt, quàm communi omnium judicio & optimi cujuſque ſtudiis atque factis, qui permulta ob eam unam cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt, etſi nullum conſecuturum emolumentum vident, 2. *de Fin*. 45.

Hoc primum intelligamus, hominum duo eſſe genera: alterum, indoctum & agreſte, quod anteferat ſemper utilitatem honeſtati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. itaque huic generi laus, honor, gloria, fides, juſtitia, omniſque virtus; illi autem alteri, quæſtus, emolumentum, fructuſque proponitur, atque etiam voluptas, quæ maximè eſt inimica virtuti, *Partit*. 90. omne bonum in voluptate poſuerunt (Epicurei) virtutemque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam, quòd efficiens eſſet voluptatis, 3. *Off*. qui omnia voluptate metiuntur..... quò magis reprehendendos judico, qui cum honeſtate voluptatem, tanquam cum homine pecudem copulaviſſent. non recipit iſtam conjunctionem honeſtas, adſpernatur, repellit, *ibid.* nam quæ voluptate, quaſi mercede aliquâ ad officium impellitur, ea non eſt virtus, 4. *Acad*. non oportet bonum illum virum fingi, omnia callidè referentem ad utilitatem, acutum, verſutum, veteratorem, 2. *de Fin*. 53. ergò in adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus & magnam indolem, quos ſuis commodis inſervituros, & quicquid ipſis expediat, facturos arbitramur? *ibid.* 117. tum autem, qui non ipſo honeſto movemur, ut boni viri ſimus, ſed utilitate aliquâ atque fructu, callidi ſumus, non boni. nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet niſi teſtem, vel judicem? quid in deſerto loco nactus, quem multo auro ſpoliare poſſit im-

imbecillum atque ſolum? noſter quidem hic naturâ juſtus vir ac bonus, etiam colloquetur, juvabit, in viam deducet. is verò qui nihil alterius causâ facit & metitur ſuis commodis omnia, videtis, credo, quid ſit acturus &c. & ſi, ut iidem dicunt, utilitate omnia metienda ſunt; negliget leges eaſque perrumpet, ſi poterit, is qui ſibi eam rem fructuoſam putabit fore. ita fit, ut nulla ſit omninò juſtitia, ſi neque naturâ eſt, & ea, quæ propter utilitatem conſtituitur, utilitate illa convellitur. atqui ſi naturâ confirmatum jus non erit, virtutes omnes tollentur, 1. *de Leg*. 41. 42. jam ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno verbo temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coërcebuntur, non ſanctitate ſuâ ſe tuebuntur; quod adulterium, quod ſtuprum, quæ libido non ſe proripiet, aut projiciet, aut occultatione propoſitâ, aut impunitate, aut licentiâ, &c. 2. *de Fin*. 73. quid merearis igitur, ut te dicas in eo magiſtratu (quem inieris) omnia voluptatis causâ facturum eſſe, teque nihil feciſſe in vitâ niſi voluptatis causâ, *ibid*. 74. ſequitur ut concluſa mihi jam hæc ſit omnis ratio, & jus & omne honeſtum ſuâ ſponte eſſe expetendum. etenim omnes viri boni ipſam æquitatem & jus ipſum amant: nec eſt viri boni errare & diligere quod per ſe non ſit diligendum. per ſe igitur jus eſt expetendum & colendum. quod ſi jus, etiam juſtitia; ſic reliquæ quoque virtutes per ſe colendæ ſunt. quid liberalitas? gratuita-ne eſt, an mercenaria? ſi ſine præmio, benigna eſt, gratuita; ſi cum mercede, conducta. nec eſt dubium, quin is, qui liberalis benignus-ve dicitur, officium, non fructum ſequatur. ergò item juſtitia nihil expetit præmii, nihil pretii. per ſe igitur expetitur. eademque omnium virtutum cauſa atque ſententia eſt. atque etiamſi emolumentis non ſuâpte naturâ virtus expetitur, una erit virtus, quæ malitia rectiſſimè dicetur. ut enim quiſque maximè ad ſuum commodum refert quæcumque agit, ita minimè eſt vir bonus; ut qui virtutem præmio metiuntur, nullam virtutem niſi malitiam putent. ubi enim beneficus, ſi nemo alterius causâ benignè facit? ubi gratus, ſi non eum ipſum, cui referunt gratiam, ipſi cernunt grati? ubi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore, ut dicitur? qui etiam deſerendus & abjiciendus eſt, deſperatis emolumentis & fructibus. quo quid poteſt dici immanius? quod ſi amicitia per ſe colenda eſt, ſocietas quoque hominum, & æqualitas, & juſtitia per ſe expetenda. quod ni ita eſt, omninò juſtitia nulla eſt. id enim injuſtiſſimum ipſum eſt, juſtitiæ

Digitized by Google

mercedem quærere, 1. *de Leg.* 48. &c. ac me nimirùm iſtorum Philoſophorum pudet, qui nullum vitium vitare, niſi judicio ipſo mulctatum putant. quid enim? poſſumus-ne eos, qui ſtupro arceantur infamiæ metu, pudicos dicere, cùm ipſa infamia propter rei turpitudinem conſequatur? nam quid aut laudari ritè, aut vituperari poteſt, ſi ab ejus naturâ receſſeris, quod aut laudandum, aut vituperandum putes &c. *ibid.* 50. 51. nam ſi propter alias res virtus expetitur, melius eſſe aliquid, quàm virtutem neceſſe eſt. pecuniam-ne igitur? an honores? an formam? an valetudinem? .... an id, quod turpiſſimum dictu eſt, voluptatem &c. videtis-ne, quanta ſeries rerum ſententiarumque ſit; atque ut ex alio alia nectantur, *ibid.* 52.

Sed quamquam utilitates multæ & magnæ conſecutæ ſunt, non ſunt tamen ab earum ſpe cauſæ diligendi profectæ. ut enim benefici liberaleſque ſumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium fœneramur, ſed naturâ propenſi ad liberalitatem ſumus.) ſic amicitiam non ſpe mercedis adducti, ſed quod omnis ejus fructus in ipſo amore ineſt, expetendam putamus. ab iis, qui pecudum ritu, ad voluptatem omnia referunt, longè diſſentimus. nec mirum. nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum ſuſcipere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem tamque contemtam, *de Amic.* 30. ſunt autem quidam Epicurei qui (tantùm volunt) primos congreſſus copulationeſque, conſuetudinem, inſtituendarum amicitiarum fieri propter voluptatem: cùm autem uſus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantùm, ut etiamſi nulla ſit utilitas ex amicitiâ, tamen ipſi amici propter ſe amentur, 2. *de Fin.* 69. ſunt autem qui dicunt fœdus quoddam eſſe ſapientum, ut ne minùs amicos quidem, quàm ſe ipſos diligant, *ibid.* 70. nec enim ſi tuam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendum eſt, ſed fœneratio. nec gratia deberi videtur ei, qui ſuam ob cauſam commodaverit, 2. *de Fin.* addit hæc, quæ certè vera ſunt, fortes & ſapientes viros, non tam præmia ſequi ſolere rectè factorum, quàm ipſa rectè facta.... quis enim eſt bonus, qui facit nihil niſi ſuâ cauſâ:.. probitatem gratuitam, non mutuatam voluptatibus, nec præmiorum mercede evocatam, 2. *de Fin.* nullâ expectatâ nec quæſitâ voluptate, *ibid.* nullâ nec adjunctâ nec ſperatâ voluptate, *ibid.* nullâ ſpe propoſitâ, 1. *de Fin.* nullâ utilitate objectâ... nullo emolumento invitatus... officii rationem in omni vitâ, non commodi eſſe ducendam.... nihil

ut:

ut de utilitatibus, nihil ut de commodis ſuis cogitarent... 1. *de Fin.* 34. boni nullo emolumento impelluntur in fraudem; improbi ſæpè parvo, *pro Mil.* 32. gratiſſima autem laus eorum factorum habetur, quæ ſuſcepta videntur à viris fortibus ſine emolumento ac præmio, 2. *de Orat.* 346. enitendum eſt ut oſtendas, in eâ re, quam defendas, aut dignitatem ineſſe, aut utilitatem; eumque, cui concilies hunc amorem, ſignifices nihil ad utilitatem ſuam retuliſſe, ac nihil omninò feciſſe causâ ſuâ, 2. *de Orat.* 207. immemores fuiſſe utilitatum ſuarum... nullâ aliâ re, niſi honeſtate duci, 5. *de Fin.* nullo præmio propoſito.... inſervire communi commodo...

Omnes res, quæ ſunt homini expetendæ, voluptate metiri, 1. *P.* 68. qui autem omnia metiuntur emolumentis & commodis, neque ea volunt præponderari honeſtate, 3. *Off.* ſed iſti ipſi qui voluptate & dolore omnia metiuntur, 5. *de Fin.* voluptate omnia dirigentes, 2. *de Fin.* ad voluptates artes ſuas direxiſſe, *ibid.* emolumenti ſui causâ... ob aliquod emolumentum ſuum.... propter ſuum quiſque ſibi emolumentum.... magno aliquo emolumento commotus, 2. *de Fin.* ſine præmio & emolumento.... qui omnia ad veſtrum commodum, & ut ipſi dicitis, ad voluptatem referatis, 2. *de Fin.* qui ſummum bonum ſuis commodis, non honeſtate metitur, 1. *Off.* 5. ut adipiſcantur magnas voluptates... inſervire ſuis commodis...

Salutem Reip. meis commodis & rationibus prætuli, *pro Pomp.* 71. is omninò ſe negat facturum compendii ſui causâ, quod non liceat, 3. *Off.* 63.

Placet his, quorum ratio mihi probatur, ſimul atque natum ſit animal, ipſum ſibi conciliari & commendari ad ſe conſervandum & ad ſuum ſtatum, & ad ea, quæ conſervantia ſunt ejus ſtatûs, diligenda. alienari autem ab interitu, iiſque rebus quæ interitum videantur afferre &c. fieri autem non poſſet, ut appeterent aliquid, niſi ſenſum haberent ſui, eoque ſe & ſua diligerent. ex quo intelligi debet, principium ductum eſſe à ſe diligendi. in principiis autem naturalibus diligendi ſui, plerique Stoici non putant voluptatem eſſe ponendam, quibus ego vehementer aſſentior; ne ſi voluptatem natura poſuiſſe in iis rebus videatur, quæ primæ appetuntur, multa turpia ſequantur, 3. *de Fin.* 16. &c. primum poſitum ſit, noſmetipſos commendatos eſſe nobis, primamque ex naturâ hanc habere appetitionem, ut conſervemus noſmetipſos &c. 4. *de Fin.* 25. omne animal ſeipſum di-

diligit, & ſimul ac ortum eſt, id agit, ut ſe conſervet; quòd hic ei primus ad omnem vitam tuendam appetitus à naturâ datur, ut ſe conſervet, atque ita ſit affectum, ut optimè ſecundùm naturam affectum eſſe poſſit. hanc initio conſtitutionem confuſam habet & incertam, ut tantummodò ſe tueatur, qualecumque ſit. ſed nec quid ſit, nec quid poſſit, nec quid ipſius natura ſit, intelligit. cùm autem proceſſit paululùm, & quatenùs quidquid ſe attingat ad ſeque pertineat, perſpicere cœpit, tum ſenſim incipit progredi ſeſeque agnoſcere & intelligere, quam ob cauſam habet eum, quem diximus, animi appetitum: cœptatque & ea, quæ naturæ apta ſentit, appetere & propulſare contraria. ergò omni animali illud, quod appetit, poſitum eſt in eo, quod naturæ eſt accommodatum. ita finis bonorum exſiſtit ſecundùm naturam vivere, ſic affectum, ut optimè affici poſſit, ad naturamque accommodatiſſimè. quoniam autem ſua cujuſque animantis natura eſt, neceſſe eſt quoque finem omnium hunc eſſe, 5. *de Fin.* 24. 25. ex quo intelligi debet, homini id eſſe in bonis ultimum, ſecundùm naturam vivere, *ibid.* 26. quî poteſt intelligi aut cogitari eſſe aliquod animal quod ſe oderit? *ibid.* 27. quare quotieſcumque dicetur malè de ſe quis mereri ſibique eſſe inimicus atque hoſtis, vitam denique fugere; intelligatur aliquam ſubeſſe ejuſmodi cauſam, ut ex eo ipſo poſſit intelligi, ſibi quemque eſſe charum, *ibid.* 29. & 3. *de Fin.* 21. (*ex his naturæ principiis nonnulli Epicurei concludebant, omne animal, ſimul atque natum ſit, voluptatem appetere tanquam extremum bonorum. Contradicit Cicero nihil magis conſentaneum eſſe naturæ hominis, quàm ipſam ſapientiam & virtutem, quæ propter ſe, ut ultimum bonorum, expetenda ſit deliberato appetitu, quem præcurrat naturalis amor ſui, quo quiſque impellitur ad quærenda ea quæ naturæ maximè conveniant. itaque naturalis amor ſui, quam philautiam Græci dicunt, & rerum naturæ conſentanearum, eſt, id quo movemur & impellimur ad appetendum; ſed non eſt id quod in ſingulis appetitionibus* deliberatis, *ut ultimum bonorum, nobis conſultò propoſitum ſit.*) cùm autem omnia officia à principiis naturæ proficiſcantur, ab iiſdem neceſſe eſt proficiſci ipſam ſapientiam. ſed quemadmodùm ſæpè fit, ut is qui commendatus ſit alicui, pluris eum faciat, cui commendatus ſit, quàm illum, à quo ſit: minimè mirum eſt primò nos ſapientiæ commendari ab initiis naturæ; poſt autem ipſam ſapientiam nobis chariorem fieri, quàm illa ſint, à quibus ad hanc venerimus. atque ut membra nobis ita data ſunt, ut ad quam-

quamdam rationem vivendi data eſſe appareant; ſic appetitio animi, quæ ὁρμὴ Græcè vocatur, non ad quodvis genus vitæ, ſed ad quamdam formam vivendi videtur data; itemque & ratio, & perfecta ratio, &c. 3. *de Fin.* 23.

(*Pervulgata hæc effata nihil obſtant, quominùs certiſſima ſpes & exſpectatio, ex quâ Deus tanquam ſummum hominis bonum à nobis diligitur, ſub ipſo etiam perfectæ charitatis habitu, dum hic in terris mortales degimus, concitetur.*

CAP. XV.

De tempore & æternitate.

Æternitas (*tempus principio & fine carens*) immortalitas, Ævum, ævum ſempiternum, *Cic.*

Fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumſcriptio metiebatur. ſpatio tamen qualis ea fuerit, intelligi non poteſt, 1. *de Nat. D.* 21. innumerabilia ante ſæcula... iſto tam immenſo ſpatio, *ibid.* ab omni æternitate... in omni æternitate... ex omni æternitate... ex æternitate verum, pendens... quod immutabili æternitate continetur... ad memoriam æternitatis...

Æternus, ſempiternus, immortalis, perpetuus, immutabilis & æternus, *Cic.* quod ſemper movetur, id æternum eſt, 1. *Tuſc.* quod ſi mihi æternam eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer.... nihil quod ortum ſit, æternum eſſe poteſt, 1. *de Nat.* 20. Deus beatus & æternus, 2. *de Fin.* 88. his eſt definitus in cœlo locus, ubi beati ævo ſempiterno fruuntur, *de Somn.* 4. in ſempiternum tempus, 2. *de Orat.* 169. amicitiæ ſempiternæ... ſempiterna pœna... ſempiterna gloria... in gloriâ ſempiternâ ſunt (divi)... ſempiternis ſæculorum ætatibus.... Plato dixit mundum fore ſempiternum, 1. *de Nat.* 30. perpetuus & ſempiternus... nihil niſi ſempiternum ſpectare... perennis atque perpetuus... quid optabilius ad immortalitatem gloriæ atque ad memoriam mei nominis ſempiternam?.... æterno tempore, 5. *Tuſc.* 70. ex æterno tempore, 1. *de Fin.* 17. ex infinito tempore, 1. *de Fin.* 65.

Tempus autem eſt, id quo nunc utimur (nam ipſum quidem ge-

peraliter definire difficile eſt.) pars quædam æternitatis cum alicujus annui, menſtrui, diurni, nocturni-ve ſpatii certâ ſignificatione. in hoc & quæ præterierunt, conſiderantur &c. & item quæ inſtent in præſentiâ, & quæ maximè fiant, & quæ conſequantur, 1. *Rhet.* 39. ratione & mente divinâ ad originem temporis curriculum inventum eſt ſolis & lunæ, *Timæ.* quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cùm tempus eſſet (*in omni ſcilicet æternitate.*) 1. *de Nat.* 21. illo ipſo tempore... eo ipſo tempore...

An mundus ab aliquo temporis principatu ortus eſt, *de Univ.* 4.

In temporibus autem *præſentia & præterita & futura* cernuntur. in his ipſis, vetuſta, recèntia, inſtantiâ, paulò poſt, aut aliquandò futura. inſunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quaſi naturam notant, ut hiems, ver, æſtas, autumnus; aut anni tempora, ut menſis, ut dies, ut nox, hora, tempeſtas, quæ ſunt naturalia. fortuita autem ſacrificia, dies feſti &c. *Partit.* 37. quia trium temporum particeps animus ſit: corpore autem præſentia ſolùm ſentiamus, 2. *de Fin.* animus ſeparatus à corpore meminit præteritorum, præſentia cernit, futura providet, 1. *de Divin.* 63.

Memoria præteritorum, futurorum providentia, *de Senect.* 78. præterita ætas, *ibid.* 5. præterita mutare non poſſumus, 2. *P.* 59. neque in falſum è verò præterita poſſint converti, *de Fato* 14. quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, *pro Arch.* 1. vita anteacta... ex anteactâ vitâ facere judicium... vetus opinio eſt, jam uſque ab Heroicis ducta temporibus, *de Divinat.* ut annales Populi Romani & monumenta vetuſtatis loquuntur... quid enim quiſquam poteſt ex omni memoriâ ſumere illuſtrius &c... quantum memoriâ repetere præterita poſſum, 11. *Fam.* 27. repetere memoriâ res antiquas, 1. *de Orat.* 1. omnium gentium atque omnis memoriæ clariſſimum lumen.... quæ ſæculis omnibus ante nata eſt quàm &c... recordare tempus illud &c... ac fuit tempus illud, cùm &c... nam fuit quoddam tempus cùm &c... exſtitit tempus... illis quid in temporibus... obſervata ſunt hæc tempore immenſo... ô turpem notam temporum illorum! (*ad præteritum tempus ſpectat* memoria, recordatio, hiſtoria, annales, monumenta, vetuſtas, antiquitas. *hæc vide in App. Cic.*) tempora priora & prima, 15. *Fam.* 17. longè autem poſt natos homines, *Orat.* poſt genus hominum natum... poſt hominum memoriam.... poſt hanc urbem conſtitutam... poſt urbem

con-

conditam... ſed ad paulò ſuperiorem ætatem revecti ſumus... ſuperioribus temporibus... anno ſuperiore... ſuperioribus diebus... ſuperiori memoriâ.... ſuperior Africanus & poſterior Africanus... ſuperior ætas... ante... antea, antehàc.... aliquantò ante... poſt...

Præſens tempus, inſtans, punctum temporis, *Cic.* præſentia cernere... in præſentiâ... quæ inſtent in præſentiâ.... præterita ea dicimus, quorum ſuperiori tempore vera fuerunt inſtantia; ſic futura, quorum conſequenti tempore vera erunt inſtantia, *de Fato* 27. fit enim ad punctum temporis, 1. *Tuſc.* 82. quæ venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia, 4. *Tuſc.* 11. quibus igitur rationibus inſtantia feruntur, eiſdem contemnuntur ſequentia, *ibid.* 64. in deliberationibus plerúmque ex futuri (controverſiâ) raró etiam ex inſtantis, aut facti, 2. *de Orat.* 105. nunc (*præſentis temporis nota.*)

Futurum tempus, poſterum, conſequens, inſequens, proximum, impendens, reliquum, eventurum, *Cic.* quibus non ſolùm præſentibus fruuntur, ſed etiam ſpe eriguntur conſequentis ac poſteri temporis, 1. *de Fin.* 67. proſpicere futura... præſenſio & ſcientia rerum futurarum... futuri atque impendentis torquet timor, 2. *de Fin.* ad memoriam poſteri temporis ſempiternam... proviſio poſteri temporis, *Partit.* 69. in poſterum... longè in poſterum proſpicere... ad poſterum... poſthàc, deindè, deinceps... poſt... quid ociùs, quid ſeriùs futurum ſit...

Punctum temporis... uno puncto temporis... eodem puncto temporis... horâ atque etiam puncto temporis eodem... puncto temporis... nullo puncto temporis intermiſſo... ſine ullâ intermiſſione... omnibus minimis temporum punctis... hoc enim fit ad punctum temporis... (*Vide App. Cic. ad verbum*, Punctum.)

Longinquitas temporis, 3. *Tuſc.* 55. longinquitate temporum, innumerabilibus penè ſæculis, 1. *de Divin.* 2. temporis longinquitate occidere, *Oec.* 1. in longinquum tempus differre... longinqua obſervatio... longinquo tempore... longinqui temporis ſpes... longinqui temporis uſu & periclitatione....

Momentum (*pro puncto etiam temporis ſumitur.*) momenta temporum, 5. *de Fin.* 11. omnia momenta obſervabimus, neque ullum prætermittemus tempus tui juvandi, 6. *Fam.* 10. nec ullo minimo momento, 5. *de Fin.* 88.

Sæculum, ſæclum, multorum annorum ſpatium, ætas..... ſæcula

la nunc dico ea, quæ dierum noctiumque numero annuis curſibus conficiuntur. nam fateor ea ſine mundi converſione effici non potuiſſe, 1. *de Nat.* 21. ſæculis multis antè Gymnaſia inventa ſunt, quàm &c. 2. *de Orat.* 21. aliquot ſæculis poſt... nihil-ne tot ſæculis... nihil ex omnium ſæculorum memoriâ tale cognovi... cùm aliquot ſæcula in Italiâ viguiſſet... ſempiternis ſæculorum ætatibus... quorum ornatus tot ſæcula manſerat... multis ſeclis ante ſuam ætatem... ſeclis innumerabilibus... (*Vide in App. Cic.* Seculum, Seclum.)

Spatium (*ad intervallum temporis transfertur.*) qui ex conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculum coëgiſti, *pro Rab.* 6. ſpatium præteriti temporis, *pro Arch.* 1. tam longo ſpatio... diurnum nocturnumque ſpatium... ſpatium ſumere ad cogitandum... ſurripere aliquid ſpatii... ſpatium habere ad &c... ſpatium alicui ad ſeſe colligendum dare... conſiderandi ſpatium non datur... hoc interim ſpatio... in medio ſæpè ſpatio... vitæ ſpatium... ſpatia Academiæ... (*Vide in App. Cic.* Spatium, Otium.) ſi modò tibi eſt otium.... longo intervallo intermiſſa ſtudia...

Durare, ſtare, permanere, (*proprium eſt temporis.*) ad exiguum tempus durat... ad breve exiguumque tempus durare... permanſio, conſtantia, ſtabilitas (*pro duratione, ut aïunt Scholaſtici.*)

Tempus actionis opportunum, Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur occaſio, 1. *Off.* 142. occaſio eſt pars temporis habens in ſe alicujus rei idoneam faciendi, aut non faciendi, opportunitatem, 1. *Rhet.* 40. in occaſione ad ſpatium temporis, faciendi quædam opportunitas intelligitur adjuncta, *ibid.*

Tempus (*pro occaſione.*) ſed incidunt ſæpè tempora, cum ea &c... ea cum tempora commutantur, 1. *Off.* ſed quia nonnunquam ejuſmodi incidunt tempora, ut &c... temporibus autem quibuſdam... iiſdemque temporibus cavendum eſt, ne &c... temporis inſcitiâ, 1. *Off.* 144. itaque iſta laus non eſt hominis, ſed temporum... ad quoddam tempus... illis quidem temporibus... dicere ex tempore... temporibus adducti... tempori ſervire... (*Vide in App. Cic.* Tempus.)

In Rep. permagni momenti eſt ratio atque inclinatio temporum, 7. *in V.* 176. quæ quandò in temporum inclinationibus ſæpè parvis poſita ſunt, omnia momenta obſervabimus, *Ep. l.* 6. *Ep.* 10. quæ eſſent inclinationes rerum & momenta temporum, 5. *de Fin.* 11. an ignoras &c. perlevi ſæpè momento fortunæ, inclinatione temporis pen-

pendere, 2. *cont. Rull.* 72. propter iniquitatem temporum, *pro Sext. R.* 1.

Diu, perdiu, diuturnus, diuturnitas... diuturnitas temporis... diuturnitas memoriæ... in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam brevi... ille vult diu vivere. hic diu vixit. quanquam ô dii boni! quid eſt in hominis vitâ diu? da enim ſupremum tempus &c. ſed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo eſt aliquid extremum. cùm enim id advenerit, tunc illud, quod præterit, effluxit. tantum remanet, quod virtute & rectè factis conſecutus ſis. horæ quidem cedunt, & dies, & menſes, & anni; nec præteritum tempus unquam revertitur: nec quid ſequatur, ſciri poteſt. quod cuique tempus ad vivendum datur, eo debet eſſe contentus &c. breve enim tempus ætatis ſatis eſt longum ad benè honeſtèque vivendum, *de Senect.* 69. quid eſt enim omninò hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum. quod cùm venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo eſt, quia poſtea nulla futura ſit? *pro Mar.* 28. fluit igitur voluptas corporis & prima quæque avolat, ſæpiúſque relinquit cauſas pœnitendi, quàm recordandi, 2. *de Fin.* 11. neque enim in aliquâ parte, ſed in perpetuitate temporis vita beata dici ſolet, 2. *de Fin.*

Fluere, defluere, labi, delabi, delapſus, præterire, occidere.. (*ad ipſius temporis quaſi decurſum pertinet.*) propè actâ jam ætate decurſâque... facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis, 3. *Fam.* 2. occidere, fluere, labi, nec diutiùs eſſe uno & eodem ſtatu, *Orat.* quia continenter labuntur & fluunt omnia, 1. *Acad.* 32.

Dies, ætas (*pro tempore.*) ætates & tempora... ætatibus noſtris... unà cum ſæculis ætatibuſque hominum...

Cap. XVI.

De variis ſejunctionibus orationis & conjunctionibus, verborumque concinnâ tranſgreſſione.

Eſt etiam... & verborum concinna transgreſſio, *de Orat.* 205: demptis conjunctionibus diſſolutè plura dicuntur, *Orat.* 135. ab eo, quod dictum, *ſejunctio* & reditus ad propoſitum, 3. *de Orat.* 201. (*multiplici viâ & ratione à Tullio ſic enunciatur.*)

Hæc ferè dicere habui de naturâ Deorum &c... ac de eo quidem genere honeſtatis, quod &c. ſatis dictum eſt. nunc de eo &c. dicendum videtur... ſed quoniam & ſatis, ut videmur, de omnibus partibus orationis diximus &c. quæ ſequuntur deinceps in ſecundo libro dicemus... ac de conſtitutionibus quidem ſatis dictum eſt. nunc de iis controverſiis, quæ in ſcripto verſantur, dicendum videtur... nunc quoniam &c. dictum eſt: reliquum eſt ut oſtendatur... nunc de &c. dicendum videtur... ac de primo quidem officii fonte diximus... ac de inferendâ quidem injuriâ ſatis dictum eſt... atque etiam de hâc diſtinctione dicendum eſt... deinceps de ordine rerum & opportunitate dicendum eſt.... hoc igitur cognito, dicendum eſt quonam modo &c... ſed expoſitis adoleſcentium officiis, &c. deinceps de &c. dicendum eſt... ſed quoniam de hoc genere beneficiorum dictum eſt, quæ ad ſingulos ſpectant, deinceps de iis, quæ ad univerſos, diſputandum eſt... de quo, alio loco, plura dici ſolent... his quoque de rebus pauca dicantur... ſi pauca priùs de inſtitutis ac de judicio meo dixero... de quibus dicere aggrediar... neque eò dico, quòd &c.... quare autem &c. dicendum videtur, ne &c. dictum eſt hâc de re alio loco diligentiùs... quemadmodùm autem &c. ſigillatim in ſecundo libro de unoquoque genere dicemus. in præſentiâ tantummodò &c... quare & de &c. nobis & in hoc loco dicendum viſum eſt, ut &c. & magnâ cum curâ & diligentiâ locus hic omnis conſiderandus eſt &c... ac de inductione quidem ſatis in præſentiâ dictum videtur. nunc deinceps &c. conſideremus... de omnibus longum eſt dicere... jam ut &c. & quibus &c. longum eſt dicere, præſertim ad alia properanti... longum eſt & non neceſſarium commemorare, quæ &c... nam quid ego ad id longam orationem comparem?... poſſum de aliis dicere, ſed nolo longus eſſe, ita concludam tamen &c... longum eſt dicere, ſed hoc breve dicam... non faciam longius, hoc enim pertinet &c... longiores hoc loco ſumus, quàm neceſſe eſt... ne ſim longior... ac de partibus quidem argumentationis ſatis nobis dictum videtur &c. nunc, ut inſtituimus, proficiſci ordine ad reliqua pergemus... nunc his rebus breviter conſtitutis &c...

Habetis igitur explicatum omnem, ut arbitror, religionis locum... ſed ſatis jam diſputatum eſt de &c... diligenter eſt diſputatum... deincepſque de iis, quæ ad &c. diſputandum eſt... ſed de hoc hactenùs.

nùs, magna enim res alio loco pluribus verbis diſputata. nunc ad propoſitum. quemadmodùm igitur ſi &c.... ſatis eſt ſupra diſputatum..... nunc ea videamus, quæ contra ab his diſputari ſolent. ſed priùs poteſtis totius eorum rationis fundamentum cognoſcere... ſed de hoc genere toto in iis libris &c. diligenter eſt diſputatum &c... quemadmodùm &c. ſatis explicatum arbitror libro ſuperiore. ſequitur ut &c. perſequar quæ pertinent ad &c. de quibus eſt nobis his libris explicandum... de quâ hoc loco diſſerendum eſt... his ſatis cognitis, quæ jam explicata ſunt, nunc de &c... his igitur expoſitis, quale ſit id quod &c. intellectum puto... quare his omnibus cognitis non erit difficile &c... hoc igitur cognito... quibus rebus expoſitis, ſatis docuiſſe videor... quemadmodùm &c. ſatis expoſitum videtur. ſed jam ad reliqua pergamus &c.... ſed jam ad reliqua pergamus... ſed jam ad inſtituta pergamus... ſed jam ad propoſitum revertamur... ſed ut ad propoſitum revertamur... ſed ad propoſitum revertamur.., redeundum eſt enim ad propoſitum... ſed revocetur, (ſed ut eò revocetur) undè huc declinavit oratio... ſed ut ad inſtituta redeamus... ſed ad ſermonem inſtitutum revertamur.... ſed jam ad id, undè digreſſi ſumus, revertamur... quamobrem pergamus ad ea quæ reſtant... deliberationis præcepta pergamus... ſed jam ad inſtitutum revertar meum... expoſui ferè, ut potui, vobis &c... nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus penſumque revocabo... ſed redeo ad animum & corpus... ſed quod cœperam &c... nunc ut inſtituimus.... ſed ad rem redeamus... ſed jam ſentio me eſſe longiùs provectum, quàm propoſita ratio poſtularet. verùm &c... ſed hæc alia quæſtio eſt. nos ad propoſitum revertamur... ſed neſcio quo pacto ab eo, quod erat propoſitum, aberravit oratio... ſed redeat, undè aberravit oratio.... ſed adhibeat oratio modum & redeat illuc undè deflexit..., ſed unde huc digreſſa eſt, eódem redeat oratio.... ſed hæc aliàs pluribus. nunc ad inſtitutam diſputationem revertamur... ſed hæc hactenùs. nunc videamus quæſo de &c... nunc reliqua videamus... & ſummatim quidem hæc erant de corpore animoque dicenda... ſed redeo ad antiquos... nunc ut inſtituimus, proficiſci ordine ad reliqua pergemus.... ſed de hoc hactenùs... linquamus igitur hæc... ſed dimittamus... ſed hæc explanata ſunt ſatis, ut arbitror, diligenter... eas cauſas, in quibus de æquo & iniquo quæritur, expoſuimus, nunc reſtat ut de præmio & pœnâ explicemus... hæc tot & alia

alia plura... hoc autem de quo nunc agimus, id ipſum eſt... &c. nunc de præmiis conſideremus... reliqua deinceps perſequemur... ſed hæc hactenùs &c. nunc ad reliquam partem propoſitæ diviſionis revertamur... deindè conſiderandum eſt... hîc conſiderandum erit... deindè poſtremò attendendum eſt, num &c. videamus igitur deinceps... ac hoc ſit nobis dictum communiter de omni genere locorum communium... brevi expediam &c. ſed redeo ad &c... ſed quid opus eſt plura?... quid multa?... quorsùm igitur hæc tam multa?... ac ne plura complectar (ſunt enim innumerabilia.).. ſed hæc hactenùs, alia videamus... quod alio loco fortaſſe tractabimus... verùm quidem hæc hactenùs...

Ex quibus intelligitur... ex quibus multiſque aliis perſpicuum eſt &c. effectumque &c... ex quo intelligi debet... ex quo debet intelligi... ex quo & multis aliis intelligi debet... quibus ex omnibus judicari poteſt... ex quo elucet &c. cognoſcitur &c... admonebat me res ut hoc quoque loco &c... quod cùm perſpicuum ſit, ſequitur ut diſſeramus... certum igitur hoc ſit &c... ac meâ quidem ſententiâ... in quo ſi &c.. ut autem à facillimis ordiamur, prima &c...

(*In partitionibus & enumeratione partium, quæ ſigillatim explicentur, ſic eloquitur Cicero*:) unum, alterum, tertium &c. quæſtionum duo ſunt genera: alterum definitum, alterum infinitum... unum genus eſt quod pertinet ad &c. alterum, quod poſitum eſt in &c... primùm &c. deindè &c. deindè, tum, poſtea, præterea, tertium &c. poſtremò &c... *primum* igitur eſt de honeſto &c. *tum* pari ratione de utili &c... *poſt*, de comparatione eorum diſſerendum... *tertium* eſt propoſitum, ut &c... videndum eſt enim primùm, ne &c. deindè &c. tum &c... ſequitur &c. ſequuntur &c. poſt &c. ſequuntur &c... principes ſunt &c. proximè &c. deinceps... tria ſunt tenenda &c. primum &c. deindè ut animadvertatur &c. tertium eſt, ut caveamus &c... primùm improbantur &c. adde huc, ſi placet... nam cùm omnis honeſtas manet à partibus quatuor, quarum una ſit &c. altera &c. tertia &c. quarta &c... tribus in rebus, quarum una eſt &c. altera &c. tertia &c. ſequitur tertia vituperatio ſenectutis... id autem tribus ex cauſis fit maximè, ſi aut &c. aut ſi &c. aut &c... nunc de &c. deinceps &c... antè &c. poſt &c... alia &c. alia &c. alia &c. alia &c. (pro 1. 2. 3. 4. &c.)... eamque diſputationem tres in partes noſtri ferè dividunt. quarum pars prima eſt &c. quo conſtituto ſequitur &c.

&c. ſequitur ut eadem &c... primo, altero, tertio, & reliquis conſecutis diebus.... equidem *primùm* ut honore dignus eſſem maximè ſemper laborem; *ſecundò* ut exiſtimarer, tertium mihi fuit illud, quod pleriſque eſt primum, ipſe honos, *pro Planc.* 51. adde quod, ad hæc accedit, accedit ad hæc, accedit quod, ſequitur, reſtat, reliquum eſt, ſed finis ſit.... primum &c. deindè &c. poſt &c. tum &c. ad extremum &c. nam quibuſdam &c. diſplicet.. quidam autem &c. erunt etiam &c. poſtremò aliquos futuros ſuſpicor, qui &c. 1. *de Fin.* ad ſummam... in ſummâ... ſumma autem &c.., ad ſummum, ne agam de multis &c. proximum eſt ut doceam &c... ſequitur (ut concluſa mihi jam hæc ſit omnis ratio.) &c... (*Vide etiam App. Cic. in progymnaſmatum centuriâ* 3. *cap.* 41.)

(*Præterea ab eo, quod eſt dictum, tranſitur ad aliud, & orationis quaſi contextus fit multis particulis, aut relatis nominibus, quæ ſunt hujuſmodi.*) nam, etenim, (enim, autem, igitur, *ſecundo loco in conſtructione* verborum) ac, atque, nec, neque, non, ſed, verùm, at, ut, etſi, etiamſi, quamquam, quocirca, quamobrem, quare, quapropter, itaque, ſin, quid? qui, quæ, quod, is, ea, id, hic, hæc, hoc, ille, illa, illud, ipſe, ipſa, ipſum, eſt, ſunt, ex quibus, ex quo, ſiquidem, quippe, nimirùm, ſcilicet, videlicet, ſanè, & certè, jam.

Nam, nam quod, nam herculè, nam nec in, nam Hermagoras quidem, nec quid &c. nam quod negas &c. nam quod.. dixiſti &c. nam quod purgas eos &c. namque, quonam modo, quamnam rationem, cujuſnam modi, ecquonam modo, ecquidnam, nunquidnam &c. nam certè, neque &c. nam etſi.. tamen &c.

Etenim ex diviſione hoc ſecundum eſt &c. etenim rem totam breviter cognoſcite &c. etenim ſic conſiderate &c. etenim quoniam &c. etenim ſi &c. etenim quid &c.

Enim (*nonniſi ſecundùm aliquod verbum, hoc modo.*) attendite enim diligenter... terra enim &c. adeſt enim dies &c. de republicâ enim &c. quid enim &c. at enim &c. verùm enim &c. (*in oratione frequenter uſurpatur*, nam, namque, enim, *& in multiplici verborum circuitu iteratur.*)

Autem (*cùm ad aſſumendum aliquid, tum pro*, verùm, verò, ſed, *in oratione frequentatur, ut in omnibus paginis Ciceronis facilè advertes.*)

Igitur, ergò. habes igitur &c. ordiamur igitur &c. quale igitur &c.

Digitized by Google

nemo ergò &c. nùm ergò &c. ergò is, qui &c. ergò hinc &c. (*ratio concludendi eſt*, ergò igitur.)

Ac mihi quidem &c. ac ne quis &c. ac ne illud quidem &c. ac de officio defenſionis meæ, ac de ratione accuſationis tuæ &c. ac fuit tempus, cùm &c. ac primò quidem &c. ac vide quid &c. ac vide quantum &c. ac mihi quidem videtur &c. ac me quidem &c. ac ſi volumus &c. ac ſi primò ſic &c. ac de inferendâ quidem &c. ac de eo quidem &c.

Atque illud quod &c. atque hoc primum &c. atque hæc quidem, atque ejuſmodi &c. atque ut C. Flaminium, atque ea quæ &c. atque adeò antequam &c. atque adeò, cùm &c. atque etiam de &c. atque ut.. ſic &c.

Nec, neque. nec enim &c. nec agellos ſingulorum, nec viticulas dii perſequuntur &c. nec habet, nec &c. neque enim &c. neque feci adhuc, nec mihi tamen &c. neque non verè &c. neque quicquam unquam, niſi &c. neque ſolùm.. ſed etiam &c. neque tamen &c. neque dum ſatis &c. nec verò &c. nec nunc quidem &c.

Non eſt ita, Judices, non eſt profectò &c. non poſſum &c. non continuò ſi &c. non dicam me &c. non ita antiqua &c. non ita multùm &c. non enim &c. non nemo etiam &c. non pudet igitur &c. non ſecùs &c. non ſolùm quid.. verùm etiam quid &c. non ſolùm quia &c. non tam &c. non verò tam &c. non quia non.. ſed quia non &c. non quò &c.

Nequaquam ſimiliter &c. nequaquam iſte, apud &c. nequaquam tantùm &c.

Sed non de me, ut dixi, ſed de ſapiente quæritur, 4. *Acad.* ſed ego non de.. ſed &c. ſed tamen &c. ſed tametſi &c. ſed quemadmodùm... ſed verò &c. ſed jam ad reliqua pergamus &c. (*ut retrò.*)

Verùm hoc, ut dixi, nihil ad me &c. verùm ſit &c. verùm prætérita omittamus &c. verùm intelligendum eſt &c. verùm enim &c. eſt verò ita, ſed &c. non verò tam &c. at verò nos &c. minimè verò. non enim &c. & verò &c. ſed ea verò ſic agit &c. verùm ut &c.

At nos quemadmodùm &c. at enim &c. at verò &c. at ille ut ingreſſus eſt &c.

Ut nunc quidem &c. ut ab urbe diſceſſi &c. ut primùm &c. ut ſemel &c. Ut ille tum humilis, ut demiſſus erat &c. ut illi efferuntur lætitiâ cùm

cùm vicerint; ut pudet victos eſſe; ut ſe accuſari nolunt; ut cupiunt laudari &c. ut quiſque.. ita &c. ut quis maximè.. ita &c. ut igitur alia, ſic hoc Panſa præclarè &c. ut ſi quis &c. ut ſi unumquodque membrum &c. ut enim ſunt qui.. ſic &c. ut enim.. ſic &c.

Etſi, tametſi, quamvis, quamquam, etiamſi (*Vide App. Cic.*)

Quoniam quidem &c. & quoniam &c. quapropter quoniam &c. quamquam quoniam &c. quamobrem quoniam &c.

Quocirca benè &c. quocirca ſi &c. at quocirca &c.

Quamobrem (*Vide App. Cic.*)

Quare ſic tibi &c. quare quoniam &c. quare quandò &c. quare ut &c.

Quapropter vos &c. quapropter eo animo ſimul inter nos &c. quapropter non minùs &c. quapropter quoniam &c.

Itaque (*pro* quamobrem, idcircò, *frequentiùs uſurpatur.*)

Sin autem &c. ſin id &c. ſin minùs &c. ſin erit &c. ſin erunt &c.

Siquidem eorum eſt &c.

Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat &c. ſanè autem &c. ſanè quàm &c. non ſanè &c.

Certè quidem &c. certè igitur &c. certè enim &c. nam certè &c. quod quidem certè &c. & certè &c.

Si quis &c. ſi unquam &c. ſi quiſquam &c. ſi fuit tempus ullum, cùm &c. ſi tempus eſt ullum &c. ſi ullam &c. ſi aliquid &c. ſi aliquem &c. ſi volo &c. ſi nihil aliud &c. nam ſi &c. etenim ſi &c. ſi id eſt defendere &c. ſi igitur non &c. ſi non perfectio, at conatus tamen &c. ea ſi &c. id ſi &c. idque ipſum ſi &c. itemque ſi &c. ego verò ſi &c.

Quid? quid enim &c. quid quod &c. quid ſi &c. quid ergò &c. (*Vide App. Cic.*)

Quod... id &c. quod autem &c. quod ſi &c. (*App. Cic.*)

(*In ſermonibus, qui Dialogi vocantur, hic mos enunciandi adhibetur.*) Tum ille, non ſum, inquit &c. tum ridens Scevola, non luctabor, inquit, tecum &c. ego verò, inquit, pergam &c. tum ille, ego mehercule, inquit Cæſar &c. hic pauca primò &c. Atticus: omitte iſta &c. quæro, inquit, &c. minimè verò, inquit &c. & ego iſta quidem, inquam &c. tum ille, rem à me ſæpè deliberatam & multùm agitatam requiris &c. tum ego, ſunt, inquam, iſta vana &c. tum ille, iſtuc quidem conſiderabo &c. quânam, inquam, de re &c. eſt,

eſt, inquit, ut dicis &c. ſanè iſtud quidem, inquit &c. mihi verò, inquit ille &c. at mehercule ego, frater, quæro de iſtâ poteſtate quid ſentias &c. teneo, quam optabam, occaſionem, neque omittam... quam tandem? &c. perge, quæſo, nam id quod tibi conceſſi, quorsùm pertineat, expecto &c. non faciam longiùs &c. rectè dicis & res ſic ſe habet &c. quo tandem iſtuc modo? &c. quorsùm tandem aut cur iſta quæris? &c. quî iſtud fieri poteſt &c. quæ tandem iſta cauſa eſt &c. quorsùm iſtuc? quia &c. quid ergò? inquit ille &c. ordire igitur &c. reſpondebo tibi equidem: ſed non ante quàm tu ipſe mihi reſponderis &c. iſto modo verò &c. eſt equidem id rectiùs &c. faciam equidem &c. enitar quidem &c. eſt, ut dicis, inquam &c. ſed aveo audire, tu ipſe Cotta, quid ſentias &c. minimè verò, inquit Cotta. nam & otioſi ſumus, & &c. tum Cotta, ſi mehercule, inquit &c. quam igitur à me rationem, inquit, Cotta, deſideras? &c. rectiſſimè, inquit Balbus, ſed expecto, quid requiras &c. optimè, inquit, Cotta &c. quæ cùm dixiſſet Cotta, finem fecit &c. quæ cùm eſſent dicta, ſurreximus &c. quibus acceptis, quid ergò, inquit ille &c. aſſentior &c. quo tandem modo, Quincte &c. non dubito id quidem, ſed &c. dici aliter non poteſt &c. præclarè intelligo &c. igitur tu &c. ſed perge, ut cœperas &c. nos verò frater, & copiosè quidem, ſed perge ad cætera. pergam equidem &c. tum vero ita exorſus eſt &c. tum Atticus: tu verò, inquit, perge Varro &c. quid me, inquam, putas &c. pergamus igitur, inquit, quoniam placet &c. nos verò, inquit Atticus, quin etiam &c. tu verò, inquam, Varro &c. & rectè, inquit, reſpondes &c. mihi verò, inquam, videtur &c. tunc Varro, tuæ ſunt partes, inquit &c. hîc Catulus: etſi heri, inquit... tum ille, non ſanè, inquit &c. quæ cùm dixiſſet ille, finem fecit &c. tum mihi Catulus: ſi te, inquit, Luculli oratio flexit &c. hæc cùm dixiſſet Catulus, me omnes intueri &c. tum Lucullus, non moleſtè nquit &c. tuo verò id quidem arbitratu &c. quonam, inquit, modo &c. quid eſt igitur, inquit, quod requiras? &c. tum ille, tui autem.. præclarè, inquit, facis &c. video equidem, inquam... ſed reſideamus, inquit, ſi placet &c. quàm vellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinaſſes &c. minimè verò, inquit ille, conſentit &c. facillimum id quidem eſt, inquam &c. minimè id quidem, inquam, alienum &c. experiamur igitur, inquit, &c. benefacis, inquit &c. tum ille; his igitur ita poſitis, inquit &c quæ cùm dixiſſet, finem ille. ego autem &c.

&c. tum ille, ain tandem, inquit, cùm ego &c. putabam equidem ſatis, inquit &c. neutrum verò, inquit ille &c. optimè, inquam. quid enim mihi poteſt eſſe optabilius, quàm &c. nos verò, inquit ille &c. tum Piſo: quoniam igitur aliquid omnes &c. tum mihi, Piſo, quid ergò, inquit, &c. tamen à propoſito, inquam, aberravimus &c. ita prorſùs exiſtimo &c. benè reprehendis & ſe iſto modo res habet, &c. ſtudeo, mi pater, Latinè ex te audire ea, quæ &c. hîc cùm uterque me intueretur, ſeſeque ad audiendum ſignificarent paratos: primùm, inquam, deprecor, ne &c.

Cap. XVII.
Varia Exordia, quibus Cicero utitur.

Quæ res in civitate duæ plurimùm poſſunt, eæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia & eloquentia: quarum alteram, C. Aquilli, vereor, alteram metuo, *Oratio* 1. *pro P. Quinctio.* Quæ precatus ſum à diis immortalibus, Judices, more inſtitutoque Majorum, illo die quo &c. ut ea res mihi, magiſtratuique meo, populo plebique Romanæ benè atque feliciter eveniret, eadem precor ab iiſdem diis immortalibus ob ejuſdem hominis conſulatum unà cum ſalute obtinendum, & ut veſtræ mentes atque ſententiæ cum Populi Romani voluntate ſuffragiiſque conſentiant, eaque res vobis Populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat, *Orat.* 23. *pro Murena.*

Quod erat optandum maximè, Judices, & quod unum ad invidiam veſtri ordinis infamiamque judiciorum ſedandam maximè pertinebat; id non humano conſilio, ſed propè divinitùs datum atque oblatum vobis ſummo Reipublicæ tempore videtur, *in Verrem Act.* 1.

Quod precatus à Jove optimo, maximo, ceteriſque diis immortalibus ſum, Quirites, eo tempore, cùm me fortunaſque meas pro veſtrâ incolumitate, otio, concordiâque devovi, ut ſi meas rationes unquam veſtræ ſaluti antepoſuiſſem, ſempiternam pœnam ſuſtinerem meâ voluntate ſuſceptam: ſin & ea &c. ejus devotionis me eſſe convictum judicio deorum immortalium, teſtimonio Senatûs, conſenſu Italiæ, confeſſione inimicorum, beneficio divino immortalique veſtro, maximè lætor, Quirites. & ſi homini nihil eſt magis optandum, quàm &c. *Orat.* 27. *poſt reditum.*

Quonam meo fato, P. C. fieri dicam, ut nemo his annis viginti Reip. hoſtis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? *Philipp.* 2.

Etſi vereor, Judices, ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere, miniméque deceat &c. tamen hæc novi judicii nova forma terret oculos, qui quocumque inciderint, veterem conſuetudinem fori & priſtinum morem judiciorum minimè vident, *Orat.* 38. *pro Milone.*

Etſi, Quirites, non eſt meæ conſuetudinis initio dicendi rationem reddere, quâ de causâ quemque defendam, propterea quod &c. tamen in hâc defenſione capitis, famæ, fortunarum omnium C. Rabirii, proponenda ratio videtur eſſe officii mei, propterea quod &c. *Orat.* 18. *pro C. Rabirio.*

Etſi minimè decere videtur, Patres C. falli, decipi, errare, eum, cui vos maximis ſæpè de rebus aſſentiamini: conſolor me tamen, quoniam vobiſcum pariter & unà cum ſapientiſſimo Conſule erravi, *Philipp.* 12.

Etſi tibi omnia ſuppetunt, quæ conſequi ingenio, aut uſu homines, aut diligentiâ poſſunt: tamen ab amore noſtro non ſum arbitratus alienum ad te præſcribere ea, quæ mihi veniebant in mentem, dies ac noctes de petitione tuâ cogitanti &c. *de petitione Conſulatûs ad M. Tull. fratrem.*

Etſi, cùm tu has litteras legeres, putabam fore ut ſcirem jam quid Brundiſii actum eſſet... tamen angebar ſingularum horarum exſpectatione, mirabarque nihil allatum eſſe, ne rumoris quidem, *Epiſt. l.* 8. *ep.* 1.

Etſi Nonis Martii, die tuo, ut opinor, exſpectabam à te epiſtolam longiorem, tamen ad eam ipſam brevem, quam 3 Nonas Mart. dediſti, reſcribendum putavi, 8. *Epiſt.* 2.

Etſi te nihil temerè, nihil imprudenter facturum judicaram, tamen permotus hominum famâ ſcribendum ad te exiſtimavi &c. 10. *Epiſt.* 9.

Etſi contentus eram, mi Dolabella, tuâ gloriâ, ſatiſque ex eâ magnam lætitiam voluptatemque capiebam: tamen non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus, 14. *Epiſt.* 29.

Etſi non dubitabam, quin &c. tamen exiſtimavi à me quoque tibi hujus moleſtiæ nuntium perferri oportere, 1. *Epiſt. ad Q. fratrem* 1.

Quamquam mihi ſemper frequens conſpectus veſter multò jucundiſſimus; hic autem locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus eſt viſus; tamen hoc aditu laudis, qui ſemper optimo cuique maximè patuit, non mea me voluntas, ſed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerunt, *Orat.* 13. *pro Lege Maniliâ.*

Quamquam te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum idque Athenis, abundare oportet præceptis inſtitutiſque Philoſophiæ, propter ſummam & doctoris auctoritatem & urbis &c. tamen, ut ipſe

ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Græcis Latina conjunxi, neque id in Philoſophiâ ſolùm, ſed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi cenſeo faciendum, ut par ſis in utriuſque orationis facultate, 1. *de Off.*

Si quis veſtrûm, Judices, aut eorum qui adſunt, fortè miratur, me qui tot annos in cauſis judiciiſque publicis ita ſim verſatus, ut defenderim multos, læſerim neminem; ſubitò nunc mutatâ voluntate ad accuſandum deſcenderim; is ſi mei conſilii cauſam rationemque cognoverit, unà & id, quod facio, probabit, & in hâc causâ profectò neminem præponendum eſſe mihi actorem putabit, 1. *in Verrem.*

Si quis antea, Judices, mirabatur quid eſſet, quod pro tantis opibus Reip. tantâque dignitate imperii, nequaquam ſatis multi cives forti & magno animo invenirentur, qui auderent ſe & ſalutem ſuam in diſcrimen offerre pro ſtatu civitatis & pro communi libertate; ex hoc tempore miretur potiùs, ſi quem bonum & fortem civem viderit, quàm ſi quem aut timidum potiùs, quàm Reip. conſulentem, *Orat.* 32. *pro P. Sextio.*

Si quid eſt in me ingenii, Judices, quod ſentio quàm ſit exiguum, aut ſi qua exercitatio dicendi, in quâ me non inficior mediocriter eſſe verſatum: aut ſi &c. earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè ſuo jure debet: nam quoad &c. *Orat.* 26. *pro Archiâ Poëta.*

Si, P. C. pro veſtris immortalibus in me, fratremque meum, liberoſque noſtros, meritis parùm vobis cumulatè gratias egero, quæſo obteſtorque, ne meæ naturæ potiùs, quàm magnitudini veſtrorum beneficiorum, id tribuendum putetis, *Orat.* 28. *poſt reditum in Sen.*

Si quantum in agro locîſque deſertis audacia poteſt, tantum in foro atque in judiciis impudentia valeret, non minùs in causâ cederet A. Cæcina Sex. Æbutii impudentiæ, quàm tum in vi faciendâ ceſſit audaciæ, *Orat.* 12. *pro Cæcina.*

Si tua tantummodò, Vatini, quid indignitas poſtularet, ſpectare voluiſſem, feciſſem id, quod iis vehementer placebat, ut te, cujus teſtimonium propter turpitudinem vitæ ſordeſque domeſticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem, *Orat.* 33. *in Vatinium.*

Si quis, Judices, fortè nunc adſit ignarus legum, judiciorum, conſuetudinis noſtræ, miretur profectò, quæ ſit tanta atrocitas hujuſce cauſæ &c. nec dubitet, quin &c. *Orat.* 34. *pro M. Cœlio.*

Si quis veſtrûm, P. C. exſpectat, quas ſim provincias decreturus, conſideret ipſe ſecum, qui mihi homines ex provinciis potiſſimùm detrahendi ſint &c. *Orat.* 35.

Digitized by Google

Si auctoritates patronorum in judiciis valerent, ab ampliſſimis viris L. Cornelii cauſa defenſa eſt: ſi uſus, à peritiſſimis: ſi ingenia, ab eloquentiſſimis: ſi ſtudia, ab amiciſſimis, & cùm beneficiis cum L. Cornelio, tum maximâ familiaritate conjunctis. quæ ſunt igitur meæ partes? *Orat.* 36.

Si quis eſt, Judices, qui C. Rabirium, quòd ſuæ fortunæ fundatas præſertim atque optimè conſtitutas opes, poteſtati regiæ libidinique commiſerit, reprehendendum putet; adſcribat ad judicium ſuum, non modò meam, ſed hujus etiam ipſius, qui commiſit, ſententiam. neque enim cuiquam ejus conſilium vehementiùs, quàm ipſi diſplicet, *Orat.* 39. *pro C. Rabirio Poſthumo.*

Si, ut ex litteris, quæ recitatæ ſunt, P. C. ſceleratiſſimorum hoſtium exercitum cæſum fuſumque cognovi, ſic id, quod & omnes maximè optamus, & ex eâ victoriâ, quæ parta eſt, conſecutum arbitramur, D. Brutum egreſſum jam Mutinâ eſſe cognoviſſem: propter cujus periculum ad ſaga iſſemus, propter ejuſdem ſalutem redeundum ad priſtinum veſtitum ſine ullâ dubitatione cenſerem, *Philipp.* 14.

Si forte rariùs tibi à me, quàm à cæteris, litteræ redduntur, peto à te, ut id non modò non negligentiæ meæ, ſed ne occupationi quidem tribuas, 4. *l. Epiſt.* 2.

Cùm multa divinitùs, Pontifices, à Majoribus noſtris inventa inſtitutaque ſunt: tum nihil præclarius, quàm quod vos eoſdem & religionibus deorum immortalium & ſummæ Reip. præeſſe voluerunt; ut ampliſſimi & clariſſimi cives Remp. benè gerendo, religiones ſapienter interpretando, Remp. conſervarent, *Orat.* 29. *pro domo ſuâ.*

Cùm in omnibus cauſis gravioribus, C. Cæſar initio dicendi commoveri ſoleam vehementiùs, quàm videtur vel uſus, vel ætas mea poſtulare: tum in hac cauſâ ita me multa perturbant, ut, quantum mea fides ſtudii mihi afferat ad ſalutem Regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat, *Orat.* 42. *pro Deiotaro.*

Cùm multis locis noſtrorum hominum ingenia virtuteſque, Brute, ſoleo mirari, tum maximè iis in ſtudiis, quæ ſerò admodùm expetita, in hanc civitatem è Græciâ tranſtulerunt, 4. *lib. Tuſcul. Q.*

Cùm multæ res in Philoſophiâ nequaquam ſatis adhuc explicatæ ſunt, tum perdifficilis, Brute (quod tu minimè ignoras) & perobſcura quæſtio eſt de naturâ Deorum, quæ & ad agnitionem animi pulcherrima eſt & ad moderandam religionem neceſſaria, 1. *de Nat. Deorum.*

Cùm antea maximè noſtrâ intereſſe arbitrarer te eſſe nobiſcum;

tum

tum verò, ut legi rogationem, intellexi &c. 3. *l. Epiſt.* 1.

Cùm in maximis periculis hujus urbis atque imperii, graviſſimo atque acerbiſſimo Reip. caſu &c. cædem à vobis, conjugibus, liberis veſtris, vaſtitatem à templis, delubris, urbe, Italiâ, depellebam; ſperabam, Judices, honoris potiùs L. Flacci me adjutorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorem, *Orat.* 24. *pro Flacco.*

Cùm propter egregiam & ſingularem Cn. Plancii, Judices, in meâ ſalute cuſtodiendâ fidem, tam multos & bonos viros ejus honori viderem eſſe fautores, capiebam animo non mediocrem voluptatem, quòd cujus officium mihi ſaluti fuiſſet, ei meorum temporum memoriam ſuffragari videbam, *Orat.* 31. *pro Cn. Plancio.*

Cùm primùm Romam veni &c. nihil priùs faciendum mihi putavi, quàm ut tibi abſenti, de reditu noſtro gratularer, 4. *l. Epiſt.* 1.

Cùm quid ſcriberem ad te, nihil haberem, tamen, ne &c. 9. *l. Epiſt.* 19.

Cùm audiviſſem Antiochum, Brute, ut ſolebat, cum M. Piſone diſputantem in eo gymnaſio quod Ptolemæium vocatur; conſtituimus inter nos, ut &c. maximè quod is locus ab omni turbâ id temporis vacuus eſſet, 5. *de Fin.*

Cùm defenſionum laboribus Senatoriſque muneribus aut omninò, aut magnâ ex parte eſſem aliquandò liberatus, retuli me, Brute, te hortante maximè ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo intervallo intermiſſa revocavi, 1. *Tuſc. Q.*

Cùm è Ciliciâ decedens Rhodum veniſſem, & eò mihi de Q. Hortenſii morte eſſet allatum, opinione omnium majorem animo cepi dolorem. nam & &c. *Brutus.*

Quemadmodùm officia ducerentur ab honeſtate, Marce fili, atque ab omni genere virtutis, ſatis explicatum arbitror libro ſuperiore. ſequitur, ut &c. 2. *de Off.*

Antequam de Republicâ, P. C. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breviter conſilium & profectionis & reverſionis meæ. ego cùm ſperarem aliquandò &c. 1. *Philipp.*

Quouſque tandem abutêre, Catilina, patientiâ noſtrâ? quamdiù nos etiam furor iſte tuus eludet? quem ad finem ſeſe effrænata jactabit audacia? nihil-ne te &c. nihil &c. nihil &c. 1. *in Catilinam.*

Tandem aliquandò, Quirites, L. Catilinam furentem audaciâ, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefariè molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque minitantem, ex urbe vel ejecimus, vel emiſimus, vel ipſum egredientem urbe proſecuti ſumus. abiit, exceſſit,

Digitized by Google

evaſit, erupit. atque hunc quidem &c. 2. *in Catilinam.*

In principio hujus belli, P. C. quod cum impiis civibus ſceleratiſque ſuſcepimus, timui, ne conditio inſidioſa pacis libertatis recuperandæ ſtudia reſtingueret, *Philippica* 13.

In Cumano nuper cùm mecum Atticus noſter eſſet, nuntiatum eſt nobis à M. Varrone, veniſſe eum Româ pridie veſperi &c. quod cùm audiviſſemus &c. 1. *Acad.*

Non eram neſcius, Brute, cùm quæ ſummis ingeniis exquiſitâque doctrinâ Philoſophi Græco ſermone tractaviſſent, ea Latinis litteris mandaremus, fore ut hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret, 1. *de Fin.*

Utrùm difficilius aut majus eſſet negare tibi ſæpiùs idem roganti, an efficere id quod rogares, diù multúmque, Brute, dubitavi. nam & &c. *Orator.*

Cogitanti mihi ſæpenumerò & memoriâ vetera repetenti, perbeati fuiſſe, Quincte frater, illi videri ſolent, qui in optimâ Rep. cùm & honoribus & rerum geſtarum gloriâ florerent, cum vitæ curſum tenere potuerunt, ut vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate eſſe poſſent. ac fuit tempus illud, cùm &c. 1. *de Orat.*

Sæpè & multùm hoc mecum cogitavi &c. 1. *Rhet.*

Quærenti mihi multúmque & diù cogitanti, quânam re poſſem prodeſſe quàmplurimis, ne quandò intermitterem conſulere Reip. nulla major occurrebat, quàm ſi optimarum artium vias traderem meis civibus: quod compluribus jam libris me arbitror conſecutum, 2. *de Divinatione.*

Inſtituenti mihi hunc, Quincte frater, eum ſermonem referre, & mandare huic tertio libro, quem poſt Antonii diſputationem Craſſus habuiſſet, acerba ſanè recordatio veterem animi curam moleſtiamque renovavit. nam illud &c. 3. *de Orat.*

Animadverti, Brute, ſæpè Catonem avunculum tuum, cùm in Senatu ſententiam diceret, locos graves ex Philoſophiâ tractare, abhorrentes ab hoc uſu forenſi & publico: ſed dicendo conſequi tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur. quod &c. *Paradoxa.*

Animadverti, Judices, omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes: quarum alterâ &c. *Orat.* 14. *pro Cluentio.*

Neminem veſtrûm ignorare arbitror, Judices, &c. *in Verrem Act.* 3.

Nemini video dubium eſſe, Judices, quin &c. *in Verrem Act.* 7.

Eſt hoc in more poſitum, Quirites, inſtitutoque Majorum, ut ii qui

qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecuti ſunt, eam primùm habeant concionem, quâ gratiam beneficii veſtri cum ſuorum laude conjungant, *Orat.* 16. *pro Lege Agrariâ.*

Vetus opinio eſt, jam uſque ab heroicis ducta temporibus, eaque & Populi Romani & omnium gentium firmata conſenſu, verſari quamdam inter homines divinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id eſt, præſenſionem & ſcientiam rerum futurarum, 1. *de Divinat.*

Video, P. C. in me omnium veſtrûm ora atque oculos eſſe converſos. video vos &c. eſt mihi &c. 4. *in Catilinam.*

Credo ego vos, Judices, mirari, quid ſit, quòd cùm tot ſummi oratores homineſque nobiliſſimi ſedeant, ego potiſſimùm ſurrexerim, is qui neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate ſim cum iis, qui ſedeant, comparandus, *Orat.* 2. *pro S. R. Amerino.*

Venio nunc ad iſtius, quemadmodùm ipſe appellat, ſtudium &c. *in Verrem Act.* 6.

Omnes qui alterum, Judices, nullis impulſi inimicitiis, nullâ privatim læſi injuriâ, nullo præmio adducti, in judicium, Reip. causâ, vocant, providere debent non ſolùm quid oneris in præſentiâ tollant, ſed etiam quantum in omnem vitam negotii ſuſcipere conentur, *in Verrem Act.* 5.

Multa mihi neceſſario, Judices, prætermittenda ſunt, ut poſſim aliquo modo de iis rebus, quæ meæ fidei commiſſæ ſunt, dicere, *in Verrem Act.* 4.

Commodiùs feciſſent Tribuni plebis, Quirites, ſi quæ apud vos de me detulerunt, ea coram potiùs, me præſente, dixiſſent. nam & &c. *Orat.* 17. *de Lege Agrariâ.*

Rempublicam, Quirites, vitamque omnium veſtrûm &c. ex flammâ atque ferro ac pænè ex faucibus fati ereptam & vobis conſervatam ac reſtitutam videtis, 3. *in Catilinam.*

Heſterno die, P. C. cùm me & veſtra dignitas & frequentia Equitum Romanorum, quibus Senatus dabatur, magnoperè commoviſſet, putavi &c. *Orat.* 30. *de Haruſpicum Reſponſis.*

Diuturni ſilentii, P. C. quo eram his temporibus uſus, non timore aliquo, ſed partim dolore, partim verecundiâ, finem hodiernus dies attulit, idemque initium, quæ vellem, quæque ſentirem, meo priſtino more dicendi, *Orat.* 40. *pro Marcello.*

Novum crimen, C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africâ fuiſſe;

ſe; idque C. Panſa, præſtanti vir ingenio, fretus fortaſſe eâ familiaritate, quæ eſt ei tecum, auſus eſt confiteri. itaque, quò me vertam, neſcio, *Orat.* 41. *pro Ligario.*

Seriùs omninò, P. C. quàm tempus Reip. poſtulavit, aliquandò tamen convocati ſumus, 3. *Philippica.*

Frequentia veſtrûm incredibilis, Quirites, concioque tanta, quantam meminiſſe non videor, & alacritatem mihi ſummam affert Reip. defendendæ & ſpem recuperandæ libertatis, 4. *Philippica.*

Nihil unquam longiùs Kalendis Januarii mihi viſum eſt, Patres Conſcripti: quod idem intelligebam per hos dies unicuique veſtrûm videri, 5. *Philippica.*

Audita vobis eſſe arbitror, Quirites, quæ ſint acta in Senatu, quæ fuerit cujuſque ſententia, 6. *Philippica.*

Parvis de rebus, ſed fortaſſe neceſſariis conſulimur, P. C. 7. *Philippica.*

Confuſiùs heſterno die eſt acta res, C. Panſa, quàm poſtulabat inſtitutum Conſulatûs tui, 8. *Philippica.*

Vellem, dii immortales, feciſſent, P. C. ut vivo potiùs Ser. Sulpitio gratias ageremus, quàm mortuo honores quæreremus. nec verò &c. 9. *Philippica.*

Maximas tibi, Panſa, gratias omnes & habere & agere debemus, qui cùm &c. 10. *Philippica.*

Magno in dolore ſum, P. C. vel mœrore potiùs &c. 11. *Philippica.*

Crotoniatæ quondam cùm florerent omnibus copiis &c. 2. *Rhet.*

Magna, nobis pueris, Quinte frater, ſi memoriâ tenes, opinio fuit &c. 2. *de Oratore.*

Majores nos res ſcribere ingreſſos, C. Trebati, & &c. è curſu ipſo revocavit voluntas tua, *Topica.*

Magnum ingenium Luculli, magnumque optimarum artium ſtudium &c. 4. *Acad.*

Quidnam eſſe, Brute, cauſæ putem, cur cùm &c. an quòd &c. 3. *Tuſcul.*

Publium Scipionem dicere ſolitum ſcripſit Cato, qui fuit ferè ejus æqualis, nunquam ſe minùs otioſum eſſe, quàm cùm otioſus, 3. *Off.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.

LEXICON PHILOSOPHICUM,

SIVE

INDEX

LATINORUM VERBORUM

Deſcriptionumque ad Philoſophos & Dialecticos maximè pertinentium.

ALTERA PARS.

Ordine literarum A. B. C. &c.

A.

ABhorreo, es, ere, abhorrens, (*pro verbo*, alienum eſſe à, ab, Vide *Apparatum*.)

* *Abominabilis :* deteſtabilis, deteſtandus, abominandus, exſecrandus.

Abominor : perhorreſco, deteſtor, abhorreo, fugio, reſpuo &c.

Abortire, (*Plin.*) abortum facere, pati.

Abſciſſio, præciſio : *per abſciſſionem*, 4. *ad Heren.* 67.

Abſolvere, (*tum pro* perficere, conficere, *tum pro* liberare, ſolvere, Vide *App.*)

Abſolutè, perfectè, ſimpliciter & ex ſuâ vi; ſimpliciter & abſolutè. ſine ullâ exceptione: ſine exceptione. (opp.) cum adjunctione, comparatè, aliquâ ex parte, cum exceptione: ſi ſimpliciter dictum ſit, 2. *de Orat.* 158.

Abſolutio, perfectio, *aut* liberatio. liberationem culpæ impetrare, *pro Lig.* 1. abſolutio eſt, per quam omnia quæ incidunt in cauſam genera, de quibus dicendum eſt, amplectitur, 1. *Rhet.*

Abſolutus, perfectus, vel judicio dimiſſus, & liberatus. ſimplex & abſoluta neceſſitudo. (opp.) cum adjunctione, 2. *Rhet.* 71. confecta & abſoluta : abſoluta & perfecta per ſe : perfectè abſoluta eſt, ſunt... culpâ liberatus, crimine ſolutus, *pro S. R.* 153.

* *Abſtractio*, avocatio, aberratio, vel diſtinctio per mentem, cùm à corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitaretur, 1. *de Divin.* 66.

abſtractus à ratione, 4. *Tuſc.* 38. (*Vide* præciſio) avocatio à cogitandâ moleſtiâ, 3. *Tuſc.*

Abſtrahere, abſtrahi. (V. *App.*)

Abſurdè, ineptè. quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt?

* *Abſurditas*, abſurda res, abſurdum, abſurda, orum, ineptiæ, incommoda, orum.

Abſurdus, a, um. abſurda res eſt. abſurdum eſt. plane abſurdus, a, um. valdè autem eſt abſurdum.... illud verò perabſurdum, quod &c.

Abuſio, onis: ut cùm minutum animum dicimus pro parvo & abutimur verbis propinquis.

* *Abuſivè:* minùs propriè, non rectè, perperam.

Abuſus, malus uſus.

Abuti, or: (*non tantùm pro* non rectè uti, *ſed etiam pro* uti *cum laude à Cicerone uſurpatur.*)

Academia, gymnaſium. hic mos erat patrius Academiæ, adverſari ſemper omnibus in diſputando, 1. *de Orat.* 84. nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut quodcumque maximè probabile occurrat, id noſtro jure liceat defendere, 3. *Off.* 20. Brutus ex vetere Academiâ Philoſophorum ſectam ſecutus eſt, *de claris* 120. in Academiâ vetere... inque Academiâ... contra Academiam dicere, dictum eſſe ſubtiliùs... princeps Academiæ...

Academici, orum. (V. *App. Cic.*)

* *Accentus:* ſonus, vox, intentio vocis. tres omninò ſunt ſoni, inflexus, acutus, gravis.

Acceptare, o, (*Plaut.*) accipio, ſuſcipio, aſſentior.

Acceptio, onis, accipiendi actio.

Acceptus, a, um. ea, Judices, ſpero à vobis eſſe in bonam partem accepta, *pro Arch.* 32. quæ quidem à te in eam partem accepta ſunt, ut &c. gratus & acceptus, gratum acceptumque habere... acceptiſſimus... nihil Deo acceptius, quàm &c... tabulæ accepti... tabulæ accepti & expenſi... hoc nomen in codicem acceptum & expenſum eſſe debuit, *Orator.* 158. in acceptum referre... acceptum referre (*hoc eſt, alicui tribuere, ut autori.*) quicquid eſt mali, uni referemus acceptum Antonio... quod decem hominibus referendum eſt acceptum...

Accipio, ere, (*tum pro verbo* ſuſcipio, capio, recipio; *tum pro* tracto *ſive verbis, ſive verberibus; tum pro*, pati, patior; *tum pro* percipere, intelligere, diſcere ex aliquo, *uſurpatur.* V. *App. Cic.*)

Accidens, (qui procumbit ad aliquem ſupplex.)

* *Accidens* (*pro caſu, ſeu eventu, pro re fortuitò contingente, aut pro adjuncta re ſumitur à Scholaſticis.*) fortuitus, adventitius. *fortuita* atomorum concurſio... concurſu rerum fortuitarum... concurſu quodam fortuito... quid non fortuitum... fortuitò, fortuitu, caſu & fortuitò (*quod ajunt*, per accidens.) quod fortuitò accidit... aliquid caſu & fortuitò factum eſſe... hoc ita eſt fortuitò... in caſu ſitus, a, um... ea quæ repentino aliquo motu accidunt...

* *Accidentalis, e:* item fortuitus, adventitius, extraneus, externus & adventitius. (*accidentalis cauſa:* Vide *Cap.* 8. *de cauſis, pag.* 51.)

* *Accidentia, ium:* eventus, exitus, caſus, adjuncta. locus ex adjunctis.. ab adjun-

Digitized by Google

junctis ducitur argumentum. (Vide *cap. 6. de locis pag.* 41.) res nominibus & verbis attributa, 1. *Rhet.* ad omnem eventum paratus... varii eventus...

* *Accidentia Phyſica*, adjuncta, quæ non ſemper eveniunt, *Top. ſeu, quæ ab ipſâ re, in quâ inſunt, ſeparari poſſunt. quod genus, candor.*

* *Accidentia Logica*, cogitationes, nomina cogitationibus attributa... quæ non in rem ipſam proximè cadunt, ſed in adjuncta rei.

Accommodatè, accommodatiſſimè, accommodandus, accommodatio, accommodatus. (V. *App. Cic.*)

Accuratè, diligenter, ſtudioſè, exquiſitè, ſummâ curâ. accuratè & exquiſitè diſputare de aliqua re... accuratè ſanè & diligenter de &c. diſputatum eſt... accuratè diligenterque & ſtudioſè facere aliquid... accuratè cogitatéque ſcribere aliquid...

Accuratio, ſtudium, diligentia... mira accuratio.

Accuratus, a, um... accuratius & exquiſitius dicendi genus.

Accurantur... meliùs accurantur, quæ conſilio geruntur, quàm quæ ſine conſilio adminiſtrantur, 1. *Rhet.* 222.

Accuſatio, incuſatio, nominis delatio. (V. *App. Cic.*)

Acquieſco, ere: (animo attribuitur.)

* *Acquiſitio*: comparatio, adeptio, adeptus, ûs. non depulſione mali, ſed adeptione boni... utilitas ex adeptione alicujus commodi... qui proceſſit aliquantulùm ad virtutis adeptum...

Acta, orum: acta Cæſaris firma erunt... acta Cæſaris rata vel irrita... præclara illius acta... Cæſaris actis alligatus... in publicis actis.

Actio, actus, factum, negotium. (V. *App. Cic.*) actio animi, (vix apud Ciceronem) motus animi, agitatio mentis, cogitatio... motus animorum duplices ſunt, alteri cogitationum; alteri appetitûs... (actio, actiones, in Jure Cæſareo, aut pro accuſatione, aut pro jure perſequendi ſibi debitis, aut pro quæſtione forenſi & lite, aut pro formulis agendi adversùs aliquem in judicio ſumitur.) Bonæ actiones. rectè facta, recti actus, pulchra facinora, benè facta... conſcientia benè actæ vitæ multorumque benefactorum recordatio jucundiſſima eſt, *de Senect.* 9. rectè facta ſola in bonis actionibus ponens; pravè, id eſt peccata, in malis, 1. *Acad.* 36. tueri ſe ſuâ ſanctitate, 2. *de Fin.* 73.

Actor, qui agit, accuſator.

Actum (undè acta, orum, rara vox: acta, crebra.) nihil eſt quod tam propriè dici poſſit actum ejus &c. quàm lex.

Actum eſt (rem deploratam ſignificat. V. *App. Cic.*)

Actuosè, actuoſus. leniter, remiſsè, non actuoſè agere... virtus actuoſa eſt.

Actus, ûs: actio, vel factum... non ſolùm in rectis, ſed etiam in pravis actibus &c. erumpere in actum. (vocabulum, *actus*, pro vi, quam ἐνέργειαν Græci dicunt, à Cicerone non uſurpatur. itaque, *vis* & potentia, non autem, *actus* & potentia, juxtà Romani ſermonis integritatem dicatur.)

* *Actus primus*: vis, ipſa vis: (in actu pri-

primo, hoc eſt, quoad vim, penes ipſam vim ſeu facultatem aut poteſtatem agendi. *in actu ſecundo*, hoc eſt, reverâ, reipſâ. *actu eſſe*, re, vel reipſâ; eſſe in rerum naturâ, eſſe vel non eſſe.)

Actutum, ſtatim, illicò.

* *Acuitas*, acumen.

Adæquare, o: *æqualem facio.*

Adagium, (apud Varronem, hoc eſt proverbium.)

Additamentum, appendicula.

* *Additio*, adjunctio... addendo deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat, 1. *Off.* 56.

* *Addititius*: additus, adjunctus, inſertus, adjectus.

* *Adjacentia*, *æ*, affinitas, adhæſio.

Adimpleo, (*Plin.*) expleo, impleo.

Adinvenio, excogito, invenio, perveſtigo: adinventa animo, 2. *de Nat. D.* 225.

Adjumentum, ſubſidium, præſidium. adjumenta & ſubſidia (V. *App. Cic.*)

Adjuncta, orum. ex adjunctis, ab adjunctis. (Vide *cap.6. de locis pag.41.*)

Adjunctio, (tum pro exceptione additâ, tum pro animi propenſione, tum pro oratoriâ exornatione) ſunt quædam *cum adjunctione* neceſſitudines, quædam ſimplices & abſolutæ, 1. *Rhet.* 171. illic in ſuperiora adjunctio eſt, hæc, niſi &c.

Admiſtio: concretio.. cùm animus omni admiſtione corporis liberatus, purus, & integer eſſe cœpit, *de Senect.* 79.

Adoptivus filius, judicio & voluntate filius, teſtamento adoptatus filius.

Adoro, (*Plin.*) colo, veneror.

Adſcribo, appono, adjungo, addo, attribuo... ſalutem adſcribere... hoc incommodum Scipioni adſcribendum eſt, 1. *Rhet.* 91.

* *Adriaticus*, Adrianus. mare Adrianum (quod *Adriaticum* jam dicunt.)

Adventitius, fortuitus, inſperatus, non quæſitus.. externus & adventitius. aſſumta & adventitia (opp.) innata, inſita.

Adverſans, oppugnans.

Adverſari, or: repugno, obſiſto, adverſarius ſum, reſiſto &c.

Adverſaria, orum. (tabellæ extraordinariæ, in quibus, memoriæ cauſâ, res notamus, Ephemerides.)

Adverſarius, adverſus, inimicus, hoſtis... ſua confirmare, adverſaria evertere... acerrimus adverſarius... adverſarius & obtrectator laudum mearum... obtrectatores eorum atque adverſarii... gravis adverſarius... nos omnes adverſarios putare, qui vobiſcum eſſent; te omnes qui contra te non eſſent, tuos...

Adverſitas: (*Plin.*) res contrariæ, adverſæ res... turbida res, gravis fortuna... ſunt enim qui in rebus contrariis parùm ſibi conſtent &c. atque ea quidem non ſatis conſtanter in dolore ſunt molliores &c. 1. *Off.*

Adverſus, a, um: contrarius, incommodus... quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur *adverſa*, ut celeritas, tarditas, *Top.* 47. ut adverſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, levitatis eſt, 1. *Off.* 90. omnia ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis acciderunt, *Attic. l.* 10. *ep.* 9.

Adversùs, adversùm, (*aut* contra, *aut* erga, V. *App. Cic.*)

Adul-

Digitized by Google

Adulteratus, adulterinus, fallax, fucatus, non verus.
Adulteratus, (*Horat. Plin. Suet.*) adulterio ſtupratus, a, um.
Adultus, a, um: grandior, progreſſa ætas.. puer adultâ ætate.. adulta virgo.. non naſcentibus Athenis, ſed jam adultis...
Adumbrare, o: effingo, imitor, deſcribo.. ſpeciem & formam adumbrare... imitari atque adumbrare dicendo... adumbrare conatus, conati...
Adumbratio, levis imago ac ſpecies... alicujus rei ſi non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio.
Adumbratus, a, um: non abſolutus, *aut* fictus. (opp.) expreſſus, verus.
Adunare, (*Plin.*) copulare, in unum redigere, conferre, in unum locum congregare, in unum conducere.
* *Adunatio:* copulatio, conjunctio, continuatio, cohærentia.
Advocatio, advocati officium.
Advocatus. (V. *App. Cic.*)
Ægrè, graviter, moleſtè... ægrè ferre.
Ægrimonia, ægritudo animi.
Ægritudo, (non tantùm pro morbis corporis, ſed etiam pro morbis animi ſeu perturbationibus ſumitur.) ægritudo animi, mentis ægrotatio, perturbatio, morbus animi... Ægritudo perturbatio eſt animi &c.. ægris enim corporibus ſimillima eſt animi ægritudo... ægritudine affici, premi... levatio ægritudinis. (V. *App.Cic.*)
Æmulus, i: æmulari, or: Æmulatio. (V. *App.*)
Æquabilis,e: Æquus, par, ſimilis... par, quod inter omnes æquabile eſt... Æquabilis prædæ partitio... in deſcriptione æquabili... quod æquabile inter omnes & unum omnibus eſſe poſſit... juris æquabilem tenere rationem... motus certus & æquabilis (*id eſt, cum certâ quâdam proportione.*)
Æquabilitas, conſtantia, tenor, ſimilis proportio... æquabilitas motûs... conſtantia & æquabilitas... æquabilitas univerſæ vitæ, tum ſingularum actionum, maximè decora eſt... præclara eſt æquabilitas in omni vitâ & idem ſemper vultus eademque frons... illa æquabilitas vitæ... juris æquabilitas.
Æquabiliter, cum æqualitate... æquabiliter prædam diſpartiri.
Æqualis, par, ſimilis, ejuſdem ætatis... Orbius meus ferè æqualis... Philiſtius æqualis temporum illorum... Demoſthenes ſucceſſit magnis, & maximos Oratores habuit æquales.
Æqualitas, paritas, ſimilitudo, æqualium & parium conditio. (virtus autem, quæ Gallicè vocatur *égalité*, æquabilitas dicitur.)
Æqualiter, æquè, æquabiliter, pariter, æqualiterque.
* *Æquanimis*, qui æquo animo eſt.
Æquanimitas: (*Plin.*) animus æquus, animi æquitas.
Æquatio, onis: adæquatio.
Æquatus, a, um: adæquatus, comparatus, aſſimilatus, par factus:
Æquè, peræquè, pariter, æqualiter (V. *App. Cic.*)
* *Æquilaterus:* huic ſpatio ductum ſimili latus exſtat utrumque, *Arat.*
Æquilibritas, æquabilitas, æqualitas... confugis ad æquilibritatem. ſic enim *ἰσονομίαν*, ſi placet, appellamus, 1. *de Nat.* 110.
Æquilibrium: (*Gellius.*) æquilibritas.

Digitized by Google

Æquiparare, o: æquo, comparo.
Æquitas, æquum. æquitatis autem vis eſt duplex &c. *Partit.* 129.
Æquus, a, um: æquum & juſtum.
Æſtimare, o: exiſtimo, judico, magni vel parvi facio, æſtimationem habeo. (V. *App. Cic.*)
Æſtimabilis: æſtimabile eſt quod pondus aliquod habeat dignum æſtimatione, 3. *de Fin.* 20. (opp.) inæſtimabile.
Æſtimatio, onis (pretii judicium, impoſitio pretii, quod ad res venales pertinet. ſed *bona exiſtimatio* dicitur opinio virtutis, Gallicè *eſtime.*)
Æſtimator (judex pretii.) callidi rerum æſtimatores &c... nemo erit tam injuſtus rerum æſtimator, qui dubitet &c... quis tandem id juſtus rerum æſtimator reprehenderit... & quia te habeo æquiſſimum eorum ſtudiorum, quæ mihi omnia tecum ſunt, æſtimatorem & judicem, 3. *de Fin.*
Ætas, atis: ætates & tempora. (V. *App. Cic.*)
Ætatula: in primis puerorum ætatulis.
Æternitas. (V. *cap.* 15. *de tempore & æternitate, pag.* 157.)
Æternus, a, um: ſempiternus, perpetuus, immortalis... in miſeriam ſempiternam...
Ævum; (ætas duratura.) his eſt definitus in cœlo locus, ubi beati ævo ſempiterno fruuntur, *de Somn.* 4.
Affabilis, e: affabilitas, atis... difficile dictu eſt, quantoperè conciliet animos hominum, comitas, affabilitaſque ſermonis, 2. *de Off.* 48.
* *Affabiliter*, comiter.
Affari, affaris, affatur, affatus.
Affatim, abundè.
Affectare, o: appetere, nimis exquirere.
Affectatio: (*Plin. Quintil.*) appetitio, conſectatio.
Affectatus: nimis exquiſitus, appetitus.
Affectio, onis... affectio eſt animi & corporis ex tempore aliquâ de cauſâ commutatio, 1. *Rhet.* 36. animi talis affectio... per quamdam affectionem animi... omnes rectæ affectiones animi virtutes appellantur... vitia enim affectiones ſunt manentes, perturbationes autem moventes, ut non poſſint affectionum manentium partes eſſe... (V. *App. Cic.*)
* *Affectuoſus*, qui animi motus concitat.
Affectus, a, um. (V. *App. Cic.*)
Affectus, ûs: affectio, ſtudium, cupiditas... qualis cujuſque animi affectus eſt, talis eſt homo, 5. *Tuſc.* 47.
Affero. (V. *App. Cic.*)
Afficio, afficior. (ibidem.)
Affingo, ere: (fingo non vera, adorno, addo, adjungo, attribuo.)
Affinis, affine: affinitas. (V. *App. Cic.*)
Affirmare, o: aſſeverare, confirmare, arguere, annuere, comprobare, aio.
Affirmatè, aſſeveranter... quod affirmatè, quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.
Affirmatio, onis: aut etiam aut non (*ad affirmationem pertinet.*)
* *Affirmativus*: aïens (opp.) negans. (*affirmativa*) aïentia... contraria autem ea dico, cùm alterum ait, alterum negat... nam & omne quod

quod eloquimur, ſic ut aut eſſe dicamus id, aut non eſſe, 2. *de Orat.*

Affixus, a, um: penitùs affixa & inſita... quæ ſemper affixa eſſe videntur ad rem...

* *Afflatio*, afflatus, ûs... oracula quæ inſtinctu divino afflatuque funduntur, 1. *de Divinat.* 34. afflatu divino, ſine aliquo afflatu divino &c...

Afflatus, a, um: mente permotus, furore divino incitatus, furens, mente incitatus:. & quaſi divino quodam ſpiritu afflari, *pro Archia Poëta*, 14.

Affore,... major mihi ratio affore nulla poteſt, quàm &c. *Epiſt. l.* 4. *ep.* 6.

Age verò, inquit &c. age nunc refer animum... age verò nunc... age, age, inquit... age porrò, quid ſi nec &c. age porrò tu... age, quoniam &c. agedùm... age verò, quî tandem fieri potuit &c... age, ſi &c. agite verò &c.

Agens, tis... utendum eſt imaginibus *agentibus*, acribus, inſignitis, 1. *de Orat.* 358.

Agere, ago. (V. *App. Cic.*)

Agglutino, adnecto.

Aggredior. (V. *App. Cic.*) antequam aggrediar ad ea, quæ à te diſputata ſunt... ſic aggredior ad hanc diſputationem, quaſi &c...

Aggreſſio, onis: principium, exordium... primâ aggreſſione, *Orat.* 50.

* *Agibilis*, agilis: ad agendum habilis... ſenectus avocat à rebus gerendis.

Agilitas, agendi dexteritas. *agilitas ratione motus*; pernicitas & velocitas. admirabilis celeritas.

* *Agillimus*, agiliſſimus, valdè agilis.

Agitare, o: vexare, diſturbare.. pulſari & agitari (*hoc eſt, moveri.*) quod ipſum agitatur aliundè... quod impulſu agitatur externo... animus ſemper agitatur.

Agitatio, onis: (commotio corporis & animi.) nunquam animus agitatione & motu vacuus eſſe poteſt... mentis agitatio...

Agnitio, cognitio: quæſtio, quæ ad agnitionem animi pulcherrima eſt, 1. *de Nat.* 1.

Agnomen, cognomen... nomen autem cùm dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet, 2. *Rhet.* 28.

Agnoſcere, o: intelligo, noſco., percipio, perſpicio.

Agreſtis, e: genus hominum indoctum & agreſte... agreſtis & inhumanus...

Aïo, ais, ait: affirmo, dico, loquor... quaſi ego id curem, quid ille aïat, aut neget, 2. *de Fin.* 70. Diogenes ait, Antipater negat, 3. *de Off.* 91. (quomodo aïunt.)

Aïens, aïentia (opp.) negans, negantia.

Ain tu? ain tandem (pro, ais ne.)

Alatus: (*Virg. Ovid.*) ales, aliger, volucer.

* *Albedo*, (hæc vox eſt Sulpitii Severi) color albus, candor, albor, albitudo.

Album, i: (tabula in quâ nomina alicujus ordinis vel res geſtæ breviter notabantur.) in album efferre, referre.

Albus, a, um: candidus... color albus præcipuè decorus Deo eſt, 2. *de Leg.* 45.

Aliàs. (V. *App. Cic.*)

Ali-

Alibi, alio in loco... nuſquam alibi... nec uſquam alibi...
Alicubi, hîc alicubi.
Alicundè, ex alio loco.
Alienus, a, um: (quod alterius eſt, item non amicus, remotus, averſus, alienatus, V. *App. Cic.*) allicere voluntates alienas (hoc eſt, aliorum) aliena lingua... difficilis eſt cura rerum alienarum...
* *Aliqualis*, aliquis.
* *Aliqualiter*, aliquomodo, aliquâ ratione, utcumque, quodammodo, aliquatenus.
Aliquandiù.
Aliquandò, nonnunquam, interdùm, quondam, aliquo tempore, tandem. (V. *App. Cic.*)
Aliquantisper, (*Terent.*) paulisper, parumper, aliquantulùm.
Aliquantò, paulùm; aliquantò antè... aliquantò minùs.
Aliquantulùm, paululùm, pauliſper.
Aliquantùm (hoc eſt, paulùm.)
Aliquid, aliqua res.
Aliquis, qua, quod. (ſi quis, ſi qua, ſi quæ, ſi quid, Latini Auctores dicunt, non autem, ſi aliquis, ſi aliquid. attamen, *ſi aliquis*, reperitur, *de Amic.* 90.)
Aliquot (numerum ſignificat.)
Aliquoties, aliquotiens.
Aliter, ſecùs, alio modo... aliter ac, aliter atque.
Aliundè.
Alius, alia, aliud... alius alio doctior... aliud ex alio quærere... ut ipſi inter ſe, alius alii, prodeſſe poſſent... alii &c. alii &c. videre licet alios &c. (partim &c. partim &c. pro alii, alii, interdum ſumitur, item alteri, alteri:) motus autem animorum duplices ſunt, alteri cogitationum, alteri appetitûs... duplices loci: uni è rebus ipſis, alteri aſſumti...
Aliuſmodi, (*Cæſar*) alteriuſmodi.
Allegare, o, as: lego, mitto... amicos allegat & facilè impetrat... allegarem ad te illos... extremum illud eſt ut Philoſophiam ad te allegem, *Epiſt. l.* 15. *epiſt.* 4.
Allegatio, privata quædam legatio.
Allegoria, tranſlatio, tranſlationes.. jam cùm fluxerunt continuæ plures tranſlationes, alia planè fit oratio. itaque genus hoc Græci appellant *allegoriam*, nomine rectè, genere melius ille, qui iſta omnia tranſlationes vocat, *Orat.* 95.
Allocutio, (*Plin.*) compellatio, aggreſſio, alloquium.
Alloqui, or: affari, compellare; appellare (*ſæpiùs*, appellare, compellare, *pro* alloqui.)
* *Alphabetum*, literarum notæ, formæ, 1. *Tuſc.* 62. ordo literarum... unius & viginti formæ literarum, (ordine diſpoſitarum) 2. *de Nat.* 93. ut litteratura conſtat ex notis literarum & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ, ſic &c. *Part.* 26.
Almus, a, um: ab alo, v. g. Alma Ceres, id eſt, altrix. ſanctus, Auguſtus, purus & integer: ô fides alma...
Altare, ris, ara.
Alter, a, um. (V. *App. Cic.*)
Alternus, (quod viciſſim fit aut viciſſitudinem habet.)
Alteruter... alterutrum verum eſſe... alterutrum fieret neceſſarium... alterius-utrius.
Altitonans, Jupiter.
Altitudo, excelſitas, celſitas: altitudo

Digitized by Google

tudo animi (*in Geometriâ*, altitudo, latitudo, longitudo.)
Altum, i: mare.
Alumnus, a, um: Platonis alumni (id eſt, diſcipuli.) alumnus diſciplinæ alicujus.
Amabo te (hoc eſt, ſi me amas, V. *App. Cic.*)
Amalthea, *vel* Amaltheon, (vox Græca ἀμαλθεῖον, copia) (*ſic vocat Cicero Attici Bibliothecam.*)
Amanter, peramanter, ſtudioſè: amantiſſimè... conjunctiſſimè & amantiſſimè vivere cum aliquo.
Amator, cultor, amicus... aliud eſt eſſe amatorem, aliud amantem, 4. *Tuſc.* 27.
Amatoriè, amatorum more. epiſtola amatoriè ſcripta.
Amatorius, a, um: *amatoriæ compellationes:* hem mea lux, meum deſiderium... obſecro te, mea vita... valete mea deſideria, valete... vos meæ cariſſimæ animæ... corculum... (Gallicè, *mon cher cœur*, *mon amour*, *mes amours.*)
Ambages, (*Virgilius & Livius*) circuitus, anfractus.
* *Ambaſiator*, Legatus.
Ambigere, o: dubito, contendo, diſcepto... id de quo ambigitur... quæ ambiguntur... quod ambigitur... nihil ambigi poteſt, in quo non &c... nihil eſt enim quod inter homines ambigatur, in quo non &c. niſi cùm de vero ambigitur... ſi quid ambigitur &c.
Ambiguè, dubiè. ambiguè ſcriptum... verbum ambiguè poſitum... cumque ambiguè dicantur, explanare oportet...
Ambiguitas... ſed nobis ambiguitate nominis videtur errare...
Ambiguus, a, um, (V. *App. Cic.*)
Ambitus, ûs, (circuitus, orbis, converſio: *vel* ambitio, ambitionis crimen, interdùm etiam, circuitus orationis, V. *App. Cic.*)
Ambo, orum: uterque, duo.
* *Amicabiliter*, amicè, benevolè.
Amicitia, (V. *App. Cic. & cap.* 14. *de gratuito amore & mercenario pag.* 150.)
* *Amiſſibilis*, *e*: qui, æ, od, amitti poteſt.
Amiſſio, onis, (detrimentum in amittendo.)
* *A modò*, poſthac, deinceps.
Amor, oris, benevolentia, gratia, ſtudium, charitas, pietas: (V. *App. Cic.*) etiam novo quodam amore veterem amorem tanquam clavum clavo ejiciendum putant, 4. *Tuſc.*
Amotio, remotio.
* *Amphibologia*, amphibolia.
Amplè, ampliſſimè... ſublatè ampléque dicere... amplè magnificéque... ampliſſimè & magnificentiſſimè geſſit... elatè & amplè.
Amplificatio, onis: exaggeratio, augmentum, acceſſio.
Amplificator, oris: amplificatus, a, um: amplificare, o &c.
Amplio, are: comperendino, in aliud tempus differo.
Amplitudo, dinis: gloria, dignitas, ſplendor, auctoritas, præſtantia, majeſtas... amplitudo eſt potentiæ, aut majeſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia, 2. *Rhet.* 116. (V. *App. Cic.*)
Ampliùs, pluſquàm, (V. *App. Cic.*)
Amplus, ior, iſſimus.
Anagnoſtes, ſtæ, lector.

Digitized by Google

* *Analogia, æ: proportio:* quæ Græcè *ἀναλογία*, Latinè comparatio, proportioque dici poteſt, *de Univ.* 12.

* *Analyſis, is:* reductio, onis, revocatio ad &c. ratio & via quamque rem ad ultimam ſui generis formam ſpeciemque redigendi. . . quicquid eſt de quo ratione & viâ diſputetur, id eſt ad ultimam ſui generis formam ſpeciemque redigendum, *Orat.* (*hæc verba*, redigere, revocare, reducere, *ad analyſim pertinent:*) omnia revocare ad primas notiones. . . (*ad ſua initia.*)

* *Anatomia*, anatome.

Anceps, pitis, dubius, incertus, ambiguus. (V. *App. Cic.*)

Androgynus, (qui utrumque ſexum habet, fatale quoddam monſtrum.)

Anfractus, ûs: circuitio, flexus, ambitus. (V. *App. Cic.*)

Anguſtiæ, arum: (fauces terræ mariſque, & metaphoricè paupertas, miſeriæ, ærumnæ, difficultas.)

Anguſtus, a, um: in exiguum anguſtumque concludi, adduci in anguſtum. . . in anguſtumque deducunt. (V. *App. Cic.*)

Aniliter: ſuperſtitiosè atque aniliter dicere aliquid: (hoc eſt, anicularum more.)

Anima, animus: (V. *cap.* 9. *de animo & humanâ mente pag.* 60. & *App. Cic.*) ex universâ mente divinâ delibatos animos habemus. . . humanus autem animus decerptus ex mente divinâ. . . animorum immortalitas, æternitas. . . de immortalitate animorum. . .

Animal, animans, animalia, animantia, (opp.) inanimatus, inanimus. (V. *App. Cic.*)

* *Animalculum*, beſtiola.

Animare, o, animari, or. . . animari atque formari. (V. *App. Cic.*)

Animatio, onis.

Animatus, a, um. . . animatum eſt, quod motu cietur interiore & ſuo, 1. *Tuſc.* 52. ſic animatus, ita animatus (*pro*, ſic affectus.)

Animosè, animosè & fortiter.

Animoſus, animoſior. . . nam & animoſos & benè animatos dicimus. . .

Annales, ium: (monumenta vetuſtatis, memoria publica, origines.) ut enim nos ex annalium monumentis teſtes excitamus eos &c. 2. *de Fin.* & verò ut annales populi Romani & monumenta vetuſtatis loquuntur, *pro Dom.* 86. quanquam eſt *in Originibus*. . . graviſſimus auctor in Originibus dixit. . . ex annalium vetuſtate eruere. . . ex annalium monumentis atque ex Regum commentariis conquirere. . . annalium confectio. . . annales pontificum maximorum. . . ordo ipſe annalium. . . expoſita eſt in C. Fannii annalibus. . .

* *Annibilo, are:* in nihilum redigo, deleo: *annibilari*, in nihilum recidere, perire.

**Annotatio*, notatio, obſervatio.

Annoto, are: noto, obſervo.

* *Annullare*, abolere, antiquare.

Annumero, annumerari.

Annuncio, are.

Annuo, ere: (*nutu capitis aſſentio*, comprobo.)

Annus, i: (V. *App. Cic.*) tempeſtas (*pro parte anni ſumitur.*)

Annuus, a, um. . annuum tempus. . annuæ commutationes &c.

Anquirens, entis: anquirentibus nobis omnique acie ingenii contemplantibus.

An-

Anquirere, o... anquiritur...

* *Antarcticus*, antaxon.. aura auſtralis ignota nobis, quam vocant Græci ἀνταῖξονα.

Ante, antea. (V. *App. Cic.*) *ante omnia*, in primis, præ cæteris, præſertim.

Antecedens, antecedentia, (V. *App. Cic.*) cauſæ naturales & antecedentes...

Anteceſſio, onis: præcurſio, progreſſio, progreſſus.. tripartitò igitur diſtribuitur hic locus; in conſecutionem, anteceſſionem & repugnantiam, *Top.* 53.

Antedico, prædico, ante prædico.

Anteoccupare, o: ut ante occupet, quod putat opponi, *Orat.* 138.

Antepono, ere.

Antepædico, ere.

Antequam. (V. *App. Cic.*)

Anterior, ſuperior, ab ante formatum, ſine ſuperlativo, teſte Priſciano.

Anteſignanus, primipilus, (Gallicè, *porte-étendart.*)

Antevertit, (*hoc eſt*, prævenit.)

Anticipatio, antecepta opinio, prænotio.

Anticipatus, a, um.. ita eſt informatum anticipatumque mentibus noſtris..

Antipodes, dum. (V. *App. Cic.*)

Antiqui, orum: ſed redeo ad Antiquos, 1. *Tuſc.* multa ſunt dicta ab Antiquis de contemnendis ac deſpiciendis rebus humanis, 5. *de Fin.*

Antiquitas, vetuſtas: ab ultimâ antiquitate repetitis, 1. *de Fin.* commemoratio autem antiquitatis &c. *Orat.* 120. (V. *App. Cic.*)

Antiquo, are: abrogo: antiquari.

Antiquus, antiquior, antiquiſſimus: .. nihil antiquius, (*hoc eſt*, *nihil charius.*) nihil ſibi antiquius &c. nihil habere antiquius, quàm &c. nihil vitâ antiquius exiſtimare, omnia poſteriora libertate ducere... qui pauperes ſunt, iis antiquior officio pecunia eſt... (V. *App.*)

Antiſtes, itis: (primarius ſacerdos unius templi.) antiſtites ſacrorum &c. (V. *App.*)

Antiſtita, æ: primaria ſacerdos & vates.

* *Antitheſis*, antitheton. cùm contrariis opponuntur contraria.

Anxiè: (*Salluſt. Plin.*) ægrè, moleſtè.

Aperire, io: clauſum patefacio, declaro, indico, demonſtro, explico &c. aperietur, (*hoc eſt*, explicabitur.)

Apertè, apertiùs, apertiſſimè. (V. *App.*)

Apertus, a, um, apertior, apertiſſimus. (V. *App.*)

* *Apologia*, defenſio, excuſatio, intentionis depulſio.

Apotheca, æ: taberna, cella vinaria.

Apparatè, cum apparatu: apparatio, onis: apparatus, ûs, apparatus, a, um: apparatiſſimus: inſtructa & apparata: apparare, o.

* *Apparens*: viſus, quod videtur, expreſſus, eminens.

* *Apparentia*, ſpecies, viſio, viſus, forma.

Appareo, ere: (adſum, videor, præſto ſum, compareo, exſto, in conſpectum me do.) apparet. (V. *App.*)

Appellare, à Prætore Tribunos appellare, interpellare, intercedere, cùm intercedit appellatio.

Appellatio, onis. (V. *App.*)

Aſſero, ere: affirmo, vindico.
Aſſertio, onis: aſſertione approbare:... turpe eſt cognitioni & perceptioni aſſertionem approbationemque præcurrere, 1. *Acad.* 44.
* *Aſſertor*, vindex.
Aſſeſſor, oris: (quaſi ſecundarius judex.)
Aſſeveranter, affirmatè.
Aſſeveratio, onis.. omni aſſeveratione tibi affirmo, quod mihi credas velim &c...
Aſſeverare, o: affirmo. aſſeveratur...
Aſſignare, o: aſſignari: attribuo, tribuo, attribui.
Aſſignatio, onis.
Aſſignatus, a, um: attributus.
Aſſimilis, e: aſſimilo, are. (V. *App.*)
Aſſoleo, es, et: (ut aſſolet) aſſoleret..
Aſſuefacio, uſu doceo.
Aſſuefactio, uſus, exercitatio, conſuetudo, aſſuetudo.
Aſſumere, o: accipio, tribuo, arrogo, colligo, argumentor. (V. *App.*)
Aſſumi, aſſumuntur. (V. *App.*)
Aſſumtio eſt per quam id, quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet, aſſumitur, 1. *Rhet.* 67.
Aſſumtivus, a, um. (V. *App.*)
Aſtans, tis: aſtantia, ium. (præſens, videns) aſtantibus omnibus... quorum ſuperiori tempore vera fuerint aſtantia, *de Divin.*
Aſtrologia. (V. *App.*) Aſtrologus..
Aſylus, Aſylum, perfugii locus: aſyli jus firmare.
Atavus: pater, avus, proavus, atavus.
Atomus, i: corpora individua... corpora quædam ſolida atque individua... corpuſcula individua. (V. *App.*)
Attendere, o: animadverto... ſi animum attenderis... ſed attendite animos ad ea quæ ſequuntur... ſed ſi cùm animum attenderis... deindè poſtremò attendendum eſt, nùm &c... attendendum eſt autem &c... ac diligenter illud quoque attendere oportebit, nùm &c... attendite exitum... (V. *App. Cic.*)
Attinebant, attinere, attinet. (V. *App.*)
Attingere, go: tango, accedo, ſpecto ad. (V. *App.*)
Attribuo, tribuo, adſcribo, aſſigno, affingo, confero, addico, vindico. (V. *App.*)
* *Attributa, orum*, attributiones, quæ ſunt attributa, ea quæ attributa ſunt, nomina attributa, attributæ perfectiones, virtutes... his igitur duabus rebus duæ res grandes *ſunt attributa*, neceſſitudo, & affectio; quarum altera ex vi, altera ex re & perſonis conſideratur, (2. *Rhet.* & *ibidem n.* 170. 173. & 177.) negotiis autem *quæ ſunt attributa*, partim ſunt continentia cum ipſo negotio &c. partim adjuncta &c. 1. *Rhet.* qui locus ſecundus erat de iis, quæ... *attributa* ſunt, 1. *Rhet.* ex his etiam attributionibus &c. *ibidem n.* 68. intelligendum eſt duabus quaſi nos indutos eſſe perſonis, quarum una communis, altera quæ propriè ſingulis eſt attributa, 1. *Off.* 107. (*tractatum* de divinis attributis, *rectiùs inſcripſeris*, de nominibus deo attributis, *ſeu* de divinis nominibus, de nominibus dei.)
Attributio, onis: aſſignatio.
Attributus, a, um.
* *Attritio* (*jam dicitur imperfectus dolor de peccatis admiſſis.*)

Ar-

Attritus, a, um: comminutus, conſumtus.

Auctio, onis: publica venditio (Gallicè, *à l'encbere.*)

Auctionari, or: auctionem facio, auctione vendo.

Auctor, *ſeu* Author, *vel* Autor: ſuaſor, impulſor, hortator, machinator, adjutor: doctor: monitor: me auctore & principe:.. ego tibi ſum auctor, ut &c... ego quidem non ſum auctor, ſi &c. ut... tibi magnoperè auctor ſum, ut aliquandò &c... ſuaſor & auctor... ſuaſor & impulſor... nam apud Homerum optimum auctorem... an locupletiores quæris auctores... Polybius, bonus auctor in primis, ſcribit &c... adjutores, auctores, hortatoreſque... (V. *App.*) monitor & auctor hujus ſententiæ...

Auctoritas (pondus, momentum, teſtimonium, exiſtimatio, vis, fides: inconſtantiâ levatur auctoritas, 4. *Acad.* principem locum auctoritatemque tenere... quin etiam obeſt plerúmque iis, qui diſcere volunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur. definunt enim ſuum judicium adhibere. id habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident, 1. *de Nat.* hominum conſentiente auctoritate contenti non ſumus... quis autem eſt quem non moveat clariſſimis monumentis teſtata conſignataque auctoritas? *de Divinat.* (V. *App.*) circumſtant te ſummæ auctoritates, quæ &c...

* *Audibilis*, ſub auditum cadens.

Auditor, *diſcipulus*, (opp.) doctor, magiſter. *vide*, diſcipulus.

* *Augmentabilis:* creſcendi acceſſionem habens, 3. *de Fin.* 45.

* *Augmentatio*, amplificatio, accretio.

* *Augmento*, augeo, amplifico, aucto, auctito.

* *Augmentum*, amplificatio, incrementum, augmen.

Aviditas, cupiditas, deſiderium.

Avidus, valdè appetens, cupidus.

* *Authenticè:* (αὐθεντικῶς) cum auctoritate, certo auctore.

* *Autodidactos*, (αὐτοδίδακτος) ſine interprete, nullo doctore eruditus.

Auxiliari, or: adjuvo, ſuffragor, opitulor.

Auxiliarius, a, um... miles auxiliarius...

* *Auxiliator*, adjutor, auxiliarius.

Auxilium, ii: ſubſidium, præſidium, adjumentum, adjutorium, opis adminiculum, numen... auxilium ferre... petere auxilium ab aliquo... deus immortalis nobis contra tantam vim auxilium eſt laturus... ferre opem & auxilium alicui... auxilio juvare... in meis miſeriis divinum aliquod auxilium & numen oſtendite... ex aliquo auxilium habere... deus, cujus ope & auxilio Reſp. gubernatur... deo juvante... auctor ad te juvandum.

Axioma... id autem appellatur *axioma*, quod eſt quaſi *effatum*, 1. *de Nat.* 70. pronuntiatum, enuntiatio. (V. *App.*) concinnæ acutæque ſententiæ & reconditæ exquiſitæque ſententiæ, ſelectæ &c...

Axis... terram circum axem converti, 4. *Acad.* 123. transjecto axe ſuſtinetur, *de Un.* 32.

Digitized by Google

B.

* **B**albuties: hæſitantia linguæ, quâ quis balbus eſt, ſeu balbutit.
* *Bannus*, *banire*, exilium, in exilium agere.
Barbarè, inquinatè... barbarè loqui.
Barbaria, æ: locus barbarus, vita barbara, mores duri.
Barbaries, ei: (Barbariæ gens: item vitioſa locutio. V. *App.*)
Barbariſmus, *i*, 4. *ad Heren.* 18.
Barbarus, a, um.
* *Barbitonſor*, tonſor.
Barones, um, Baro, onis: princeps vir. (V. *App.*)
Baſis, is: radix, pes.
Beatè, feliciter: beatè vivere... benè beatèque vivere... quoniam igitur omnis ſumma Philoſophiæ ad beatè vivendum refertur,..
Beatitas, Beatitudo, Beatus, Beatiſſimus... aut iſta ſive beatitas, ſive beatitudo dicenda eſt, 1. *de Nat.* nec ulla alia huic verbo, cùm beatum dicimus, ſubjecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio, 5. *Tuſc.* beati dicuntur qui ſunt in bonis, nullo adjuncto malo, 3. *Tuſc.* 28. ea videlicet, quâ nihil beatius, nihil omninò bonis omnibus affluentius excogitari poteſt, 1. *de Nat.* vita denique conferta voluptatum omnium varietate, 2. *de Fin.* ubi Beati ævo ſempiterno fruuntur, *de Somn.* 4. nam ſi amitti vita beata poteſt, beata eſſe non poteſt, 2. *de Fin.* 86. neque enim in aliquâ parte, ſed in perpetuitate temporis vita beata dici ſolet, *ibidem.* nam illud vehementer repugnat eumdem & beatum eſſe & multis malis oppreſſum, 4. *Fin.* hic in maximâ gloriâ eſt, 3. *Off.* 85. curſus gloriæ ſempiternus, *pro Seſt.* 47. in beatorum inſulis, ut fabulæ ferunt, immortale ævum, *Hortens.* quæ neque oculis, neque auribus, neque ullò ſenſu percipi poteſt, (poſſunt) *Or.* 8. cumque corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates &c. profectò beati erimus, cùm corporibus relictis, & cupiditatum & æmulationum erimus expertes: quodque nunc facimus, cùm laxati curis ſumus, ut ſpectare aliquid velimus & viſere, id multò tum faciemus liberiùs totoſque nos in contemplandis rebus perſpiciendiſque ponemus, 1. *Tuſc.* 44. Ita enim cenſebat itaque diſſeruit; duas eſſe vias dupliceſque curſus animorum è corpore excedentium. nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent & ſe totos libidinibus dediſſent, quibus cæcati velut domeſticis vitiis atque flagitiis ſe inquinaſſent, vel in Republicâ violandâ, fraudes inexpiabiles concepiſſent, iis demùm quoddam iter eſſe ſecluſum à concilio deorum. qui autem ſe integros caſtoſque ſervaviſſent, quibuſque fuiſſet minima cum corporibus contagio, ſeſeque ab his ſemper ſevocaſſent eſſentque in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, à quibus eſſent profecti, reditum facilem patere, 1. *Tuſc.* 72. Xerxes quidem refertus omnibus præmiis doniſque fortunæ: non equitatu, non pedeſtribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium propoſuit, qui inveniſſet novam vo-

lu-

luptatem. quâ ipſe inventâ non fuit contentus: neque enim umquam finem inveniet libido, 5. *Tuſc.* 20. & , ſi omne beatum eſt, cui nihil deeſt & quod in ſuo genere expletum atque cumulatum eſt, idque virtutis eſt proprium; certe omnes virtutis compotes, beati ſunt, 5. *Tuſc.* 72. omnes qui non ſunt ſapientes, æquè miſeros eſſe. ſapientes omnes ſummè beatos eſſe, 2. *de Fin.* 55.

* *Belligeratio*, bellum. (V. Bellum, *in App.*)

Bellum, i: (V. *App.*) bellum (*civile*) inteſtinum ac domeſticum, *Cic.*

Benè, bellè, belliſſimè, probè, præclarè, valdè, commodè, aptè, valdè ratione, bonâ ratione. (V. *App.*)

Benedicere. (V. *App.*)

Benedictum, benedicta.

Benefacio... ab iis quibus benefecerimus, malè tractari...

* *Benefactor*, beneficus, benemeritus.

Benefactum, rectè factum, beneficium. (V. *App.*)

Beneficentia, liberalitas, benignitas. (V. *App.*)

* *Benefit*, benignè fit.

Beneficium, ii. (V. *App.*)

* *Beneficia* (pro Sacerdotiis, vide Sacerdotia.)

Beneficus, benè merens, benemereri, benemeritus. (V. *App.*)

Benevolè, benevolentia, benevolus, a, um, benevolentior. (V. *App.*)

Benevolens, (*Plaut.*) benevolus.

Beſtia, bellua. (V. *App.*) ſenſus & appetitus (quem *inſtinctum* Scholaſtici vocant, à Cicerone iis tribuitur.) beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utrâque ſede viventes, 1. *de Nat.* aliûs generis beſtiæ, 2. *de Nat.* natura dedit belluis & ſenſum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſcendos &c. 2. *de Nat.* 122. natura belluis dedit ſenſum & motum, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, 2. *de Nat.* 23. animalia quæ habent ſuos motus & rerum appetitus &c. ſuos impetus &c. 2. *de Off.* 11.

* *Beſtialis*, beſtiis conveniens, brutus, a, um.

* *Bibitio*, potatio.

Bibliotheca, librorum multitudo, & locus librorum. (V. *App.*)

* *Bibliothecarius*, Bibliothecæ præfectus, à Bibliothecâ.

* *Bibo, onis*, helluo, bibendi avidus.

Biduum, dui: (duorum dierum ſpatium.)

Biennium: (ſpatium duorum annorum.)

Bifariam, bipartitò. (V. *App.*)

* *Biformis*, (biformatus, a, um; & triformis Chimæra.)

* *Bigamus*, digamus.

Bimeſter, Bimus, Binus. (V. *App.*)

Bipartiri, ior: bipartitò. (V. *App.*) id fit bipertitò, nam &c. 2. *Rhet.*

* *Blaſphemare, o*: exſecror, convitior.

* *Blaſphemator*: (ſceleratus Dei obtrectator, impius detractor divinæ majeſtatis.)

* *Blaſphemia*, maledictio, impia detractio, exſecrandum juramentum.

* *Boatus*, mugitus.

Bonum, i: rectum, honeſtum, perfectum... ego aſſentior Diogeni, qui bonum definivit, id quod eſſet naturâ abſolutum, 3. *de Fin.* 33. bo-

Digitized by Google

num etiam quid eſſet, fortaſſe, ſi opus eſſet, definiiſſes, aut quod eſſet naturâ appetendum, aut quod prodeſſet, aut quod juvaret, 2. *de Fin.* 5. honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum, 4. *de Fin.* id ſolum bonum eſt, quod rectum & honeſtum & cum virtute eſt, *Paradox.* 1. ſummum bonum... ſummum hominis bonum... (*quod vocant* ſummum noſtrum bonum) optimum quodque rariſſimum eſt, 2. *de Fin.* (V. *App.*) difficile eſt formam exponere optimi, *Orat.* 36. recti præceptio, pravique depulſio... intereſſe oportet ut inter rectum & pravum &c...

Bona, orum... non ſunt duo ultima bonorum, 3. *de Fin.* 22. extremum autem bonorum... quid ſit extremum, quid ultimum bonorum, 1. *de Fin.* 29. bonorum tria genera. (*ut in App.*) qui cùm in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, ſequitur ut &c. 5. *Tuſc.* de rebus bonis aut malis; expetendis aut fugiendis; honeſtis aut turpibus; utilibus aut inutilibus &c... rerum expetendarum tria genera ſunt, 2. *Rhet.* eorum autem quæ propter ſe expetuntur &c. *Partit.* 87. (V. *App.*)

Bonitas, atis: probitas, integritas, virtus; benignitas, clementia. (V. *App.*) divinâ bonitate, non ſine divinâ bonitate...

Bonus, bona, bonum, melior, optimus. (V. *App.*)

* *Boreus*, Boreus.

* *Bovinus*, bubulus.

Brevi, brevi tempore, perbrevi, paucis, perpaucis verbis, breviter, quid multa? (V. *App.*) brevitatis causâ...

Breviloquens, breviloquentia. (V. *App.*)

* *Brumoſus*, brumalis.

* *Brutum*, *i*: beſtia, pecus, bruta animalia, (*Plin.*)

C.

* **C**abala: traditio, à Patribus accipere, audire & poſteris prodere vel familiis.

Cacare, o: (alvum purgare, confecti & conſumti cibi reliquias ex alvo ejicere.)

Calamus, ſtylus. (V. *App.*) dein cùm otioſus ſtylum prehenderat &c.

* *Calculare*, *o*: calculos ſubduco, ratiocinor: calculator, (*Martial.*) ratiocinator, oris.

* *Calefactivum*, quod vim caloris habet, quod calefacit, calefaciens.

* *Calendarium*, faſti. Calendaria, orum, (*Ulpian.*)

* *Caliditas*, calor.

* *Calumnioſè*, contumelioſè, injurioſè.

* *Cambium*, collybus, commutatio pecuniæ.

Campus, i: (ager, planicies, platea, & per tranſlationem, copia, ubertas, materia.) V. *App.*

Canalis, fiſtula, aquæ ductus: præcidere fiſtulas quibus aqua ſuppeditatur alicui loco.

* *Canceroſus*, cancro laborans, carcinomate obſeſſus.

Candela, (*Plin. Juv.*) lumen.

Candor, ſplendor, lux. (V. *App.*)

* *Canonizare*: Hercules, quem hominum fama in concilio cœleſtium collocavit... 3. *Off.* 25. inter cœlites, ſeu divos, adſcribere, recenſere... in album piorum & ſanctorum efferre, referre... piorum ſedibus vel cœlitibus annumerare, in con-

concilio cœlitum admittere. (quem Jupiter in concilio deorum admiſit) habere aliquem in numero divorum... in divorum numero haberi, in divorum numero eſſe, reponi... in divorum numero referre, 1. *de Nat.* 29.

* *Canonizatio:* inter cœlites adſcriptio,.. aliquos in deorum (*divorum ſeu piorum*) numero venerandos eſſe, 2. *cont. Rullum* 94.

Capacitas, (ſpatium capiendi.)

Capax, acis: (quod aliquid capere, ſeu recipere poteſt.)

* *Capella, æ:* ſacellum.

Capitalis, le: capitalior, pernicioſus. (V. *App.*)

* *Capitaneus*, dux, centurio.

* *Capitatio, onis:* illa acerbiſſima exactio capitum atque oſtiorum, *Epiſt. lib.* 3. *ep.* 8.

Captio, onis, deceptio, ſophiſma. (V. *App.*)

Captioſe, captioſus. (V. *App.*)

* *Captivare, o:* jugum ſervile impono, in ſervitutem redigo, captivum abducere.

Caput, itis: (*tum pro ipſo capite, tum pro vitâ & ſalute, tum pro initio, principio, parte præcipuâ, & origine.*) Caput autem eſt quamplurimùm ſcribere, 1. *de Orat.* aperiamus autem ea capita, undè &c. *ibidem.* ſed ipſa capita dicenda, & primum hoc reprehendendum, quod &c. 4. *Acad.* videamus nunc id quod caput eſt... caput illud eſt, ut ſi &c... (V. *App.*)

* *Cardinalis*, ſummi Pontificis aſſeſſor, ſeu confeſſor purpuratus, è collegio Pontificis: titulorum urbis præfecti ſecundùm Romanum Pontificem, purpureâ togâ amicti. ampliſſimum collegium purpuratorum Romano Pontifici aſſidentium: cooptatus in ſacrum collegium &c. purpurati cuſtodes ac præſides templorum urbis. purpuratorum Patrum ſenatus.

* *Carentia*, inopia, egeſtas, vacuitas.

Carere, eo. (V. *App.*) quamquam non caret is, qui non deſiderat...

Caſtigator, (*Horat.*) vindex, ultor.

Caſtus, iſſimus: caſtos levi quodam & facili lapſu ad deos pervolare, *de Conſol.* & 1. *Tuſc.* 72.

* *Caſualis*, fortuitus, incertus &c.

Caſus, ûs: fortuna, eventus fortuitus, inflexio vocabuli... rectus caſus, (quem *nominativum* appellamus.) verba immutata caſibus. (V. *App.*)

* *Categoria, æ:* ſumma rerum genera (ordine digeſta.) *Vide* prædicamenta.

* *Catenare*, (catenatus eſt *Quintiliani* & *Claudiani*, catenis vincire.)

Cauſa, æ: (caput, origo, fons, radix, principium, ſemen, ſtirps, mater, parens, ratio. (Vide *cap.* 8. *de multiplici genere cauſarum*, *pag.* 51.)

Cauſa, (*activa*) movendi & afficiendi vim habens, efficientiam in ſe cohibens.

Cauſa, (*paſſiva*) accipiendi & quaſi patiendi vim habens.

Cauſa, (*finalis*) finis.

Cauſa efficiens, conficiens, conficientes cauſæ, res efficientes.

Cauſa, (*materialis*) materia, in ſe omnia recipiens, materia ex quâ & in quâ omnia ſint.

Cauſa, (*formalis*) forma, ſeu vis, natura, vis & natura, ratio & natura.

Digitized by Google

Cauſa, (*exemplaris*) exemplum, exemplar, ſpecies, forma, idea, *archetypon*, Græcè.

Cauſæ naturales & antecedentes, præpoſitæ, antegreſſæ, vis fatalis, cauſæ fatales, confatalis cauſa. cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adjuvantes & proximæ.

Cauſa prima, (*increata*) ſummi creatoris motio antecedens, præcurrens, antegreſſa, univerſale principium motûs à creatore in rebus inſiti. principalis cauſa ſimpliciter & abſolutè. vis quæ quidque efficiat. cauſæ primæ, arum.

Cauſa, (*ſecunda*) creata, ſecundaria: (*quæ quidem cum adjunctione perfecta & principalis eſt, quoad ejus fieri poteſt in cauſâ creatâ. præcurrens autem motio creatoris ratione motûs voluntarii animorum, non habet ſingularem vim cauſæ naturalis & antecedentis, ſed vim antecedentis, quæ ſit tantùm adjuvans & proxima tanquam univerſale principium motûs.*)

Cauſa per ſe efficiens, (ſeu quæ cohibet in ſe efficientiam naturalem) vi ſuâ certè efficiens, conficiens.

Cauſa (*per accidens*, V. *cap.* 8. *pag.* 51.)

* Cauſa, (*præmovens*) vis quæ dat principium motionis.

* Cauſa (*prædeterminans*) dicitur, tum ea quæ deſtinat & antè conſtituit quæ deindè agenda ſint, tum ea quæ motu ſuo præcurrente ad agendum applicat & compellit, ſeu admovet.

* Cauſa, (*concurrens*) adjuvans. adjuvantes cauſæ. adjuvantia cauſarum... quæ rerum adjuvant cauſas.

* Cauſa, (*Phyſica*) naturalis, naturalis & antecedens, ſeu cauſa per ſe efficiens, vi ſuâ certè efficiens, conficiens, cohibens in ſe efficientiam naturalem, vel cauſa, quæ rationem materiæ aut formæ naturalis habeat.

* Cauſa, (*moralis, ratione objecti*) quæ non ſine ullâ appetitione animi, non ſine voluntate, non ſine opinione ſuum quaſi opus efficit. multa ſunt enim quæ aut voluntate efficiuntur, aut perturbationibus animi, aut habitu. (*voluntarii ſunt hujuſmodi effectus, atque adeò ad moralem pertinent, ratione rei ſubjectæ*) alia ſunt, quæ ſine ullâ appetitione animi, ſine voluntate, ſine opinione ſuum quaſi opus efficiunt... etiam ut ea quæ fiunt, partim ſint ignorata, partim voluntaria. ignorata, quæ neceſſitate effecta ſunt, voluntaria, quæ conſilio. (*ex Topicis hæc deſcriptio ſumitur ferè ad litteram.*)

* Cauſa, (*moralis, quoad rationem efficiendi, ut cauſæ Phyſica opponitur.*) id ſine quo, ſeu id quod voluntatem nonniſi *extrinſecùs* movet & impellit, qualia ſunt viſa aut objecta ſpecies cujuſpiam, quod bonum videatur, conſilia, preces, minæ, oratio ſuadens, vel diſſuadens. (*hanc cauſam moralem vocant recentiores Philoſophi, propterea quòd more noſtro, vel ſicut mos eſt hominum, qui ſcilicet voluntatem alterius proximè afficere non poſſunt nec appetitiones efficienter movere, voluntatem extrinſecùs excitent. eamdem rem aliis verbis Cicero enunciat, ut ſuprà docuimus.*)

* *Cauſalitas*, (omnium cauſarum, *ſeu* cujuſlibet cauſæ vis & natura, ratio efficiendi, ratio cur hæc aut illa

illa cauſa vim cauſæ habeat.) omninò autem qui diligenter omnium cauſarum vim & naturam cognoverit, 2. *Rhet.* natura cauſæ...

* *Cauſare*, *o*: efficere, gignere, efficiens eſſe, importare.

* *Cauſativus*, *cauſalis*, *e*: efficiens, conficiens.

Cauſor, aris, cauſatur: (cauſam affero, *Gallicè*, *prendre pour prétexte*) an ætatem afferet, id eſt, cauſabitur? 2. *de Orat.* 364. num quid id cauſare, quin &c...

Cedò, (*hoc eſt*, *cedo tibi ſi mihi dicas*, *ſi mihi des*, *ſi mihi exhibeas*, *ſeu dic mihi*, *quæſo &c.* V. *App.*)

Cedo, is, ere: concedo, locum do, me retraho, abeo, diſcedo. (V. *App.*)

Cedo, quæſo, codicem circumfer... cedo, qui? . . .

Celebrandus, a, um: celebratus, a, um: celebrari. (V. *App.*)

Celebratio, onis: laudatio, prædicatio, frequentatio, adminiſtratio cum laude.

Celebritas, atis: hominum cœtus, concurſus, fama, laus. (V. *App.*)

Celſitas animi & magnitudo, 3. *Off.* 24.

Cenſendus, a, um: perpendendus: ſi cenſenda nobis atque æſtimanda res ſit, utrùm pluris æſtimabimus &c. *Parad.* 6.

Cenſeo, ere. (V. *App.*)

Cenſor, oris: *qui præeſt moribus populi*, *magiſter morum*, *præfectus moribus*, *reprehenſor*.

Cenſura, *cenſoris dignitas*, *officium*.

Cenſus, a, um: *qui venit in cenſum*.

Cenſus, ûs: bonorum æſtimatio, & ipſa bona.

* *Centeſies*, centies.

Cernere, o: *video tum oculis*, *tum animo: cernitur &c. pro conſiſtit in &c.* (V. *App.*)

Certamen, certatio, *pro contentione.* (V. *App.*) certatur, *ibidem.* certatim, *ibidem.*

Certè, certò, certiùs, certiſſimè, certus, certior, certiſſimus.

* *Certitudo*, certum, indubitatum. (V. *cap.* 9. §. 10. *de conſtantiâ & firmitate aſſenſionis*, *quam certitudinem Scholaſtici vocant*, *pag.* 90.)

* *Cervicoſus*, pertinax, pervicax.

* *Ceſpito*, erro, hallucinor.

Ceſſare, o, ceſſatio. (V. *App.*)

* *Chalcographus*, qui ære excudit, librarius.

* *Character*, *eris*: impreſſio, literarum notæ, formæ literarum. animi lineamenta.

Charitas, *amor*, *ſtudioſa propenſio.* (V. *App.*)

Charus, charior, chariſſimus. (V. *App.*)

Chimæra, *monſtrum confictum*, *inanis motus animi*, *inania viſa*, *res quæ nec ſunt*, *nec eſſe poſſunt*. . . quòd ſi fingere nobis & jungere formas velimus, 1. *de Nat.* chimæra in muliebrem figuram habitumque formata, 4. *in Verrem* 27. omnem talem conformationem animi Philoſophi motum inanem vocant, 1. *de Nat.* 106. cùm animi inaniter moveantur, 4. *Acad.* 47. & 50.

Chirographum, i: *ſcriptum manu propriâ*, *Gallicè ſignature*, *ou billet ſigné de ſa propre main.* (V. *App.*)

* *Chirotheca*, manica.

Cholera, (*Celſus*) bilis, ira.

Chorus, i: *corona*, *multitudo*, *ſodalitium.* (V. *App.*)

Digitized by Google

Chronica, orum, (*Plin.*)

* *Chronologia*, ordo temporum, annales... explicare ordinem temporum... origines.

Circuitio, onis: *circumſcriptio*, *periphraſis*.

Circuitus, ûs: *converſio*, *periodus*, *comprehenſio*. (V. *App.*)

Circuitus, a, um: circuitis roſtris, *pro C. Cor.*

* *Circularis*, *e*: in orbem factus. (*mutua probatio utriuſque rei per utramque dicitur circularis.*)

* *Circulariter*, in orbem, cum circuitione.

Circulator, *circumforaneus homo*, *vulgaris*, *ſordidus*: *Gallicè*, *un Charlatan*, *un Baſteleur*.

Circulus, i: *Orbis*, *forma plana in orbem acta*, *rotundus ambitus*, *corona hominum colloquentium*. (V. *App.*) *præterea*, *qui mutuâ probatione utuntur*, *circulum agere dicuntur à Scholaſticis.*

* *Circumferentia*: circumſcripta extremitas, libramentum, circumſcriptio.

* *Circumlocutio*: circuitio, anfractus.

Circumſcribo, ere: *deſcribo*, *adumbro*: *circumdo*, *claudo*, *definio*, *dejicio*, *refello*. (V. *App.*)

Circumſcriptè, *definitè*, *paucis*, *breviter*.

Circumſcriptio, onis: *definitio*, *circuitio*, *periodus*, *fraus & deceptio*.

Circumſcriptor, oris: *qui decipit*, *ad fraudes idoneus*.

Circumſcriptus, a, um: *terminatus*, *vexatus*, *ſublatus*.

Circumſpicere, circumſpectus, a, um. (V. *App.*)

Circumſtare, o: circumdo, circumſiſto.

Circumſtantia, æ: (*Quintil.*) adjuncta res, decorum, vel tempora, occaſio.

* *Circumſtantia*, *ium*: adjuncta, orum: vel cohærentia: ex adjunctis, ab adjunctis.

* *Circumvolvo*: in orbem torqueo, ago.

* *Circumvolutus*: circumdatus, cinctus, circumſcriptus.

Civiliter, *ex Jure Civili*.

Clanculùm, clam. (*Plaut. Terent.*)

Clarifico, are: (*Plin.*) clarare, o, clarum facere, illuſtrare, patefacere, oſtendere.

Claro, as, are: illuſtro, patefacio.

Claſſicum, i: (*Virg.*) certaminis ſignum tubâ datum.

Claſſis, *naves*, *ordo civium & diſtributio.*

Claſſicus Scriptor, (*Gell.*)

* *Clavis* imperii: *clauſtra imperii*.

Clauſula, æ: *extrema cujuſque rei pars.* (V. *App.*)

* *Clauſura*, incluſio.

* *Clerus*, *i*: ordo ſacerdotum & adminiſtrorum eccleſiæ... qui ex ordine ſacerdotum, vel Pontificum &c.

Coacervare, o. (V. *App.*)

Coacervatio: *copia*, *cumulus*, *acervus*.

* *Coactè*: per vim, neceſſariò.

Coactio: *congregatio*, *conventiculum*: *nuſquam autem pro vi & neceſſitudine apud Ciceronem*. (V. *App.*)

* *Coactivè*, per vim, neceſſariò: vi & neceſſariò coactus.

Coactor, oris: recuperatores: *qui pecuniam cogit*, *Gallicè*, *Collecteur*, *Maltotier*.

* *Coadjuto*, unà conſpiro, ſimul adjuto.

* *Coæqualis*, æqualis.

Coagitatio, *agitatio*: *coagitatione pulmonum*.

Co-

Coagmentatio, *nexus*, *compoſitio*, *conſtructio*. (V. *App.*) quæ eſt enim coagmentatio non diſſolubilis...

Coagmentare, o: *compono*, *conjungo*, *conſtruo*.

Coarguo, ere: *redarguo*, *accuſo*, *convinco*.

Coauctio, onis: *auctio*.

Codex, icis: *liber*, *tabulæ*, *codex accepti & expenſi*, *publicæ tabulæ*, *in codicem referre*.

Codicilli, orum: *litteræ*, *tabellæ*, *libelli*. (V. *App.*) in codicillis exaravi...

Cœleſtis, e, cœleſtia: *divinus*, *divus*. (V. *App.*) cogitare ſupera atque cœleſtia, 4. *Acad.* 127. homo ſpectator ſuperarum rerum atque cœleſtium, 2. *de Nat.* 140. ſupera denique omnia.

Cœlites, um: *cœlicolæ*, *beati*, *quos Sanctos vocamus*.

Cœlum, i: *altiſſimum Dei domicilium*: piorum eſtis ſedem & locum conſecuti... *præterea pro ſummo gradu*, *tum pro aëre & ſpiritu circumfuſo ſumitur*. (V. *App.*) cum mortali corpore cremato in lucem animus excesserit, 1. *de Divin.* 47.

Cœptum, i: cœptus, ûs, inceptum. (*Virg. Ovid.*)

Cœtera, cœterum. (V. *App.*)

Cœtus, ûs: *concilium*. in omni cœtu concilioque... concilia & cœtus hominum. (V. *App.*)

Cogere, o: *vim facio*, *impello*, *adigo*, *colligo*, *congrego*. (V. *App.*)

Cogitatè, cogitatò, conſultò. (V. *App.*)

Cogitatio, *mentis ſenſus*, *mentis agitatio*, *animi motus*, *animi ſenſus*, *intimus ſenſus*, *permotio intima*, *meditatio*, *commentatio*: cogitatio in ſe ipſa vertitur: (*quod indocti ſic enuntiant*, reflectitur.) V. *App.* præter permotiones intimas nihil putarit eſſe judicii....

Cogitatum, i: cogitata, orum: cogitata mentis præclarè eloqui...

Cogitatus,a,um: meditatus. (V. *App.*)

Cogito, are: meditor, commentor, mente complector &c. (V. *App.*)

Cognatio: *conjunctio*: (*Gallicè*, *liaiſon*, *parenté*. V. *App.*)

Cognatus, a, um: *ſanguine conjunctus*, *affinis*, *conveniens*. (V. *App.*)

Cognitio: *agnitio*, *intelligentia*, *notio*, *ſcientia*: (*pro certâ ſcientiâ cognitio ſæpiùs ſumitur*.) (V. *App.*)

Cognitor: *qui cognoſcit*, *patronus*, *procurator*: *Gallicè*, *un Rapporteur*, *un Procureur*. (V. *App.*)

Cognitus, a, um: *ſpectatus*, *comprehenſus*, *compertus*, *perſpectus*, *judicatus*: incognita pro cognitis habere, 1. *Off.* 18. (V. *App.*) *& advertas*, *velim*, *inter percepta & cognita hoc intereſſe*, *quòd cognita*, *ſeu res cognitæ*, *non ſint ſine judicio & aſſenſione ad ſcientiam requiſitâ*; *at perceptio ſine ullâ aſſenſione*, *ſine certâ ſcientiâ eſſe poſſit*.

Cognomen, cognomentum. (V. *App.*)

Cognoſcere, o: *inquirere vel certò ſcire*: *cognoſcere igitur non idem eſt ac percipere*. (V. *App.*)

Cognoſci, cognoſcitur, cognoſcuntur, (*pro certò noſci*, *certò ſciri*.)

* *Cognoſcibilis*, *e*: (quod facilè cognoſci aut dijudicari poteſt.)

Cogor, cogi: *colligi*, *concludi*. (V. *App.*)

Cohærens: *connexus*, *adhærens*, *conjunctus*. (V. *App.*)

Cohærentia, æ: *compoſitio*, *continuatio*.

Cohæreo, ere: cohæreſco. (V. *App.*)

Co-

Cohæres, *ſimul hæres.*
Cohibens, entis: *comprehendens, continens.* (V. *App.*)
Cohibitio, onis: *interdictum.*
Cohoneſto, are: *honeſto, decoro.*
Cohorreo, cohorrui, cohorruiſſe. (V. *App.*)
Cohors, tis: *militum manus, caterva.* (V. *App.*)
Cohortari, or, cohortatio, nis. (V. *App.*)
* *Coincido*: concurro, in unam formam cado, tantumdem valeo.
Coire, coeo: *convenio, adjungor, congredior, contraho.* (V. *App.*)
Coitus, ûs, (*Plin. Gell.*) concubitus, conjunctio, complexus venereus, commiſcere corpora; obſcœna voluptas, conjunctionis appetitus... in mare & fœminâ commiſcendorum corporum miræ libidines, 2. *de Nat.* 128.
Coitio: *conſpiratio, ſocietas, ſodalitas:* (*Gallicè, complot.*)
Collatare, o: (*dilato*) *undè* collatatus, a, um, *dilatatus.* (V. *App.*)
Collatio, onis: *comparatio, ſimilitudo:* collatio eſt oratio rem cum re ex ſimilitudine conferens, 1. *Rhet.* 49. Philoſophia ex rationum collatione conſtat, 4. *Tuſc.* 84. ſunt enim ſimilitudines, quæ ex pluribus collationibus perveniunt, quò volunt, *Top.* (V. *App.*)
Collatus, a, um (*ex verbo*, confero) *comparatus, oppoſitus, adhibitus, allatus.* (V. *App.*)
Collaudare, collaudatio. (V. *App.*)
Collecta, æ: *pecunia quæ colligitur à multis.* (V. *App.*)
Collectio, onis: *congregatio.*
Collectitius, *recens collectus*: collectitius exercitus.
Collectus, a, um: coactus, comparatus. (V. *App.*)
Collega, æ. (V. *App.*)
Collegium, ii: *conventus, cœtus, ut ſacerdotum, opificum &c. ſodalitas etiam, Gallicè, confrairie.* cooptare aliquem in collegium... (V. *App.*)
Collibet, collibitum eſt, collibitum ſit, collibuiſſet. (V. *App.*)
Collido, *frango, contero.*
Colligare, o: *conſtringo, ligo, vincio, conjungo.* (V. *App.*)
Colligatio, onis: *connexio, vinculum:* qui colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo &c. (V. *App.*)
Colligatus, a, um: *unà nexus, connexus.* (V. *App.*)
Colligere, o: *cogo, congrego, intelligo, concludo, acquiro, comparo, me recipio, reficio.* (V. *App.*)
Collimare, collineare, o: *dirigo; propoſitum aſſequor, quod barbari ad ſcopum dirigere vel ſcopum ferire efferunt.* (V. *App.*)
Colliqueſco, ere: (*Colum.*) liqueſco.
Collocutio, colloquium, colloqui. (V. *App.*)
Colo, ere: *amo, diligo, obſervo, veneror.* (V. *App.*)
Colonia, æ. (V. *App.*)
Colonus, i: *agricultor.*
Columen, *culmen, princeps.* (V. *App.*)
* *Combino*, connecto.
Comicè, *Comicorum more*: comicus, i. (V. *App.*)
* *Comitatio*, onis: comitatus, ûs.
* *Comitiſſa*, Comes illuſtriſſima.
Comitium, ii: *locus in quo comitia habebantur, commune concilium.* (V. *App.*)
* *Commendatarius*, (commendatitius, adminiſtrator *Abbas*, *quem Commendatarium vocant.*)

** Com-*

* *Commenſalis*, convictor.
Commentari, or: *meditor*, *cogito*, *conſidero*, *mecum meditor*. (V. *App.*)
Commentarii, orum, *commentarium*. (V. *App.*)
Commentariolum, i, *libellus*. (V. *App.*)
Commentarium, ii, *liber ad ſubſidium memoriæ*. (V. *App.*)
Comminiſci, or: *fingo*. (V. *App.*) commentus ſum, es, eſt, commentum eſſe (*Latinè dicitur*, *ſecùs autem*, *commentum*, *i*, *nec fictio*.)
Commercium, ii: *uſus*, *familiaritas*, *affinitas*, *conſortium*.
* *Commiſſarius*, judex, rei inquiſitor.
Commiſſio, onis: *exhibitio*: *factum*, *actio*.
Commiſſum, i: *factum*, *facinus*, *delictum*. (V. *App.*)
Commiſſura, *junctura*.
Commiſſus, a, um: *creditum ac commiſſum*, *poteſtati commiſſum*. (V. *App.*)
Committere, o: *admitto*: *patro*, *pecco*, *fidei poteſtatique committo*. (V. *App.*)
Commodatus, a, um: *conceſſus*, *mutuo datus*.
Commodè, commodiùs, commodiſſimè, commodùm: *benè*, *rectè*. (V. *App.*)
Commoditas, *opportunitas*. (V. *App.*)
Commodo, are: *accommodare*, *utendum dare*, *benignè facere*, *mutuo dare*. (V. *App.*)
Commodùm, *opportunè*. (V. *App.*)
Commodum, i: commoda, orum: *bonum*, *utilitas*. (V. *App.*)
Commonſtrare, o, *indico*.
Commoratio, onis: *mora*, *exornatio oratoria*.
Commoror, ari: *maneo*, *conſiſto*, *ſubſiſto*. (V. *App.*)
Commotio, onis: *motus*, *affectus*, *perturbatio*. (V. *App.*)
Commotus, a, um: *affectus*, *perturbatus*.
Commoveo, *moveo*, *perturbo*, *afficio*, *excito*. (V. *App.*)
Commune, is: *collegium*, *civitas*, *univerſitas*. (V. *App.*)
Communicatio, onis. (V. *App.*)
Communico, are: *confero*, *participo*, *impartior*, *cum aliquo ſermones aut conſilia confero*.
Communio, onis: *communitas*, *conſociatio*. (V. *App.*)
Communis, e. (V. *App.*) *communi opponitur*, *ſingularis*, *proprius*, *præcipuus*.
Communitas, atis: *communio*, *ſocietas*, *juſtitia civilis*. (V. *App.*)
Communiter, *promiſcuè*, *de communi ſententiâ*, *generatim*. (V. *App.*) cùm communiter quædam de omnibus præcipi poſſint, ſeparatim quoque aliæ ſunt cujuſque generis & diverſæ præceptiones, 2. *Rhet.* 12.
Commutabilis, e: *mutabilis*, *inconſtans*.
Commutatio, onis: *converſio*, *viciſſitudo*, ita fit ut commutatio ex vero in falſum fieri non poſſit, *de Fat.* 17. hæc commutari ex veris in falſa non poſſunt, *ibidem*.
Commuto, are: *muto*, *commuto*.
Comœdia, fabula, comicorum ars.
Comœdus, *actor comœdiarum*.
Compactio, *coagmentatio*: compactus, a, um, *coagmentatus*.
Compactò, *conſultò*.
Compages, gium: *commiſſura*, *vincula*. dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, *de Senect.* 77.
Comparabilis, e. comparabile autem

 eſt

eſt, quod in rebus diverſis ſimilem aliquam rationem continet: ejus partes ſunt tres, imago, collatio, exemplum, 1. *Rhet.* 49. ſimile ex ſpecie comparabili judicatur. comparabile autem ex conferendâ atque aſſimilandâ naturâ judicatur, 1. *Rhet.* 42.

Comparatè, *cum comparatione, ſeu reſpectivè, ut barbarè dicunt.* cùm autem quæritur quale ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè, *Top.* 84.

Comparatio, onis: *collatio, contentio, ſimilitudo, apparatus, præparatio:* contentio & comparatio de duobus honeſtis &c. alterum ſimilitudinis genus collatione ſumitur, cùm una res uni, par pari comparatur, hoc modo &c. *Top.* ſed ſi contentio quædam & comparatio fiat quibus plurimùm tribuendum officii, principes ſunt patria & parentes: proximi &c. deinceps &c. 1. *Off.* 58. ſed utilitatum comparatio ſæpè eſt neceſſaria. nam & corporis commoda cum externis, & externa cum corporis, & ipſa inter ſe corporis, & externa cum externis comparari ſolent, 2. *Off.* cum utilitatis repugnantia comparari, 3. *Off.* putant quidam hanc comparationem non rectè introductam, 3. *Off.* majus aut minus aut æquè magnum. . . in comparationem cadunt ea &c. *Top.* non enim ſimpliciter ſolùm quærimus quid... ſed etiam ex comparatione, quid honeſtius, quid utilius &c. *Partit.* in comparatione difficilem ad judicandum &c. . . majus & minus & æquè magnum, 1. *Rhet.* 41.

* *Compaſſio*, miſericordia, pietas.

* *Compatior:* miſericordiâ moveor, miſericordiam capio, miſericordiâ, miſeratione, commiſeratione permoveor, afficior.

* *Compatriota*, civis, gentilis, gentiles, popularis.

Compedes, um. (V. *App.*)

Compellare, o: appello, nomino, alloquor, accuſo.

Compellatio, onis, appellatio.

Compellere, o: *impello, cogo, vexo.*

Compendiarius, *brevis.*

Compendium, ii: *quæſtus, utilitas.* compendii ſui causâ. . . turpe. . . paululùm compendii facere. . . cum quæſtu compendioque. . . in quæſtu ſunt compendioque verſati. (*hæc igitur vox*, compendium, *pro ſummâ quæ Gallicè dicitur*, abregé, *à Cicerone non uſurpatur.*)

Compenſare, o: comparo, remunero, exæquo &c. (V. *App.*)

Compenſatio, onis: comparatio, præmium, remuneratio. (V. *App.*)

Comperendinatus, ûs, *dilatio judicii.*

Comperendino, are: *amplius pronuncio, amplio, differo, procraſtino.* (V. *App.*) comperendinari. (*ibidem.*)

Comperio, *certum reperio, deprehendo, compertum habeo.*

Compertus, a, um: *certus, indubitatus.* (V. *App.*)

Compeſco, ere. (V. *App.*)

Competitor, oris, competitores.

Compilare, o: *fraudo, decipio.*

Compilatio, onis: *furtum, fraus.*

Compita, orum: *quadrivia loca.*

* *Complacitum eſt*, ſic placitum eſt.

Complecti, or: *complexu teneo, amo, excipio amicè, apprehendo, colligo & concludo.*

Complementum, i, *ſupplementum.*

Com-

Complere, eo: *impleo*, *abſolvo*, *perficio*.
Completus, a, um: *plenus*. (V. *App*.)
Complexio, *comprehenſio verborum*, *periodus*, *argumenti concluſio & ſumma rationum*. (V. *App*.)
* *Complexio*, temperamentum, (*Gallicè*, *complexion*) corporis temperatio, conſtitutio.
* *Complexa*, *orum*: juncta, conjuncta, concreta.
Complexus, ûs: amplexus, ambitus, concubitus.
Complicare, o: *involvo*, *claudo*.
Complicatus, a, um: *implicatus*.
Complures, ium: *multi*.
Componendus, a, um: *jungendus*, *adinveniendus*, *edendus*, *tractandus*, *judicandus*. (V. *App*.)
Componere, o, *diſpono*, *conjungo*, *congero*, *conflo*, *coagmento*, *conſtruo*, *compoſitionem facio*, *conglutino*, *comparo*, *confero*, *edo*, *facio*. (V. *App*.) & conſtare, *pro*, *compoſitum eſſe ex* &c.
Componitur, *pro*, confertur. (V. *App*.)
Comportare, comportari, comportatus, a, um. (V. *App*.)
Compos, tis: *particeps*: compos rationis, mentis compos, eſſe rationis & conſilii compotem, virtutis compotes, qui ſuæ mentis compos non eſt... qui te hujus urbis compotem fecerunt...
* *Compoſita res*, *compoſita*, *orum*: junctus, a, um: junctæ res, conjunctus, copulatus, conflatus, concretus, coagmentatus, mixtus, complexum... quædam enim ſunt in rebus ſimplicia, quædam copulata, *de Fato*: cùm parva magnis, ſimplicia conjunctis, obſcura dilucidis inteximus, *Part*. 12. conſtitutione cauſæ repertâ, ſtatim placet conſiderare, utrùm cauſa ſit ſimplex, an conjuncta; & ſi conjuncta erit, utrùm ex pluribus quæſtionibus juncta, an ex aliquâ comparatione. ſimplex eſt, quæ abſolutam in ſe continet unam quæſtionem &c... conjuncta ex pluribus quæſtionibus, in quâ plura quæruntur, hoc modo &c. 1. *Rhet*. eſt pòrrò quiddam ex horum partibus junctum &c... junctæ res omninò ex duplici genere intelligentur, 2. *Rhet*. 158. 159. quoddam quaſi complexum... & ſi ſimpliciter dictum ſit, ſuſcipiunt Dialectici ut judicent, verum-ne ſit an falſum: & ſi conjunctè ſit elatum & adjuncta ſint alia, judicent, recténe adjuncta ſint, & veráne ſumma ſit uniuſcujuſque rationis, 2. *de Orat*. 158. verba aut ſimplicia ſunt, aut conjuncta, *Partit*. copulata, *Orat*. 115. ſpecies ut quædam ſit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi &c. 1. *de Nat*. undè concreta & quomodò facta ſint, 1. *Tuſc*. 56. hæc igitur ſimplicia, illa mixta, 4. *Tuſc*. aperta ſimplexque mens nullâ re adjunctâ, *ibidem*. junctæ autem & duplices expoſitiones ſummi boni tres omninò fuerunt, *de Fin*. 21. nihil eſt enim in animis mixtum atque concretum &c... mens ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni concretione mortali, *de Conſolat*. & 1. *Tuſc*. 66. dubitare non poſſumus, quin nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex, 1. *Tuſc*. 71. ut in ſimplicibus verbis quod non eſt Latinum, ſic in

Digitized by Google

conjunctis, quod non eſt conſequens vituperandum eſt, *Partit.* 18.

Compoſitè, *diſpoſitè.* compoſitè & aptè dicere.

Compoſitio, *confectio*, *coagmentatio*, *conformatio*, *conſtructio*, *concordia*, *conſtitutio.* (V. *App.*)

Compoſitor, oris.

* *Compoſitum, i.*

Compoſitus, a, um: compoſitior. *conflatus*, *concretus*, *conglutinatus*, *factus, ex compoſitione factus.* (V. *App.*)

Comprehendo, ere: *capio*, *comprehenſum teneo*, *conſequor*, *concipio*, *percipio.* (V. *App.*)

Comprehenſibilis, e: viſum comprehenſibile. (*Deus non omninò nec abſolutè comprehenſibilis eſt, ſed definitâ tantùm ratione comprehenſibilem eum prædicamus.*)

Comprehenſio, onis: deprehenſio, perceptio (*quam apprehenſionem barbarè vocant,*) agnitio orationis ſeu periodus... cognitiones comprehenſioneſque rerum... comprehenſio & perceptio. . . (*itaque* comprehenſio *ſimpliciter non ſumitur pro abſolutâ comprehenſione, quæ perfectam notitiam rei omninò adæquet; ſed pro perceptione & quâlibet cognitione. cùm igitur Theologi diſputant an Deus comprehendi poſſit, ſic quærere debent, an abſoluta & perfecta divinæ naturæ comprehenſio, quæ ipſam Dei notitiam omninò adæquet, dari poſſit.*)

Comprehenſus, a, um: *perceptus.*

Compreſſiùs, *ſtrictiùs.* latiùs loquuntur Rhetores, Dialectici autem compreſſiùs, 2. *de Fin.* 17.

Comprimo, ere. (V. *App.*)

Comprobare, o: *approbo*, *laudo*, *collaudo.*

Comprobatio, onis, *approbatio.*

Comprobator, *approbator.*

Comprobatus, a, um: *deprehenſus*, *approbatus.*

Compromiſſum, i. (V. *App.*)

Compromitto, *compromiſſum facio.*

Compulſus, a, um.

Computare, o: *ſubduco*, *ad calculos revoco.*

Computatio, onis: (*Plin.*) calculus, rationes.

* *Computus*, *i*, ratio ſumtuaria.

* *Concauſa*, cauſa adjuvans, ſeu comes ac ſocia quædam.

Concedo, ere: *ignoſco*, *condono*, *cedo*, *permitto*, *licentiam do &c.* (V. *App.*)

Concelebror, ari: concelebratus, a, um. (V. *App.*)

Concentio, onis: concentus, ûs: *harmonia cantûs.*

Conceptio, onis, & conceptus, ûs, *conceptionem animalium & terræ ſignificat, non autem mentis perceptiones. præterea* conceptio *à Juriſconſultis pro formulâ uſupatur:* ibi enim omnis conceptio judiciorum conſtituitur, 2. *Rhet.* 58.

Conceptus, a, um: *meditatus*, *cogitatus*, *perceptus*, *genitus.* conceptum ac meditatum, *de Aruſp.* 55. habere benè cognitam voluptatem & ſatis firmè conceptam animo & comprehenſam, 2. *de Fin.* 6. verbis conceptis, *hoc eſt, ad litteram expreſſis.*

Concerno, ere: *video*, *cerno:* (*non autem* pertinere *ſignificat.*)

* *Concerno*, pertineo, ſpecto.

Concertandum, *diſceptandum.*

Concertatio, *certamen*, *contentio.* (V. *App.*)

Concertatorius, *contentioſus.*

Concerto, are: *pugno*, *contendo*, *diſcepto.*

Conceſſio, onis: *actus concedendi.*

Con-

Conceſſum, i: *&* conceſſus, ùs: *licentia*, *permiſſio*, *poteſtas*.
Concidere, o, *à verbo*, cado, *aliud eſt*, *ac* concidere, *à verbo*, cædo.
Conciliabulum, i.
Conciliandus, a, um: *cogendus*, *colligendus*, *comparandus*, *acquirendus*.
Conciliatio, onis: *communio inter ſe*, *comparatio*, *captatio*.
Concilio, are: *acquiro*, *paro*, *comparo*, *reconcilio*, *devincio*, *benevolentiam conjungo*: (*ne dicas*, *conciliare aliquem cum aliquo*, *ſed inter ſe*, *vel alicui*. (V. *App.*)
Concilium, ii: *cœtus*, *congregatio*, *comitia*, *conventus*, *concio*, *conſilium*. in deorum concilium vocari... in concilio deorum fuiſſe... in concilio deorum admitti... ex deorum concilio... ſecludi à concilio deorum... convocare concilium... concilia cœtuſque hominum... in omni cœtu conſilioque... conventicula & quaſi concilia quædam... (V. *App.*)
Concinere, o: *ſimul cano*, *convenio*, *quadro*. videſne, ut hæc concinant &c.
Concinnè, *pulchrè*, *facetè*.
Concinnitas, tis: concinnitudo, inis: *numeroſa compoſitio*, *condecentia*.
Concinno, are: *adorno*, *aptè compono*.
Concio, onis: *conventus vel multitudo hominum*, *corona*, *concilium*, *ſcena*. advocare concionem... concio conventuſque civium...
Concionalis clamor.
Concionarius populus.
Concionator, oris.
Concionor, ari: *concionem habeo*.
Concipio, ere: *generare*, *gignere*, *ſemen excipere*, *&* *tranſlatè ſignificat etiam*, *comprehendere*, *colligere*, *accipere*, *ſuſcipere*, *admittere*, *percipere animo*. (V. *App.*) *&* *verbum*, ſuſcipere.
Concitare, o: concitatus, a, um: concitatio. (V. *App.*)
Concitus ad iram.
Conciuncula, æ.
* *Concivis*, civis.
Conclave, is: *cubiculum*, *triclinium*.
Concludo, ere: *peroro*, *efficio*, *infero*, *complector*, *colligo*. (V. *App.*)
Concludi, or: *inferri*, *colligi*, *terminari*, *claudi*. (V. *App.*)
Concluſè, *definitè*, *circumſcriptè*.
Concluſio, onis: *clauſula*, *peroratio*, *complexio & argumentatio ipſa*. (V. *App.*)
Concluſiuncula, æ: fallaces concluſiunculæ.
Concœnatio, onis. Græci convivium tum compotationem, tum concœnationem vocant, *de Senect.* 45.
Concoctio, (*Plin.*) digeſtio.
Concoquo, ere: *digero*, *&* *tranſlatione*, *vinco*, *ſtrenuè fero*. (V. *App.*)
* *Concordantia*, concentus, concentio, concordia, conſenſus.
Concordia, *conſenſus*, *conſpiratio*. pax & concordia... conſpiratio & concordia... reconciliatio concordiæ... conſtitutâ concordiâ. (V. *App.*)
Concordiſſimè. quîcum concordiſſimè vixerat, *Cic.*
* *Concorditer*: concordiſſimè conjunctis ſententiis, unâ mente unoque conſenſu.
Concordo, are: *conſentio*, *congruo*.
Concors, concordiſſimus... concordi quâdam amicitiâ & charitate. (V. *App.*)
Concreditus, a, um: *commiſſus*, *commen-*

 men-

Digitized by Google

mendatus.

Concredo, ere: *credo, commendo: Gallicè, confier.*

Concreſco, ere. (V. *App.*)

Concretio, onis: *compoſitio.* corporum concretio... ſegregatus ab omni concretione mortali. (V. *App.*)

Concreta, orum: (*à Scholaſticis dicuntur res, quæ ipſam vim & naturam una cum ſuâ materiâ, aut quaſi materie, in quâ exiſtunt, complectuntur. quibus opponuntur abſtracta, ſic enim illi efferunt, hoc eſt, vis quædam, & ratio, aut virtus, à materiâ aut quaſi materie in qua recipiatur per mentem ſevocata. ſic, albus, alba, album, hoc eſt, habens candorem, concretum eſt. candor autem eſt quid abſtractum.*)

Concretus, a, um: *mixtus, conflatus, coagmentatus.* (V. *App.*)

Concubius, a, um: concubiâ nocte.

Conculcare, o.

Concumbere, o, concubo, are. ſi peperit, cum viro concubuit.

* *Concupiſcentia, æ:* (*Tertullianus*) libido, cupiditas, intemperantia, concupiſcendi vis.

* *Concupiſcentia habitualis:* homini ingenerata cupiditas, innata cupiditas, innata libido, ingenerata concupiſcendi vis à rectâ ratione averſa, congenita quædam intemperantia, incontinentia... & omnium perturbationum arbitratus eſſe matrem immoderatam quamdam intemperantiam, 1. *Acad.* 37. naturalis cupiditas à rectâ ratione deficiens, ſeu rationem præcurrens, nativus concupiſcendi habitus.

* *Concupiſcentia actualis, ſeu concupiſcentiæ motus:* libido, cupiditas, commotio, appetitio... ſedare omnes appetitus, 1. *Off.* 103. efficiendum eſt ut appetitus rationi obediant &c. 1. *Off.* 101. appetitus rationi pareat, 1. *Off.* 141. appetitum rationi obedientem præbeamus, 1. *Off.* 132. cupiditatum ardore reſtincto... indomitæ atque effrænatæ animi cupiditates... domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, 1. *de Orat.* 194. inter omnes convenire oportet commotiones animorum à rectâ ratione averſas, eſſe vitioſas, 4. *Tuſc.* 61. temperantia eſt moderatrix omnium commotionum, 5. *Tuſc.* 42. libido eſt impetus quidam animi non rectus, 2. *Rhet.* intemperantia eſt à rectâ ratione defectio, ſic averſa à præſcripto rationis, 4. *Tuſc.*

Concupiſcere, o: *cupio, expeto.*

Concurrere, o: *convenio, convolo. Scholaſtici etiam ſic aïunt; Deus concurrit cum cauſis ſecundis; ſed barbarè loquuntur. Latinè dicas,* Deus creatas cauſas adjuvat & iiſdem etiam dat principium motionis.

Concurſatio, onis: concurſare, o. (V. *App.*)

Concurſio, onis, *concurſus.* (V. *App.*)

Concurſus, ûs: *conventio, motus quo concurritur, converſio, conflictus. diligenter autem obſervandum, aut motu, aut conflictu concurſum fieri, nec ad ſignificandum cauſæ adjuvantis acceſſum à Cicerone transferri. concurſus igitur cauſæ ſic enunciandus eſt:* cauſæ adjuvantis acceſſio, ſeu acceſſus: cauſa adjuvans, & efficiendi ſocia quædam. cauſæ adjuvantes... conficiens autem cauſa, alia eſt abſoluta & perfecta per ſe. alia aliquid adjuvans & efficiendi ſocia quædam, *Partit.* 94.

Con-

Digitized by Google

Condecentia, decorum, concinnitas, ornatus.

Condemnatus, a, um.

Condemno, are, damno. (V. *App.*)

Condenſo, are, (*Colum.*) *conſtipo.*

Condere, o: *abſcondo*, *repono*, *conſtituo*, *conſtruo*, *facio*, *compono*. condere leges... condere poema... condere carmen... qui urbes condiderunt...

* *Condeſcendere*, in alicujus ſententiam abire.

Condico, ere: *dicto convenio*, *ſignifico*, *denuncio.*

Condiſcipulus. cum Ariſtoxeno æquali & condiſcipulo ſuo, 1. *Tuſc.* 41.

Condiſco, ere: diſco.

Conditio, onis: *condimentum* (*cùm à verbo*, *condire*, *io*, *ducitur*) *aliàs*, *modus*, *ratio*, *lex*, *pactum*, *pactio*, *conventio*, *fortuna*, *ſtatus*. (V. *App.*) eâ conditione, ſi &c.

* *Conditio ſine quâ non* (*ut Scholaſtici efferunt.*) cauſæ, ſine quibus confici non poſſit... ea ſine quibus &c... id ſine quo &c. quæ præcurſionem quamdam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per ſe adjuvantia, etſi non neceſſaria, *Cic.* adjuvantia cauſarum: quæ rerum adjuvant cauſas.

* *Conditionalis*, *e*: connexus, copulatus, aſſumtivus, confatalis, confatalia.

* *Conditionaliter*: eâ conditione, ſi &c... cum conditione... cum adjunctione... eâ lege &c. cum aliquâ exceptione, non ſine exceptione.

Conditor, oris: *qui cibos condit*, *cocus.*

Conditor, oris, (*Plaut. Ovid.*) creator, procreator mundi deus... molitor, architectus.

Condocefacio, *condoceo*, *commoneo.*

Condocefactus, *doctus*. belluæ domitæ & condocefactæ, 2. *de Nat.* 161.

* *Condolentia*, *æ*, *συμπάθεια*, pietas.

Condonare, condonatio. (V. *App.*)

Conducit, conducere: *utile eſt*, *convenit*. hoc maximè Reip. conducit &c... rationibus noſtris conducere videtur &c... quæ & ſaluti tuæ conducere arbitratus ſum &c... ea maximè conducunt, quæ ſunt rectiſſima...

Conduco, ere: *ſimul duco*, *congrego*, *ad tempus redimo*, *operam alicujus emo.* (V. *App.*)

Conductio, onis: *redemtio*, *collectio.*

Conductor, oris, *redemtor.*

Conduplicari, or. tenebræ conduplicantur &c.

Confatalis, e. copulata enim res eſt & confatalis, *de Fato* 30. hæc, ut dixi, confatalia, ille appellat, *ibidem.*

* *Confabulatio*, colloquium, collocutio.

Confectio, *abſolutio*, *perfectio*, *compoſitio*, *comminutio*. confectio hujus libri... annalium confectio... annales conficere... confectio hujus belli... confector, oris: *qui conficit*. confectrice omnium vetuſtate...

Confectus, a, um: *perfectus*, *tranſactus*, *conſumtus*, *affectus*. (V. *App.*)

Conferendus, a, um: *comparandus*, *exæquandus.*

Confero, ere: *comparo*, *collationem facio*, *exæquo*, *aggrego*, *aduno*, *comporto*, *adhibeo*, *impendo*, *communico*, *tribuo*, *transfero &c.* (V. *App.*)

Confertus, a, um: plenus, refertus. (V. *App.*)

* Con-

* *Confeſſarius*, eſſe alicui à confeſſionibus.

Confeſſio, onis: confitentis actio... confeſſione errati ſui, 1. *de Divin.* 33. ſit erranti medicina confeſſio, *ad Oct.* rerum obſcuritas ad confeſſionem ignorationis adduxit Socratem, 1. *Acad.* 43. in confeſſione facti defenſio juris ſuſcipi poteſt, *pro Mil.* 15.

Confeſtim, *illicò*, *ſtatim*. (V. *App.*)

Conficere, io. (V. *App.*)

Conficiens, tis: efficiens. (V. *cap.* 8. *de cauſis pag.* 51.)

Conficientiſſimus, a, um: civitas conficientiſſima literarum, *pro Flac.* 44. (*cujuſmodi eſt Pariſienſis Academia.*)

Conficitur: *colligitur*, *ſequitur*, *efficitur*, *concluditur*. ex quo conficitur, ut ſi &c.

Confictio, onis: *machinatio*, *fraudulenta excogitatio*.

Confictus, a, um: *fictus*. conficta fabula... hæc conficta arbitror à Poëtis &c.

Confidens, tis: *audax*, *temerarius*: *Gallicè*, *effronté*.

Confidenter, confidentiùs, confidentiſſimè. (V. *App.*)

Confido, ere: *audeo*, *non timeo*.

Confidentia, *impudentia*, *audacia*.

Confieret, conficeretur. (V. *App.*)

Confingo, *fingo*. (V. *App.*)

Confinis, e: vicinus, finitimus.

Confinium, ii: *finis*.

Confirmatio, onis. (V. *App.*)

Confirmator, oris: *Gallicè*, *un homme qui répond*, *qui aſſûre*, *qui ſe rend caution*. ſequeſter & confirmator pecuniæ deſideratur, *pro Cluent.* 72.

Confirmo, are: affirmo, aſſevero, promitto, ſtabilio, firmum reddo, probo, comprobo... noſtra confirmare rationibus & argumentis, deindè contraria refutare, 2. *de Orat.* 80. confirmare aliquid exquiſitis rationibus, 1. *de Fin.* 30.

* *Confiſco*, *are*: publicè proſcribo... bona ejus cenſeo publicè poſſidenda, 11. *in A.* 15.

Confiteor: agnoſco, præ me fero, aſſevero. (V. *App.*) vir ſapiens peccatum ſuum, quod celari poſſet, confiteri maluit, 2. *de Nat.* 11. eſſe igitur deum confitendum eſt, 1. *de Nat.* 44.

Confixus, *transfixus*, *notatus*.

Conflatus, a, um: *compoſitus*, *coagmentatus*: *factus*, *paratus*. (V. *App.*)

Conflictio, onis: conflictus, contentio, quaſi concurſus... rerum inter ſe pugnantium conflictio, *Part.* 55. (V. *App.*)

Confligo, ere: *contendo*, *concurro*, *dimico*, *prælio decerto*. (V. *App.*)

Conflo, are: *conficio*, *cogo*. (V. *App.*) conflare invidiam alicui... quibus ex rebus conflatur & efficitur id, quod quærimus honeſtum, 1. *Off.* 14.

Confluens, tis: à confluente Rhodano caſtra movi, *Epiſt. l.* 10. *ep.* 35.

Confluere, o: *concurro*, *convenio*, *pervenio*, *fluo*.

Conformare, o: *compono*, *fingo*, *effingo*, *figuro*, *formo*. (V. *App.*)

Conformatio, onis: *forma*, *idea*, *compoſitio*, *exornatio*. (V. *App.*)

Confoſſus, *transfixus*, *necatus*.

* *Confrater*, frater.

* *Confraternitas*, *Gallicè*, *confrairie*. ſodalitas, coitio, collegium... ſodalitates me quæſtore conſtitutæ ſunt, *de Senect.* 45.

Confugio, ere. (V. *App.*)

Con-

Digitized by Google

Confundo, ere: *perturbo, miſceo, conturbo.* (V. *App.*) ea philoſophia quæ confundit vera cum falſis, 4. *Acad.* 61. an tu hæc ita confundis & perturbas, *pro Dom.* 127. omnia infima ſummis paria fecit, turbavit, miſcuit, 3. *de Leg.* 19. miſcere & turbare omnia, *de Aruſp.* 46.

Confuſè, *permixtè*, (opp.) *diſcretè, electè.* (V. *App.*)

Confuſio, onis: perturbatio. (V. *App.*)

Confuſus, a, um, perturbatus, permixtus, habens confuſionem. (V. *App.*)

Confutatio eſt contrariorum locorum diſſolutio, 1. *ad Heren.* 4.

Confuto, are: *refello, refuto, reprehendo, diluo, coarguo, infirmo, diſſolvo, redarguo, explodo, convinco, frango, adverſaria everto, tollo, occurro, falſum eſſe doceo.* (V. *App.*)

Congero, ere: *congrego, accumulo, comporto.*

Congiarium, ii: *imperatoris donum.* (V. *App.*)

Conglobatus, a, um: figura conglobata. (*ex conglobatis concludere*) ex conductionibus complecti, 1. *Rhet.* 74.

Conglobor, ari: *in orbem cogor, colligor.*

Conglutinatio, *conjunctio.*

Conglutino, as: conjungo, copulo, conflo, compono. (V. *App.*)

Congratulatio, onis.

Congredior, i: *convenio, pugno, colloquor.* (V. *App.*)

Congregabilis, e: *quod facilè congregatur, & amans ſocium.*

Congrego, are: colligo, contraho, aggrego.

Congreſſio, congreſſus, ûs: *colloquium, ſermo, pugna.*

* *Congruè*, congruenter.

Congruens, *aptus, accommodatus, conveniens, conſentiens*, (opp.) *repugnans, diſcrepans.* (V. *App.*)

Congruenter, convenienter... aptè congruenterque... congruenter naturæ convenienterque vivere.

Congruo, ere: *aptus ſum, conveniens, congruens*, convenio &c. (V. *App.*)

Congruus, a, um, (*Claud.*) congruens, (*orationem* congruam *ne dixeris, ſed Latinam & concinnam.*)

Conjectio, conjectus, ûs.

Conjector, oris: *ſomniorum interpres, portentorum vates.*

Conjectura, æ: *opinio, ſuſpicio, divinatio, auguratio, proviſio, exiſtimatio.* (V. *App.*)

Conjecturalis, e: *quod in conjecturis verſatur & ad conjecturales cauſas de factis pertinet.*

Conjicere, io: *conjecturâ aſſequor, conjecturam facio, interpretor, exiſtimo, aut confero, jacio, trudo, emitto.* (V. *App.*)

Conjugata, orum: *conjuncta.* conjugata dicuntur quæ ſunt ex verbis generis ejuſdem: ut ſapiens, ſapienter, ſapientia, *Top.* 12.

Conjugatio, onis: *locus ex conjugatione, id eſt, ex conjugatis.*

Conjugo, as: *conjungo.*

Conjuncta, orum. ex conjunctis ſic argumenta ducuntur, 2. *de Oratore* 167.

Conjunctim, conjunctè, conjunctiſſimè, (opp.) *ſimpliciter, ſeparatim.* conjunctè efferri, (opp.) ſimpliciter dici.

Conjunctio, onis: *copulatio, neceſſitudo, affinitas, cognatio, ſocietas, conſociatio, congregatio, convenientia: enuntiationis etiam genus, in quâ conjun-*

junctio adhibetur. (V. *App.*)
Conjunctus, conjunctior, conjunctiſſimus. (V. *App.*)
Conjungere, o. (V. *App.*)
Conjunx, gis: *particeps connubii.*
Conjuratio, *conſpiratio*, *conſenſio.*
Conjurator, oris.
Conjuro, are: conſentio, conſpiro.
Connecto, ere: *conjungo:* connecti, connectitur, connexum eſſe. (V. *App.*)
Connexio, onis, *de Orat.* connexum, ratio connexi.
* *Connexè*, cohærenter, contextè, conſertè.
Connexus, a, um: *nexus*, *aptus*, *conjunctus.* omnia inter ſe apta & connexa. . . ſic inter ſe pleraque ſunt connexa & apta...
Connexum, i: *enunciati & concluſionis quoddam genus.* ratio connexi, cùm conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere, 4. *Acad.* 96. ſi quod primum in connexo eſt neceſſarium, fit etiam quod conſequitur, neceſſarium, *de Fato* 14.
Connitor, i: nitor. (V. *App.*)
Connivendum, conniveo, ere, *diſſimulo.* (V. *App.*)
Connixus, a, um... ratio connixa per ſe, (*hoc eſt*, *firmior facta.*)
Connubium, ii: conjugium.
Conor, ari: *tento*, *experior*, *molior*, *enitor.* (V. *App.*)
* *Connumero*, *are:* numero, annumero.
Conſcientia, æ: *recordatio*, *animi quædam ratio*, *intimus ſenſus*, *vis & lex*, *à quâ & de rectè factis*, *& ſecùs*, *admonemur:* in omni vitâ ſuâ quemquam à rectâ conſcientiâ tranſverſum unguem non oportet diſcedere, *Att. lib.* 3. *ep.* 20. quare benè præcipiunt qui vetant quemquam facere quod dubites, æquum ſit, an iniquum, *Off.* (V. *App.*)
* *Conſcientioſus*, juſtus, Dei metuens.
Conſcius, a, um: *particeps*, *ſocius*, *teſtis.* conſcius autem mihi eram, nihil à me commiſſum eſſe, quod &c. etſi mihi conſcius ſum &c... ego mihi nullius culpæ conſcius ſum... (V. *App.*)
Conſcribo, ere: *ſcribo*, *compono.* inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere &c... (V. *App.*) milites conſcribere...
Conſcriptio, onis: *ſcriptio.*
Conſcriptus, a, um: *ſcriptus.*
Conſecratio, onis: *dedicatio.* conſecrationes fiebant aut à Pontificibus, aut à Tribunis plebis, *pro Dom.* 123. 124. (V. *App.*)
Conſecratus, a, um: *ſacer*, (opp.) *profanus.*
Conſecro, as: *dico*, *dedico*, *ſacro*, *religioſum facio.* (V. *App.*)
Conſectarius, a, um. illud verè minimè conſectarium &c. 4. *de Fin.* 50. nunc venio ad illa tua brevia, quæ conſectaria eſſe dicebas, *ibidem* 48. conſectaria me Stoicorum brevia & acuta delectant, 3. *de Fin.* 26. (*hoc eſt*, *breves ratiocinationes*, *quos ſyllogiſmos Scholaſtici appellant.*)
Conſecutio, onis: *conſequentia*, *connexum*, *ſeries...* ſimplex concluſio ex neceſſariâ conſecutione conficitur, 1. *Rhet.* 45. quæ *mens* & cauſas rerum & conſecutiones videat, 2. *de Fin.* 45. cætera ſeries deindè ſequitur majora nectens, ut hæc: ſi homo eſt, animal eſt, 4. *Acad.* 21.
Conſecutus, a, um: proximo, altero,

ro, tertio, denique reliquis conſecutis diebus &c...

Conſenſio, onis: omni in re conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt, 1. *Tuſc.* 30. omnium conſenſione... bonorum conſenſio... bonorum omnium conſenſio... maneatque ad unum omnium firma conſenſio. (V. *App.*)

Conſenſus, ûs: *conſenſio*, *conſpiratio*, *convenientia*. uno conſenſu... unâ voce & conſenſu approbavit... unâ mente unâque voce... omnes mortales unâ mente conſentiunt... hominum conſentiente auctoritate... hominum conſentiente auctoritate contenti non ſumus... cùm vos univerſi unâ mente atque voce... idem volunt omnes ordines... inter omnes convenit... arbitramur, conſenſu nationum omnium... aſſenſu omnium... omnium ordinum conſenſus... conſenſus omnium... cognatio naturæ & quaſi concentus atque conſenſus, quam συμπάθειαν Græci vocant, 2. *de Divin.* 34. conſpiratio conſenſuſque virtutum... V. *App.* (*nota plurium conſpirationem per conſenſum ſeu conſenſionem importari.*)

Conſentaneus, a, um: *aptus*, *conveniens*, *conſentiens*, (opp.) *diſſentaneus*. perſpicere quid in quâque re verum ſincerumque ſit, quid conſentaneum cuique, quid conſequens, 2. *Off.* 18. cùm &c. conſentaneum eſt, (*hoc eſt*, *ſequitur &c.*) non eſt autem conſentaneum &c... non id ſpectandum eſt quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere, 3. *Off.* 118. hæ diſciplinæ ſi ſibi conſentaneæ eſſe velint &c. 1. *Off.* 6. ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus, 2. *de Orat.* 170. cùm his ea conſentanea & conſequentia ſint &c. 3. *de Fin.* 48. ejuſque mors conſentanea vitæ fuit... (V. *App.*)

Conſentiens, *conveniens*, *conſpirans*. cujus de laudibus omnium eſt fama conſentiens, *de Senect.* 61. tam conſentientibus ſenſibus... (V. *App.*)

Conſentio, is: *idem ſentio cum aliquo*, *congruo*, *convenio*, *conſpiro*, *conſentaneus ſum*. de amicitiæ utilitate omnes uno ore conſentiunt, *de Amic.* 88. unâ & mente & voce conſentiunt, 1. *in Anton.* 21. cauſa in quâ omnes ordines civitatis unâ conſentiunt, *pro Seſt.* 109. omnes mortales unâ mente conſentiunt &c. 4. *in Anton.* 7. atque his principiis reliqua conſentiebant, 1. *in Anton.* 1. conſentire ſibi, conſentire ſecum, (*hoc eſt*, *conſtare ſibi.*) V. *App.* (*una autem voluntas* conſentire *non dicitur*, *ſed* aſſentire, *vel* aſſentiri, *quia* conſentire *eſt idem ſentire cum aliquo alio*, *&* conſenſus *eſt plurium conſpiratio.*)

Conſequens, *inſequens*, *futurus*, *quod conſequitur*, (opp.) *repugnans*, *primum*. cernere conſequentia, repugnantia videre... quæque non ſint conſequentia... cùm conſequens aliquod falſum ſit, illud cujus id conſequens ſit, non poſſe eſſe verum... alia ex antecedentibus appellantur, alia ex conſequentibus, alia ex repugnantibus... ut efficiatur quod ſit conſequens iis quæ ſumentur... vitium eſt conſequentia reprehendere, cùm prima conceſſeris... contrariorum contraria ſunt conſequentia... (V. *App.*)

Conſequentia, æ: *nexus*, *ſeries rerum*, *aut connexio verborum : ſed pro conſectario vix ſumitur :* conſequens *autem*, *&* conſequentia, ium, *pro*

connexo & conſectario Latinè uſurpantur.

Conſequenter, (*Ulpianus*) conſentaneè, congruenter, convenienter, deinceps.

Conſequor, i: *adipiſcor*, *aſſequor*, *obtineo*, *retineo*, *ſequor*, *perſequor* &c. quod conſequitur... ex quo illud naturâ conſequitur, ut &c. (V. *App.*)

Conſertè: *conjunctè*: conſertè contextéque. (V. *App.*)

Conſervatio, onis: tuitio. natura partes habet duas, tuitionem ſui & ulciſcendi jus, *Top.* 9.

Conſervator, *ſervator*, *præſes*, *cuſtos*. (V. *App.*) conſervatrix, *ibid.*

Conſervo, as: *ſervo*, *tueor*, *cuſtodio*, *retineo*, *reſervo*, *foveo.*

Conſervus, i: conſervos & diſcipulos &c. (V. *App.*)

Conſeſſor, oris, *aſſeſſor*, *qui alteri aſſidet.*

Conſeſſus, ûs. in conſpectu conſeſſuque veſtro... à cunctо conſeſſu plauſus multiplex eſt factus... (V. *App.*)

Conſideo, ere: *ſimul aſſideo*, *maneo*, *moror*, *minuor*, *ſedor*. ardor animi conſedit... omnis quæ me angebat de Rep. cura conſedit. (V. *App.*)

Conſiderandum eſt &c. hìc conſiderandum erit, ne quid &c. deindè conſiderandum eſt &c. in quo ipſo conſiderandum eſt &c. ſed cavendum, ne &c. atque etiamſi conſiderare volumus &c. intelligemus... illud autem præterea conſiderare oportebit, ne &c... in &c. conſiderare oportet... deindè poſtremò attendendum eſt, nùm &c. hæc erunt conſideranda, nùm &c... de evertendis autem &c. valdè illud conſiderandum eſt &c. atque erit obſervandum diligenter, ne &c... quare obſervare diligenter oportet &c. oportet autem animadvertere, ne &c. videndum &c.

Conſiderantia, æ: conſideratio, onis, circumſpectio, animadverſio. (V. *App.*)

Conſideratio contemplatioque naturæ... ſin ex circumſpectione aliquâ & accuratâ conſideratione &c.

Conſideratus, a, um: proviſus, meditatus, deliberatus... ratio benè conſiderata... ratiocinatio eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio, 2. *Rhet.* 18. via conſiderata atque proviſa... nihil feci non diù conſideratum & multò antè meditatum... illud conſiderati hominis eſſe putamus non contendere &c... factum quod paulò minùs conſideratum videatur... (V. *App.*)

Conſidero, as: *reputo*, *cogito*, *commentor*, *animadverto*, *circumſpicio*; *conſpicio*, *ſpecto*, *exiſtimo*, *contemplor*, *intueor*, *attendo*, *expendo*, *pondero* &c. conſiderate cum animis veſtris voſmetipſi... unaquæque conſtitutio ex ſe & ex ſuâ naturâ conſideratur, 1. *Rhet.* 14.

Conſignare, o: *obſigno*, *ſigno*, *firmo*. litteris conſignare... publicis literis conſignare. (V. *App.*)

Conſiliarius, ii: *auctor*, *præſcriptor*, *qui conſilium dat.* conſiliario quidem & auctore veſtiario... intereà amici & conſiliarii ejus... tu me conſiliario... ſi me à meis conſiliariis proditum & projectum vides... à ſuis conſiliariis...

Conſilium, ii: *deliberatio*, *cogitatio*, *conſultum*, *ſententia*, ſenatorum *cœtus*, *ſeu concilium*, *inſtitutum*, *propoſi-*

poſitum... conſilium eſt aliquid faciendi non faciendive excogitata ratio, 2. *Rhet.* 31. capere conſilium, dare conſilium... commune conſilium, ſummum conſilium... ſi apud hoc conſilium ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur, *pro Qu.* 5. de conſilii ſententia pronunciat, pronunciant... advocare conſilium vel concionem... in conſilium ire... dimittere conſilium. (V. *App.*)

Conſimilis, e. (opp.) diſſimilis, e.

Conſiſtit in &c. conſiſtebat in &c. habitus in aliquâ animi abſolutione conſiſtit... omne bonum in unâ voluntate conſiſtit... omnis auctoritas Philoſophiæ conſiſtit in beatâ vitâ comparandâ, 5. *de Fin.* 87. primus ille locus in veri cognitione conſiſtit... ſalus Reip. in unius mortalis animo conſiſtit... in cujus cauſâ Reip. ſalus conſiſtebat... (*cernitur in &c. vertitur in &c. pro, conſiſtit in &c.*) virtus ferè omnis in tribus rebus vertitur... ſitum eſſe in &c... ſitam cenſebant in &c... poſitum eſt à noſtris in iis rebus &c.

Conſiſto, ere, *conſto, commoror, ſubſiſto, pendeo.*)(V. *App.*)

Conſociatio, ſocietas, communio. (V. *App.*)

* *Conſocius, ii:* ſocius.

* *Conſodalis:* ſodalis, ſocius, amicus.

* *Conſonare, o:* conſentio, convenio, reſpondeo.

Conſonus, a, um, *conveniens.*

Conſors, *particeps, ſocius, Gallicè, complice.* ſocium & conſortem glorioſi laboris amiſeram... conſorti quidem in lucris atque furtis...

Conſortio, onis: *conſociatio.* diſſolvatur neceſſe eſt omnis humana conſortio, 3. *de Off.* 26.

Conſortium, (*Celſus*) conſortio, conſociatio.

Conſpectus, ûs: *aſpectus, præſentia.*

Conſpicio, *aſpicio, conſidero, video*... ut conſpiciatis eum mentibus veſtris, quem oculis non poteſtis, *pro Corn.* 47.

Conſpirare, o: *conſentio.* mirabiliter omnium generum atque ordinum conſenſus ad liberandam Rempublicam conſpiravit. (V. *App.*)

Conſpiratio, onis: conſenſus, conjuratio... hæc conſpiratio & concordia omnium ordinum... conſpiratione hominum atque conſenſu... conſpiratio conſenſuſque virtutum... ſceleratiſſima conſpiratio... tanta conſpiratio bonorum... (V. *App.*)

Conſponſor, oris: *qui cum alio ſpondet, Gallicè, un homme qui eſt caution conjointement avec un autre.* (V. *App.*)

Conſtans, conſtantiſſimus: *firmus, ſtabilis, gravis, perpetuus, æquabilis.* firmus & ſtabilis & conſtans amicus... conſtans & perpetua ratio vitæ... mea perpetua atque conſtans voluntas in Remp... fortis animi & conſtantis eſt non perturbari in rebus aſperis... (V. *App.*)

Conſtanter, *fortiter, æqualiter, perpetuò:* conſtanter & perpetuò... æqualiter conſtanterque... ſibi conſtanter convenienterque dicere... conſideratè conſtanterque... (V. *App.*)

Conſtantia, æ... perpetua conſtantia... conſtantia & ſtabilitas... conſtantia & firmitas... fundamentum juſtitiæ eſt fides, id eſt, dicto-

Digitized by Google

dictorum conventorumque conſtantia & veritas, 3. *Off.* 23.

Conſtare, o: *componor*, *fio*, *conſtituor*: *convenio*, *congruo &c.* (V. *App.*)

Conſtat, (*pro*, liquet, patet, perſpicuum eſt. V. *App.*)

* *Conſtellatio*: ſitus cœli & ſtellarum.

* *Conſtructor*, architectus, qui conſtruit, effector.

Conſtruere, o: conſtrui, conſtructus, a, um. (V. *App.*) Plato conſtrui à Deo atque ædificari mundum fecit, 1. *de Nat.* 19.

Conſuaſor, oris... auctore & conſuaſore Nævio, *pro Qu.* 18.

Conſueſcere, o. quo conſueverat... quibus conſueverat... quo conſuevit... conſueſcamus mori... ut conſuevi... qui &c. conſuevit... ſi conſueris. (V. *App.*)

Conſuetudo, *mos*, *inſtitutio*, *uſus*, *convictus*. (V. *App.*)

Conſul, ulis; conſules, conſulatus, ûs. (V. *App.*)

Conſulo, ere: *conſilium peto*, *delibero*, *refero*, *conſilio & operâ adjuvo*. (V. *App.*)

Conſultatio, *deliberatio*... quaſi aliquam in conſultationem res veniat... veniunt in deliberationem & conſultationem... quæſtio infinita & quaſi propoſita, conſultatio nominatur, 3. *de Orat.* 107.

Conſultò, *cogitatò*, *deditâ operâ*, *de induſtriâ*. conſultò & cogitatò...

Conſultor, oris: *conſulens*: conſultoribus reſpondere. (V. *App.*)

Conſultum, i: decretum, ut ſenatuſconſultum... ſententiæ & conſulta... facta & conſulta fortium & ſapientum monumentis prodere, 1. *de Leg.* 62.

* *Conſummatus*, *a*, *um*. abſolutus, perfectus... ingenio præſtanti & eruditione perfectâ...

Contemplatio, onis: *conſideratio*, *mentis agitatio*, *cognitio*. conſideratio contemplatioque naturæ... cognitio contemplatioque naturæ... hæc res magnâ ac diligenti contemplatione digniſſima. (V. *App.*)

Contemplativus, (*Senec.*) ſpeculator, contemplator, cogitationi & cognitioni deditus.

Contemplator cœli.

* *Contemptibilis*, *e*: contemnendus, contemptiſſimus... homo contemptus & abjectus...

Contemptio, onis: contemptus, ûs, deſpicientia, deſpectio... contemptio rerum humanarum... mortis contemptio... totam vim benè vivendi in rerum humanarum contemptione ac deſpicientiâ ponamus, *Tuſc.* 95.

Contendere, o: *nitor*, *conor*, *enitor*, *curo*, *laboro*, *pugno*, *certo*, *confligo* &c. eniti & contendere, animo contendere, contendiſſe... contende, quæſo, atque elabora, ut &c... contendere *cum aliquo*, *adversùs aliquem*, *contra aliquem*. (V. *App.*)

Contentè, contentiùs: *vehementer*.

Contentio, onis: certatio, controverſia, luctatio, certamen, pugna, dimicatio, contentio animi. (V. *App.*)

Contentioſus, (*Plin. junior*) pugnax.

Contextè, *conjunctè*.

Contextus, ûs: *complexio*, *compoſitio*. ſed in toto quaſi contextu orationis hæc erunt illuſtranda maximè, *Partit.* 82.

* *Contiguus*: contingens: quæ inter ſe pænè contingunt.

Con-

Continens, entis: *junctus, adjunctus, affixus, proximè conjunctus, temperans:* proxima & continens cauſa... aër mari continens eſt... continentia cum ipſo negotio ſunt ea quæ ſemper affixa videntur eſſe ad rem...

Continenter: *ſemper & ſine intermiſſione, Gallicè, ſans ceſſe.* quia continenter labuntur & fluunt omnia, 1. *Acad.* 32.

* *Contingens:* fortuitus. intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem, *de Fato* 19.

Continuatus, a, um, continuus, continens.

* *Continuè*, ſine intermiſſione, continenter, uſque, aſſiduè.

Continuitas, atis, (*Plin.*) continuatio, perpetuitas.

Contra, *adverſùm, adverſùs, in hoſtili modo.* contra, atque... contra, quàm... contra, ac &c... ſi hæc omnia contra ac dico &c... contra ac dicat... contra ac dicta ſunt... contra ac liceret... ſed contra atque oporteret...

* *è Contra:* contra, & contra, contraque, è regione, ex contrariâ parte, contrariâ de parte, ex contrario, è contrario, potiùs, imò.

Contractio, onis: *brevitas:* contractiuncula, æ. (V. *App.*)

* *Contractus, ûs:* res contracta, rerum contractarum fides, pactio, conditio, ſtipulatio, pacta & conventa, fundamentum juſtitiæ eſt fides, id eſt, dictorum conventorumque conſtantia & veritas, 1. *Off.* 23. multæque cum multis res rationeſque contractæ, 1. *Off.* 53. nomina facere, contrahere... tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium... pacti & conventi formula, *Gallicè, la forme d'un contrat.* nexus, ûs, nexum, i.

Contractus, a, um: *brevis, adſtrictus, collectus, admiſſus, patratus, factus.* ea eſt à nobis contracta culpa... quæ eorum culpâ contracta ſunt... hoc quidem ſuſcepto atque contracto... res rationeſque contractæ. (V. *App.*)

Contradicens, tis. catervæ veniunt contradicentium, 1. *Tuſc.* 77.

Contradicere, o: diluere ea, quæ contradicuntur, quæ contradici poterant... contra autem qui dicat... contra ac dicta ſunt... ſed pugnare nolo... *hoc eſt, contradicere nolo.*

Contradictio, onis, (*Quintil.*) refutatio, confutatio, *vel utendum eſt verbo*, contradicere... ſine controverſia...

* *Contradictor, oris:* contradicens, contradicentes, interpellator... nullo refellente... ſine interpellatoribus, 3. *Off.*

* *Contradictoria:* contraria, maximè disjuncta atque contraria, pugnantia, repugnantia, negantia, diſparata, contraria enunciatio, è contrariis disjunctio; (*hæc eſt propoſitio contradictoria, ut aïunt Scholaſtici.*)

* *Contrariantur ſibi*, ſunt ſibi contraria.

Contrariè, *repugnanter...* contrariè ſcriptum, aut ambiguè... verba relata contrariè, 2. *de Orat.* 263.

* *Contrarietas, atis:* quod eſt contrarium, quod contradicit, contradicendi ſeu pugnandi animus, pervicacia, contumacia.

*Con-

* *Contrariò*, contrariè.

* *Contrarior*, *ari:* contradico, adverſor, confligo, repugno, contrarius ſum.

Contrarius, a, um: *adverſus*, *adverſarius*, *pugnans*, *diverſus*. locus eſt, qui à contrario dicitur. contrariorum autem genera ſunt plura: unum eorum quæ in eodem genere plurimùm differunt, ut ſapientia, ſtultitia... hæc quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur adverſa, (ut celeritati tarditas) *Top*. .. ſunt etiam valdè contraria alia, quæ appellantur negantia (ſeu maximè disjuncta atque contraria, diſparata, contraria ea dico, cùm alterum ait, alterum negat.)... ſunt etiam alia contraria, quæ privantia licet appellemus Latinè, (*ut lux & tenebræ; viſus & cæcitas*.) poſtremùm alia quoque ſunt relatè contraria, velut ea quæ cum aliquo conferuntur: ut duplum, ſimplum; multa, pauca; longum, breve; majus, minus, *Top*.

Contraſcriptum, i: *refutatio ſcripto facta*. (V. *App*.)

Contravenio, is: *adverſor*, *pugno*. (V. *App*.)

* *Contribulis*, tribulis.

* *Contributio*, *onis:* tributum, tributi confectio, æquabilis tributio.

Contriſto, are, *mœrore afficio*.

* *Contritio*, *onis*, (*à Scholaſticis ſic dicitur dolor de peccatis admiſſis, cum propoſito non peccandi de cœtero. hujuſmodi enim dolore cor contritum eſt. duplex autem contritio diſtinguitur, alia perfecta, quæ ex charitate elicitur; alia imperfecta, vel ob ipſam turpitudinem peccati, vel propter gehennæ metum, quæ attritio vocatur*.)

Contritus, a, um: *pervulgatus*, *communis*, *conſumptus*. communia & contrita præcepta... (V. *App*.)

Controverſari, or: *contendo*, *litigo*.

Controverſia, æ: *diſceptatio*, *contentio*, *diſcrimen*, *pugna*. (V. *App*.)

Controverſus, a, um: *litigioſus*, *dubius*. controverſum jus noſſe... controverſa cauſa... res controverſa & plena diſſenſionis inter doctiſſimos... ſed iſti ſumunt pro certo, quod dubium controverſumque ſit. (V. *App*.)

* *Controvertitur*, ambigitur, in controverſiam vocatur, venit.

Conturbatio eſt metus excutiens cogitata, 4. *Tuſc*. 19.

Conturbo, are: *perturbo*, *confundo*.

Convenæ, arum: *qui ex diverſis locis in una mœnia conveniunt*.

Convenienter, *congruenter*, *ſecundùm*.

Convenientia, æ: conjunctio, cognatio, quaſi concentus atque conſenſus. (V. *App*.)

Convenio, ire: *congruo*, *aptus vel conveniens ſum*, *adeo ad aliquem*, *ad aliquem venio*. (V. *App*.)

Convenit, *decet*, *conducit*, *conſtat*, *decretum eſt*. inter omnes convenit, convenire oportet... ut inter eos qui ambigunt, conveniat, quid ſit id de quo agatur... cùm factum convenit, ſed jure an injuriâ factum ſit, quæritur... niſi inter eos convenit, quid ſit illud &c... (V. *App*.)

Conventiculum, i.

* *Conventio*, *onis:* conventus, ùs, pactum, conventum, ſtipulatio.

Conventum, i. pactum, conventum, ſtipulatio, *Part*. 130. pacta, conventa, ſtipulationes, 2. *de Orat*. 100. dictorum conventorumque conſtantia,

1. *de*

Digitized by Google

1. *de Off.* 23. facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſita, *ibidem* 95.

Conventus, a, um: *ad quem quis adit.*

Conventus, ûs: *conventum, pactum.* ex pacto & conventu. (*præterea, cœtus, turba, concio, multitudo hominum unum in locum congregata.*) conventum agere... conventus celebrari... celeberrimo conventu... in magno conventu. (V. *App.*)

* *Converſari, or*: verſor, conſueſco, colloquor, multùm ſum cum aliquo, multùm utor, aliquem mecum ſemper habeo... ut Deus aliquis cœtus hominum adeat verſeturque in terris, *de Ar.* 62.

* *Converſatio, onis:* conſuetudo, uſus, convictus, collocutio, colloquium, congreſſus, dialogus, ſermonis communicatio.

Converſio, onis: *circumvectio, mutatio, viciſſitudo, orationis ambitus.* (V. *App.*) *Scholaſticis transfertur converſio ad ſignificandam mutationem conſilii in pœnitente.* optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii, 12. *in Anton.* 6.

Converſans. animus ſe ipſe converſans, *de Univ.* 23.

Converſus, a, um: *circumvectus, mutatus, directus ad, traductus.* (V. *App.*) orationes è Græco converſæ, *de Opt.* 18. neque ſunt converſa de Græcis, 1. *de Fin.* 6. carmina converſa, 2. *de Nat.* 104.

Converto, *commuto, traduco, refero.* (V. *App.*) convertere Græca in Latinum... è Græco in Latinum convertimus...

* *Converti, ſeu duci ad convertentiam;* reciprocari.

* *Convicior, ari:* conviciis inſector, convicium facio, contumeliis vexo, inſequor, contumeliam in aliquem jacio, verborum contumeliis lacero &c.

* *Convictio, onis:* perſuaſio, ſeu cùm quis redarguitur & convincitur.

* *Convivo, ere:* ſimul vivo.

* *Coordinare, o,* ordine locare, ſimul ordinare.

* *Copia*, Gall. *copie*, exemplum, apographa, exſcripa, orum.

Copula, æ, (*Ovid.*) copulatio, complexus venereus, commiſcere corpora.

Copulatio, onis, *conjunctio, compoſitio.*

* *Copulativa propoſitio:* conjunctio.

Copulatus, a, um: *conjunctus, compoſitus, congruens.* quædam ſunt in rebus ſimplicia, quædam verò copulata, *de Fat.* 30. (V. *App.*)

Copulo, are: *jungo, adjungo.*

Cor, dis. (V. *App.*) cordi eſt, eſſe.

* *ex toto Corde*, ex toto pectore, ex animo.

* *Cordialiter*, ex animo.

Corollarium, ii: appendix, acceſſio, additio, quaſi lucrum.

Coronare, o: coronam ſeu diadema impono, pono, regnum defero. Coronatus, a, um.

Corporatus, a, um, corporeus, a, um. mundus cernitur & tangitur & eſt undique corporatus, *de Un.* 4. Deus omne quod erat concretum & corporeum ſubſtravit animæ, *de Univ.* 23. corporeum & aſpectabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt, *de Univ.* 2.

Corpus, oris. corpus & qualitatem nominabant Academici id quod ex materie & formâ conſtat, 1. *Acad.* 24.

24. (V. *App.*)

Corpuſcula, orum, *atomi.* (V. *App.*)

* *Correctè*, emendatè.

Correctio, onis: *emendatio, temperatio, exornatio oratoria.*

Corrector, *cenſor, emendator.* corrector atque emendator...

* *Correlativum, correlativa, orum:* comparabile, ia; relata contrariè, quod in rebus diverſis ſimilem aliquam rationem continet.

* *Correſpondentia*, conſenſus.

* *Correſpondeo*, reſpondeo, conſono, conſentio.

* *Corruptibilis, e*: diſſolubilis, e. diſſolubile & dividuum eſt omne animal mortale... omne quod dividuum gignitur... quæ tota (materia) omnia accipere poſſit, omnibuſque modis mutari atque ex omni parte, eoque etiam interire, non in nihilum, ſed in ſuas partes, quæ infinitè ſecari ac dividi poſſint, 3. *de Nat.* cum hominis natura morte diſſolvitur... omne quod erat concretum atque corporeum... coagmentatio diſſolubilis...

* *Coſſis*, (vermis genus) coſſus.

Craſſitudo, inis. extremitas & quaſi libramentum, in quo nulla craſſitudo ſit, 4. *Acad.* 116.

Craſſus, a, um: *denſus, pinguis, concretus.* craſſus & concretus aër...

Creare, o: *procreo, gigno, facio.* artis maximè proprium eſt creare & gignere. (*apud Scholaſticos* creare *eſt è nihilo producere:* de nihilo quidpiam fieri: nihilo oriri.) quæ in terris gignuntur, omnia ad uſum hominum gignuntur, 1. *Off.* 22. Plato conſtrui à Deo atque ædificari mundum fecit, 1. *de Nat.* 19. ex quo exſiſtet, ut de nihilo quidpiam fiat, *de Fato* 18. & erit aliquid, quod aut nihilo oriatur, aut in nihilum ſubitò occidat, 2. *de Divin.* 37.

Creatio, onis. creatio magiſtratuum, 3. *de Leg.* 10. (*è nihilo educere creationis proprium eſt, inquiunt Scholaſtici.*) origo rerum & molitio nova quærens, *de Univ.* 7. (*molitio nova pro creatione ibi uſurpatur.*)

Creator, oris: *procreator, genitor, molitor, effector.* princeps ille creator hujus urbis Romulus... procreator mundi Deus... effector & molitor mundi Deus... genitor & effector... optimus genitor, *de Univ.* 24.

* *Creatura:* res creata. (*è nihilo producta, ut aiunt Scholaſtici*) creatus, a, um: factus, editus.

Credibilis, e: *probabilis, veriſimilis,* credibile eſt, quod ſine ullo teſte auditoris opinione firmatur, 2. *Rhet.* 48. non eſt credibile, quod &c... quod pro credibili ſumtum erit, id infirmabitur, ſi erit omninò incredibile, 1. *Rhet.* 80. (*ex Cicerone, aliud eſt* credibile, *hoc eſt*, veriſimile, *ſeu* probabile, *aliud id quod propter auctoritatem teſtium* fide dignum *eſt: nam credibile à Tullio vocatur, quod ſine ullo teſte probabile videtur.*)

* *Credibilitas, atis.* probabilitas magna, probabilitas fide digna.

Creditor, oris: *is cui debetur.* ſponſores & creditores.

Creditum, i: (*Senec.*) pecunia credita, depoſitum, depoſita, orum.

Creditus, a, um... ſolutio rerum creditarum, 2. *Off.* 84.

Credo, ere: *fidem habeo, adhibeo, adjungo, concredo, committo.* (V. *App.*)

Cre-

Credulitas error eſt magis quàm culpa, & quidem in optimi cujuſque mentem facillimè irrepit, *Ep. lib.* 10. *ep.* 23.
Credulus, a, um: *ſimplex, qui facilè credit.*
* *Criminalis, e:* capitalis, cauſa criminis & cauſa ex crimine, cauſa & lis capitalis: (*ne dixeris igitur, cauſa criminalis, aut criminalis quæſtio &c.*)
* *Critica, æ:* cenſura, æ: judicium ac notatio: notatio cenſoria: cenſoria animadverſio: cenſoriæ ſeveritatis nota non inureretur &c... reprehenſio: objurgatio.
Critici, (apud *Ciceronem*) erant Poëmatum judices, quales Ariſtarchus & Ariſtophanes Grammatici fuerunt.
* *Criticus, i:* cenſor, reprehenſor, animadverſor, objurgator.
* *Criticus, a, um:* cenſorius, a, um.
Crucifigo, ere, (*Plin.*) in crucem tollo, cruci ſuffigo, affigo.
Crucifixus, (*Sueton.*) cruci ſuffixus, in crucem ſublatus.
Crumena, æ, theca numeraria.
Crux, is: *patibulum.* in crucem tolli... in crucem ſuſtulit... ſi te cruci ſuffixum viderem... in cruce eſſe ſublatum.
Cubicularius: *cubiculi magiſter*, Gallicè, *Chambellan, Gentilhomme de la chambre.*
Cudo ere, tundo. (*Terent. Plaut.*)
Cuicuimodi: cujuſmodi, cujuſque modi. (V. *App.*)
* *Culcitra*, culcita.
* *Culinarius*, coquinarius.
Culpa, æ: *crimen, reprehenſio, meritum.* (V. *App.*)
Cultus, ùs: *vita ratio: cultura: cura colendi:* vitæ cultus... quæ ad victum cultumque pertinent... pietas per quam ſanguine conjunctis patriæque benevolis officium & diligens tribuitur cultus, 2. *Rhet.* 161.
Cùm. (V. *App.*) cùm, *deindè*, tum. (V. *App.* & *ad extremum Apparatus, Centuriâ* 3. *cap.* 87.)
Cùm primum, *ut primum, ubi primum, ſimul atque.*
Cum primis, in *primis.*
Cunctus, a, um: *omnis, univerſus,* cuncta terra, cuncta aſtra, cuncta provincia, cuncta Græcia, cunctus populus, cuncta civitas, pro cunctis.
* *Curabile*, ſanabile, medicabile, quod curationem recipere poteſt.
Curſito, are, (*Horat. Terent.*) curſo, as.
Curto, as, decurto.
Curvatus, a, um. corpuſcula curvata & quaſi adunca.
* *Curvitas*, curvatio, curvamen, curvatura, aduncitas.
Cuſtodia, æ: *carcer, præſidium, vigilia, conſervatio.* in cuſtodias includere...
Cuſtos, dis: (*utriuſque ſexûs*) *præſes, antiſtes, conſervator, vindex.* præſes cuſtoſque... cuſtos ac præſes templi, *pro Dom.* 141. cuſtos & conſervator urbis... cuſtos ſervatorque provinciæ...
* *Cyclopædia*, encyclopædia.
Cylindrus, i: *omne quod eſt volubile & in orbem agitur.* (V. *App.*)
Cynædus, i: *meretricius puer, emptus libidinis causâ.*

D.

Damnatio, onis, *condemnatio.* omnes damnati, omnes ignominiâ affecti, omnes damnatione ignominiâque digni, *Att. l.* 7. *ep.* 3.

Digitized by Google

ſuſtinere pœnam ſempiternam...

* *Damnifico*, *are:* damno, detrimentum affero.

* *Damnoſus*, *a*, *um:* *qui alicui damno vel malo eſt.*

Dapes, ium, epulæ, (*Virg. Horat.*)

* *Dapifer*, dapes deferens.

* *Dapſilitas*, liberalitas, abundantia.

* *Deauratus*, inauratus.

Debitum, i: *debitio*, *æs alienum*, *pecunia debita*, *nomen.*

Debitus, a, um: *meritus*, *juſtus.* juſtæ & debitæ pœnæ... juſtus & debitus honos... meritam ac debitam fuiſſe defenderes...

Decanus, (*vox Vegetii*) Decurio.

Decens, tis, par, conveniens.

Decentia, æ: convenientia, condecentia, decorum.

* *Deceptio*, circumſcriptio, aucupium, tendicula, fraus.

Deceptor, (*Senec.*) circumſcriptor, fraudulentus, veterator.

* *Deceptorius*, veteratorius, inſidioſus.

Decerto, as: *dimico*, *depugno.* duo genera decertandi ſunt, unum per diſceptationem, alterum per vim &c...

Decet, decebat. (V. *App.*)

Decido, is: *cado*, *deciſionem facio*, *decerno*, *pactionem facio.* decidere de omnibus rebus rationibuſque ſocietatis...

Decimare legiones, (*Liv.*) i. e. decimam legionum partem morte afficere.

* *Decimo*, *as:* decuſſo, hoc modo X. decimam partem tollo, aufero.

Deciſio, onis: *tranſactio:* (quod Gallicè dicitur *deciſion*, ſententiæ, & conſulta, decreta.)

Declivis, e: devexus, præceps.

* *Decollo*, *as:* cervicibus caput abſcindo.

Decretum, i: *interdictum*, *conſultum*, *dogma*, *ſcitum.* nullum ſapientis decretum eſſe poteſt, niſi comprehenſum, perceptum, & cognitum, 4. *Acad.* 109. audacter ſua decreta defendere, *de Fin.* 28. neque de ſuis decretis, quæ Philoſophi vocant δόγματα, 4. *Acad.* 27.

Decuma, æ: *decima pars*, *quam arator decumano dabat.* (V. *App.*)

Decumanus, i: *publicanus*, *qui decumas exigit.*

Decuria, æ: *claſſis*, *ordo Judicum Romæ.*

Decurio, are: *in curiam adſcribo.*

Decurio, onis: *quaſi ſenator in municipio.*

Decurſus, a, um: confectus, tranſactus... quaſi decurſo ſpatio... propè actâ jam ætate decurſâque... iſta quæ abs te breviter de arte decurſa ſunt.

Decurſus, ûs: ſpatium.

* *Dedecens:* turpis, indecorum.

Deditus, a, um: literis omnibus à pueritiâ deditus... puer deditus diſciplinis & iis artibus &c... animus libidini deditus... vita vitiis omnibus dedita... deditâ operâ... operâ deditâ...

Deerrare, o: *aberro.*

* *Defalco*, *are:* deduco.

Defectio, onis: defectus, ûs, eclipſis. (V. *App.*)

* *Defectum*, *i:* malum, vitium.

* *Defectus*, *ûs:* (pro *vitio* barbarè uſurpatur.) parùm (*pro defectu*, *cui opponitur nimium.*) mediocritas illa quæ eſt inter nimium & parum, 1. *Off.* 89.

Definio, ire: *deſcribo*, *definitione explico*, *circumſcribo*, *termino*, *perſcri-*

ſcribo. (V. *App.*)

Definitè ; *apertè*, *finitè.*

Definitio, onis: *deſcriptio.* (V. *cap.* 7. *pag.* 47. *& App.*)

Definitivus, a, um: *quod ad vim vocabuli definiendam pertinet.* (V. *App.*)

Definitus, a, um: *decretus*, *certus*, *conſtitutus*, *circumſcriptus.* (V. *App.*)

Defore, *defuturus.* tamen non defore, qui &c.

* *Deforis:* foris, extrinſecùs, foris & extrinſecùs.

* *Deifico, are:* in Deos refero, conſecro, dedico, inter Deos adſcribo.

De integro: *denuò*, *ſeu de novo*, *ut aïunt.*

* *Delectabilis, e:* habens magnam delectationem.

Delectare, o: *oblecto*, *delectationem habeo ſeu affero.* V. *App.* (*quod magis delectat*, *ſecundùm id operemur*, *neceſſe eſt*, *inquit S. Auguſtinus. at Cicero ſic ait.*) ſuo enim ſtudio quiſque maximè ducitur, 5. *de Fin.* 5.

Delectus, ûs: *diſcrimen*, *ratio*, *electio.* habere delectum... delectus eſt habendus, quod eligitur & ad quod delectus adhibetur...

Deliberatio, onis: *conſultatio*, *conſilium...* quod in deliberationem cadit. (V. *App.*)

Deliberativus, a, um: *ex deliberatione conſtans.* deliberativum genus eſt, quod poſitum in diſceptatione & conſultatione civili, habet in ſe ſententiæ dictionem, 1. *Rhet.* 7.

Deliberatus, a, um. certum eſt deliberatumque dicere... mihi deliberatum & conſtitutum eſt... nihil illi quicquam deliberatius fuit, quàm &c.

Delibero, as: *conſulto*, *conſulo*, *deliberationem habeo.*

Delictum, i: *peccatum*, *error.* fit enim neſcio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quàm in nobiſmet ipſis, ſi quid delinquimus, 1. *Off.* 146.

Deligo, ere: *lego*, *eligo*, *delectum habeo*, *delectum adhibeo.* bona deligere, & rejicere contraria. (V. *App.*)

Delubrum, i: templum... *pugnare pro templis atque delubris deorum.* (V. *App.*)

Demandatus, a, um: mandatus, injunctus, impoſitus.

Demiſſè, *humiliter.* demiſſè & humiliter loqui, 5. *Tuſc.* 24. demiſſè reſpondere... ſuppliciter ac demiſſè agere gratias alicui. (V. *App.*)

Demiſſus, a, um: *humilis*, *fractus*, *ſordidus.*

Demonſtratio, onis: argumenti concluſio, quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, (*Latinè*, *demonſtratio.*) ita definitur, ratio, quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit, 4. *Acad.* 26. omnis argumentatio aut neceſſaria, aut probabilis debebit eſſe &c... neceſſariè demonſtrantur ea, quæ aliter, ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt &c... hoc genus argumentandi, quod in neceſſariâ demonſtratione verſatur &c... 1. *Rhet. c.* 7. probabile autem eſt id, quod ferè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt &c. *ibidem.*

Demonſtratio (*à priori*, *ſeu propter quid*) ex causâ, *ſeu* ab efficientibus cauſis.

Demonſtratio (*à poſteriori*, *ſeu quid eſt*) ex effectis... quod effectum eſt, quæ fuerit cauſa demonſtrat, *Top.* 67. cùm vis & effectus videtur...

Demulceo, ere: delinio, capio.

Denego, as: *nego*, *inficior*, *recuſo*.

Deorsùm, directè deorsùm ferri, (opp.) ſursùm.

Dependeo, ere: pendeo.

* *Deprædor:* prædor, diſpolio, depopulor.

Deprehendo, ere: *comprehendo*, *animadverto*, *agnoſco*, *comperio*.

* *Deputatus*, *i:* deſtinatus, attributus, conſtitutus.

Deputo, as: *puto*, *conſtituo*, *deſtino*, *dico*, *conſecro*.

* *Deriſio*, ludibrium, irriſio.

Derogatio, *diminutio*, *exceptio*. de legum derogationibus. . . videndum eſt, nùm quæ abrogatio, aut derogatio ſit...

* *Deſcendentes:* poſteri, nepotes.

Deſcribo, ere: *exſcribo*, *tranſcribo*, *explico*, *deſigno*, *decerno*.

Deſcriptio, onis: *deſignatio*, *diſtributio*, *finitio*, *definitio*.

Deſertum, i: (*Virgil. Claud.*) deſertus locus, vaſtus, incultus.

Deſes, idis: deſidioſus, iners, languidus.

Deſidioſè, per deſidiam.

* *Deſolatio*, *onis:* vaſtitas, excidium, mœror.

Deſolor, ari: (*Stat. Plin.*) vaſto, everto, deſolo.

Deſperatio, onis, deſpero, deſperatus, a, um. (V. *App.*) qui deſperatione debilitati diffidant &c. *Orator*.

* *Deſponſata*, *æ:* ſponſa... eſſe deſponſatam...

* *Deſtructio*, *onis:* ruina, excidium, exitium, exciſio, diſturbatio, vaſtitas.

* *Deſtructor:* interfector, perditor.

Detego, indico, patefacio, illuſtro, aperio.

* *Devio*, *are:* declino, deflecto de viâ.

* *Devotus*, *i:* Gallicè, *un devot*. caſtus, caſtiſſimus, ſanctus, religioſus, religionibus deditus, religionem colens.

* *Devotus*, *a*, *um*, deteſtandus, exſecrandus.

Deus, i. (*Vide cap.* 12. *de naturâ Dei pag.* 127. *& App.*) quod ipſum à ſe eſt & ſuâ ſponte: quod unum atque idem ſemper eſt: quod neceſſe eſt eſſe: quod ſemper unum & idem & ſui ſimile... qui ſemper uniuſmodi ſuique ſimilis eſt... quod comprehendi non poteſt.

Dexteritas: commoditas, ſolertia.

Dexterius, (*vox Horatii*) nemo dexterius fortunâ eſt uſus.

Dextrorsùm, *ad dextram*.

Dialectica, æ, dialectice, es. (*Vide cap.* 2. *de Dialecticâ pag.* 12.)

Dialogus, *diſputatio*, *ſermo in perſonas diſtributus*, *colloquium:* quaſi enim ipſos introduxi loquentes, ne inquit & inquam ſæpiùs interponeretur, *de Amic.* 3.

Diameter, (*Colum.*) media linea.

* *Diapaſon:* illi octo curſus in quibus eadem vis eſt duorum modorum, ſeptem efficiunt diſtinctos intervallis ſonos, *de Somn.* 12.

Dicatio, (*Cic.*) nuncupatio, ipſe dicandi actus.

* *Dici ad aliquid*, conferri cum aliquo.

Dico, ere. quamquam aliud videtur oratio eſſe, aliud diſputatio, nec idem loqui eſſe, quod dicere, *Orat.* 113. (*itaque* dicere *idem eſt*, *ac diſſerere*, *diſputare*.) V. *App.* & nedùm (hoc eſt, ut ne dicam, non &c.)

* *Dictamen rationis:* communis intelli-

li-

ligentia, communis ſenſus, præſcriptio vel præſcriptum rationis, ſumma ratio inſita in ipſâ naturâ, quæ jubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria, ſumma lex, recta, ſeu perfecta ratio, cœleſtis deſcriptio, natura, norma legis.

Dictata, orum: *quæ magiſtri pueris dictant.* dictata reddere.

Dictator, oris: *magiſter populi.*

Dictio, onis: *oratio, dicendi genus, dicendi actio, multa vocabula conjuncta quæ orationem conficiunt,* Gallicè, *diſcours.* (V. *App.*)

Dictu. ſed tamen difficile dictu eſt, quantoperè &c... dictu quidem eſt proclive... difficile dictu eſt...

Dictum, i: dicta; *effatum, verbum, ſermo.* Catonis eſt dictum, pedibus compenſari pecuniam, *pro Flacc.* 72. ob dictum capite & fortunis oppugnari... ex dictis teſtium... dictis teſtium recitatis... præclarum igitur Platonis illud &c.

Dies, *lux, tempus.* (V. *App.*)

* *Dieſcit*, luceſcit, dies exoritur.

Dietim, quotidie.

Diffamo, (*Tacit. Ovid.*) infamiam infero: adulterium diffamatum, (*Ovid.*) publicum.

Differens, *diſpar, diſſimilis:* quid mirum eſt has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas, *de Fato* 8. partes generis communione quâdam ſimiles, ſpecie autem differentes, 1. *de Orat.* 184. re plus quàm opinione differens, *Orat.* 76.

Differentia, æ: *diſſimilitudo, diſcrimen.* (*V. cap.* XI. *de multiplici diſtinctione & differentiâ rerum, pag.* 123.)

Difficilè, difficillimè, difficiliter, difficulter. (V. *App.*)

Difficilis, e. (V. *App.*) difficile factu... res vehementer arduæ plenæque laborum.

Difficultas, atis. (V. *App.*) & nodus, i. incideramus enim in difficilem nodum... dum hic nodus expediatur... magnus in Rep. nodus eſt inopia &c.

* *Difficulto, are:* difficultatem affero, difficile reddo, quod vehementer impellit, compellit, ut cupiditas.

Diffiteor, *nego, inficior.*

Digero, erere, *concoquo, diſtinguo, ordino, diſtribuo, divido.* ſi quis omne jus civile in genera digerat, perpauca ſunt, 1. *de Orat.* 190.

* *Digladiabile*, per pugnas etiam expetendum.

Dignatio, onis: *dignitas.*

Dignè, ſatis dignè, nunquam ſatis dignè laudari, dignè, ac meretur, commendatus eſt... pro meritis, pro dignitate.

Dignitas, atis: *honor, honeſtas, gradus dignitatis, honoris amplitudo, ſplendor, decor, pulchritudo, ornamentum.* (V. *App.*) pro rei dignitate, (*hoc eſt, quantum meretur, ut barbarè dicunt.*)

Dignoſco, ere, (*Horat. Plin.*) internoſco, ſecerno... ut difficiliter à vero internoſcatur... ut difficiliter internoſci poſſit, 4. *Acad.* 49. 50.

Digredior, *egredior, diſcedo, aberro ad alia, aberro à propoſito.*

Digreſſio, onis: *declinatio.* digreſſio à propoſitâ oratione...

Dijudicare, o: *diſcerno, diſtinguo, diſcepto.* omnes tacito quodam ſenſu quæ recta ac prava dijudicant, 3. *de Orat.* 195. honeſta & turpia, naturâ, non opinione dijudicanda ſunt,

ſunt, 1. *de Leg.* 45. vera à falſis dijudicare & diſtinguere, *Part.* 139. nec habent iſtam artem, quâ vera & falſa dijudicent, 4. *Acad.* 107.

Dijudicatio, onis: *diſceptatio*, *judicium*, *deliberatio.* nam iſta quidem magna dijudicatio eſt, 1. *de Leg.* 56.

Dilucidè: *lucidè*, *perſpicuè*, *clarè*, *apertè*, *planè.* dilucidè planéque dicere... quæ eſt à te explicata dilucidè...

Dilucidus, a, um: dilucidior: *apertus*, *evidens:* contra, tenues, acuti, omnia docentes, dilucidiora, non ampliora facientes, *Orat.* 21. verbis dilucidis uti...

Diluculum, *ſummo mane*, *prima lux.* primo diluculo... veni diluculo.

Diluo, ere: *abſtergo*, *confuto:* quâ ratione res tam leves infirmem ac diluam... diluere crimen... diluere crimina adverſariorum... ut dilui... diluere quæ contra dici poſſunt... diluere contrarias argumentationes. (V. *App.*)

Diluvium, ii, (*Virg. Plin.*) *eluvio terrarum*, *mira proluvies*, *magna vis aquarum.*

Dimidiatus, a, um: medius... unus dimidiatuſque menſis...

Dimidius, a, um.

Dinumero, are: dinumerare ſtellas.. dinumerare pecuniam alicui, Gallicè, *compter*, *faire le denombrement.*

Diœceſis: *procuratio*, *gubernatio*, *pars regni aut provinciæ alicujus.* (V. *App.*)

Diploma, tis: *Magiſtratuum vel Principum codicilli*, *ſeu literæ publicæ*, *ſigno regio munitæ.*

Directè dicere, (opp.) inverſo ordine dicere... Phœnices eò directiùs gubernant, quòd &c.

Directò deorſùm ferri... alterum ad fidem directò ſpectat.

Directus, a, um. directo ordine... directa ratio... directa via...

Dirigo, ere: *refero tanquam ad finem*, *metior*, *æſtimo*, *conſtituo*, *ordino*, *dirigo*, *deſcribo.* (V. *App.*) ad veritatem dirigere...

Diſceptatio, onis: *cauſa*, *controverſia*, *lis*, *judicium.* res quæ in dicendi controverſiam aut diſceptationem vocatur, 2. *de Orat.* 291. diſceptatio & cognitio veritatis, *pro Flacc.* 24. nullâ diſceptatione, nullo conſilio &c. res quæ in dicendi controverſiam aut diſceptationem vocatur...

Diſceptator, *Judex.* juris diſceptator... vel ſeveriſſimis diſceptatoribus... diſceptator, id eſt, rei ſententiæque moderator...

Diſcepto, as: *contendo*, *decerto*, *diſputo*, *diſſero*, *dijudico*, *cognoſco.* (V. *App.*) diſceptatur, diſceptabatur, diſceptando...

Diſcerno, ere: *dijudico*, *diſtinguo*, *diſpicio*, *internoſco*, *ſecerno*, *divido.* animus diſcernit, quid ſit ejuſdem generis, quid alterius, & cœtera dijudicat, *de Univ.* 24. quomodo ea diſcerni non potuerit à falſo, 4. *Acad* 25.

Diſcidium, ii: *divortium*, diſſidium.

Diſciplina. æ: *inſtitutum*, *ratio*, *inſtitutio*, *ars*, *mos*, *conſuetudo*, *ſecta.* (V. *App.*) *& hæc adjice:* Topica continent diſciplinam inveniendorum argumentorum, *Top.* nec verò ſine Philoſophorum diſciplinâ genus & ſpeciem cujuſque rei cernere &c. *Orator.* 16. Zeno ille, à quo diſciplina Stoicorum eſt... mecum verò quid habent litium, qui

qui ipſorum diſciplinam ſequor, 4. *Acad.* & 1. *de Nat.* 11. certam quamdam diſciplinæ formulam compoſuerunt, *Acad.* 1. ſed ſunt nonnullæ diſciplinæ &c...

* *Diſciplinabilis, e:* docilis, aptus ad diſciplinam, qui diſciplinam ſeu ſcientiam facilè poteſt habere, qui facilè erudiri ſeu condocefieri poteſt, condocefactus.

Diſcipulus, i: *auditor*, (opp.) doctor, magiſter... diſcipulus ejus Pythagoras... Panætius doctor Poſſidonii, diſcipulus Antipatri, 1. *de Divin.* 6. Heraclides auditor & diſcipulus Platonis, 1. *de Divin.* 46. Eudoxus Platonis auditor, 2. *de Divin.* 87. rudem me diſcipulum atque integrum accipe & ea quæ requiro doce, 3. *de Nat.* 7.

Diſco, ere: *percipio, perdiſco, cognoſco, diſciplinam accipio, documentum capio, erudior, exemplum ex aliquo capio, comprehendo.* (V. *App.*) litteras diſcere apud aliquem.

* *Diſconveniens:* (alienum, quod non convenit, dedecet.)

* *Diſcooperio:* aperio, detego.

Diſcordans, (*Cic.*) diſcrepans, diſſentiens, varius, a, um, ut varium jus. animus à ſe ipſe diſſidens, ſecumque diſcordans, *Cic.*

* *Diſcordantia, æ:* diſcrepantia, diſſenſus.

* *Diſcorditer*, animis diſcordibus.

Diſcretè, *diſtinctè*, (opp.) confuſè.

* *Diſcurro, ere:* diſſero, diſcepto, diſputo, dico, percurro, volito.

* *Diſcurſus, ûs:* (ratiocinatio, ratio, argumentatio, diſſerendi ratio, diſputatio, diſceptatio, vel excurſio.) etenim ratio quâ unâ præſtamus belluis, per quam conjecturâ valemus, argumentamur, refellimus, diſſerimus, conficimus aliquid, concludimus, 1. *de Leg.* 30.

Disjunctio, onis: *ſejunctio, diſſenſio, item enunciationis ſeu argumentationis genus.* in omnibus disjunctionibus in quibus, eſt, aut non, ponitur, alterutrum verum eſt, 1. *de Nat.* 70. (V. *App.*)

* *Disjunctiva, æ:* disjunctio, *cùm ponitur*, eſt, aut non.

Diſparatum, diſparata, orum. diſparatum eſt, quod in aliquâ re per oppoſitionem negationis ſeparatur, ut ſapere, non ſapere, 1. *Rhet.* 42.

Diſpenſare, o: *diſpono, procuro.* diſpenſare ac diſponere.

* *Diſpenſare*, ſolvere legibus, exceptionem dare, exceptionem habere, derogare.

* *Diſparitas*, differentia, diſcrimen, diſſimilitudo, diſpar ratio.

Diſpenſatio, *procuratio, adminiſtratio.* ærarii diſpenſatio... Rabirius curationem & quaſi diſpenſationem regiam cepit, *pro R. P.* 28.

* *Diſpenſatio*, quâ quis lege ſolvitur, exceptio, derogatio, exemtio, *ad privatum commodum alicujus.* ſunt enim in totâ lege exceptiones duæ, non tam iniquæ, quàm ſuſpicioſæ, 1. *cont. Rullum* 10. (*Joannes Nunneſius ex codicibus pervetuſtis ſic emendavit*, exemtiones duæ &c. *ſed retinenda mihi videtur editio communis Manutii & Lambini, quæ* exceptiones *habet.*)

Diſperſè, *diffusè.* res diſperſè & diffuſè dictæ, 1. *Rhet.* 8.

Diſperſus, a, um: *fuſus, disjectus.* dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur, 1. *de Orat.* 187. ut omnia, quæ in re diſperſa atque infinita vide-

Digitized by Google

derentur eſſe, ratione & diſtributione ſub uno adſpectu ponerentur, *Quint. de Pet.* 1. bellum tam longè latéque diſperſum, *pro Pomp.* 35.

Diſplicentia, æ: (*Senec.*) dolor, offenſa, offenſio, moleſtia.

Diſpoſitio, *ordo*, *diſtributio*. diſpoſitio eſt rerum inventarum in ordinem diſtributio, 1. *Rhet.* 9. ordo ac diſpoſitio argumentorum, 2. *de Orat.* 179.

* *Diſpoſitio*, *onis*, pro affectione, affectio, affectus, ûs.

* *Diſpoſitus*, *a*, *um*: affectus, a, um.

Diſputatio, onis, *diſceptatio*, *tractatus*, *ûs*. (V. *App.*)

Diſputator, *Dialecticus*.

Diſputo, as: *diſſero*, *diſcepto*, *decerto*, *dico*, *doceo*. quæ diſputavi &c... multa diſputas huic ſententiæ contraria... neque hæc in eam ſententiam diſputo, ut homines &c. neque ego ullam in partem diſputo... diſputari de omni re in contrarias partes... quod mihi videtur de tuo officio in utramque partem diſputari poſſe... diſputandi in utramque partem utilitas... utramque in partem ſigillatim de unaquâque re explicare, explicandum eſt... diſputatur... diligenter eſt diſputatum... deincepſque de iis quæ ad... diſputandum eſt... quæ ſunt à me in ſecundo libro per Antonii perſonam diſputata... accuratè copioſéque diſputata... in utramque ſententiam dicere de rebus omnibus... & quoniam in utramque partem vobis licet diſputare... ſed quid ego de hoc plura diſputem... quorſùm igitur hæc diſputo... attamen ita diſputabant... non enim ego ita diſputabo... diſputabant, ego contra diſſerebam... multis verbis diſputare, diſputaviſſe... neque hoc novum à me diſputatur, ſed quæſitum ab aliis eſt... de quibus eſt nobis his libris explicandum... (V. *App.*)

Diſquiro, is, (*Horat.*) exquiro.

Diſquiſitio, (*Cic.*) *inquiſitio*, *inveſtigatio*.

Diſſero, erere: *diſputo*, *dico*. diſſerendi, diſſerendum. (V. *App.*) *adde*: nam & ipſe Ariſtoteles tradidit præcepta plurima diſſerendi, *Orator*.

Diſſimulatio, onis: *diſſimulantia*. (*alia vitioſa eſt*, *alia non mala*, *quæ ad prudentiam pertinet*.) V. *App.*

Diſſolubilis, e. diſſolubile & dividuum eſt omne animal mortale, 3. *de Nat.* 29. coagmentatio diſſolubilis, 1. *de Nat.* 20.

Diſſolvo, ere: ære alieno me libero, ſatisfacio, (Gallicè, *païer ſes dettes*, *s'acquiter*.) præterea reſolvo, diluo ea quæ contradicuntur. (V. *App.*)

Diſſolutè, *remiſſè*, *indulgenter*, *negligenter*, *ignavè*.

Diſſolutio, onis: *reſolutio*, *infirmatio*. mors eſt diſſolutio naturæ. (V. *App.*)

Diſſolutus, a, um: *nimiùm remiſſus*, *negligens*, *effœminatus*, *infirmatus*, *afflictus*, *fractus*. (V. *App.*)

Diſſonare, o: (*Colum. Quintil.*) diſſentire, diſcrepare, diſſidere.

Diſtinctè, diſtinctiùs, *diſpoſitè*, *diſtributè dicere*. (V. *App.*)

Diſtinctio, onis: *diſcrimen*, *diſtributio*, *interpunctio*, *diſſimilitudo*. (V. *App.* & *cap.* 11. *de multiplici diſtinctione pag.* 123.)

* *Diſtinguere verba aut ſententias*, *quod recentiores Philoſophi hoc verbo enuncia-*

ciare ſolent, *diſtinguo* &c. verba ambigua diſtinguere... ambiguè dicta dividere & explanare oportet, *Orat.* 115. ambigua primùm videre, deindè diſtinguere, *de Cl.* 152. verba ambigua diſtinximus, *Orat.* acutè, quæ ſunt ſecernenda, diſtinguere, *Top.* 31. quâ viâ captioſa ſolvantur, ambigua diſtinguantur, oſtendit, 1. *de Fin.* 22. *adeas etiam* 1. *Rhet.* 88. *ubi hac ratione ambigua diſtinguendi Cicero utitur:* cùm dicebas &c. hoc intelligebam &c. & idcircò concedebam. cùm autem hoc ſumebas &c. illud accipiebam &c. ex quibus conceſſionibus non conficitur hoc &c.

Diſtinguo, *ſeparo*, *disjungo*, *ſecerno*, *diſcerno*, *interpungo*. (V. *App.*)

Diſtribuo, *divido*, *partior*, *tribuo in partes*.

Diſtributè, *diſtinctè*. diſtributiùs tractare.

Diſtributio, onis: diviſio, partitio, deſcriptio.

Diteſco, ere: ditior fio, pecuniam facio, rem augeo, patrimonium amplifico.

Ditio, onis: *imperium*, *poteſtas*. redigere aliquem in ſuam ditionem & poteſtatem. (V. *App.*)

Diù, perdiù, *multos annos*, *multos dies*. (V. *App.*) diù ac multùm... diù multúmque. (V. *App.*)

* *Diverſifico*, vario.

* *Diverſimodè*. non uno modo, 1. *de Divin.* 5. diſſimili ratione, diversè.

Diverſitas, varietas.

Divido, ere: *partior*, *diſpartio*, *diſpartior*, *diſtribuo*, *ſeco*, *digero*, *diſtinguo*, *diſcrimino*, *diſtraho*, *ſegrego*, *tribuo in partes*. (V. *App.* & *cap.* 7. §. 2. *pag.* 49.)

Dividuus, a, um: *quod recipit ſectionem*. diſſolubile & dividuum eſt omne animal mortale, 3. *de Nat.* 29. (V. *App.*)

* *Divinator*, divinans, ut aruſpex, divinus, augur, ariolus, vates, conjector, divinans & præſentiens, *Cic.*

Divinitas, Dei *majeſtas*, *ſumma præſtantia*. (V. *App.*)

Divinitùs, *divinè*, *divino numine*. (V. *App.*) divinitùs ſcripta.

Divinus, a, um: *cœleſtis*, *divinans*, *magus*. (V. *App.*)

* *Diviſibilis*, *e*: dividuus, (opp.) individuus.

Diviſio, onis: *partitio*, *diſtributio*, *divortium*, *diſſidium*, *ſectio*. (V. *App.*)

* *Diviſim*: ſeparatim, ſeorsùm.

Do, dare: *impertio*, *largior*, *defero*, *præbeo*, *trado*, *tribuo*, *dono*, *concedo*. da mihi hoc... do hoc tibi & concedo... quem tibi hoc daturum putas? ſi enim ita eſſet, quid opus erat &c. (V. *App.*)

Doceo, ere: *edoceo*, *inſtituo*, *erudio*, *præcepta do*, *vias trado*, *informo*, *docendo oſtendere*, *probare*. (V. *App.*) & *hæc adjice:* ut ſuprà docuimus... cùm docebimus ea quæ &c... nam ut docuimus &c. ſic &c... at &c. doce, mercede: concedam eſſe crimen... docuit &c... nego cauſam fuiſſe cur &c. nego &c. nego &c. nego &c. hæc tria cùm docuero, perorabo... doce aliquandò &c... antequam doceo id factum non eſſe... docui quod primùm pollicitus ſum &c... quare aut doceas oportet... docet me cujuſmodi rem &c... quid, ſi doceo, te &c. quid, ſi &c. ſi doceo &c. ſi hoc doceo &c. doceat ergò aliquis potuiſſe meliùs. ſed nemo unquam docebit... reſtat ut do-

Digitized by Google

ceam &c... vince deindè &c... doce me igitur &c. Gallicè, *faites moi voir, prouvés moi, je vous montrerai, je vous prouverai &c.*

Docilis, e: *qui facilè libenterque docetur & intelligit, aptus ad diſciplinam.* (V. *App.*)

Docilitas, atis: *diſcendi facilitas, diſciplina.*

* *Dociliter*, docili animo, diſciplinæ dedito.

Doctè, *literatè, peritè.*

* *Doctio, is:* doctrina, documentum.

Doctor, *magiſter, præceptor, interpres,* (opp.) auditor, diſcipulus... ſummus ille doctor... doctoribus noſtris exponere... libri juris civilis quamquam plurimi ſunt, doctorem tamen lumenque deſiderant. (V. *App.*) ſub doctore... doctore hoc dictante exſcripſi...

Doctrina, æ: *eruditio, literæ.* (V. *App.*)

Doctus, a, um, doctior, doctiſſimus: *literatus, eruditus, intelligens, doctrinâ excultus, literis perpolitus, homo abundanti doctrinâ, doctrinâ atque optimarum artium ſtudiis eruditus, vir præclarâ eruditione atque doctrinâ ornatus, doctus & in primis eruditus.* (V. *App.*) apud doctos & ſemidoctos...

Documentum, i: *admonitio, præceptum, exemplum, monumentum.* (V. *App.*)

Dogma, tis: dogmata. (V. *App.*) *decretum quaſi dictatum, præceptum. decreta...* neque de ſuis decretis, quæ Philoſophi vocant dogmata, 4. *Acad.* 27. audacter ſua decreta defendere...

* *Dogmaticus, a, um: (quod in exponendis & explicandis decretis ſeu veris divinitùs patefactis verſatur... ad diſſerendi rationem pertinens, quod in diſputando verſatur.)*

Dolendus, habens dolorem, *pro Mur.* 8.

Dolenter. (V. *App.*)

* *Dolentia,* dolor, (opp.) indolentia.

* *Dolorificus*, faciens vel efficiens aut afferens dolorem.

* *Dominium, ii: poſſeſſio, dominatio, fundus, i, mancipium.*

Dominus, i: *rex, princeps, tyrannus, imperator, herus.* (V. *App.*)

Domus, i: *ædes, domicilium, tectum, dii penates, lares, res familiaris, lares familiares, ſedes, aræ focique, foci patrii.* (V. *App.*)

* *Dubitabilis, e*: habens dubitationem, incertus.

Duplex, *geminus*: dupliciter: *bis, bipertitò:* id duplici modo fieri poteſt.

Duplico, as: duplicari: duplicatus, a, um. (V. *App.*)

Duplus, a, um. (V. *App.*)

E.

EA re. (V. *App.*)

Eatenùs, eatenùs quoad. (V. *App.*)

* *Eccleſiaſticus, i:* qui ex ordine Pontificum, ſeu ſacerdotum &c. vel ex ordine ſacrorum adminiſtrorum Eccleſiæ... quibus utitur miniſtris Deus... ſacris initiatus.

* *Eccleſia, æ:* ædes ſacræ, ſacer locus, fanum, templum, delubrum. (*ſi pro ipſo loco, ubi fideles congregantur, Eccleſiam ſumas; at ſi fidelium cœtus intelligatur.*) deo nihil, quod quidem in terris fiat, acceptius eſt, quàm concilia cœtuſque hominum jure ſociati, (*ad cultum Dei*) quæ civitates appellantur, *de Somn.* 4. (*à Theologis autem ſic ferè de-*

definitur, cœtus & ſocietas hominum baptiſatorum Chriſto credentium legitimiſque ſacerdotibus divinitùs conſtitutis & in primis Romano Pontifici, utpotè ſummo Chriſti vicario in terris, adhærentium.)

Echo: imago. cùm ſaxa & ſolitudines voce reſpondent...

* *Eclipſis:* defectiones ſolis & lunæ, defectio ſolis, ſolis defectiones, itemque lunæ... cùm eſt è regione ſolis interpoſitu interjectuque terræ...

* *E contra:* contrà, è contrario, ex contrariâ parte.

Edictum, i: *decretum*, *interdictum.* (V. *App.*)

Ediſſero, is: *expono.*

Editio, onis: *actus quo aliquid profertur*, *ſeu divulgatur.*

Editus, a, um: *prolatus*, *genitus*, *factus*, *creatus*, *patefactus.* (V. *App.*)

Edo, is, itum: *facio*, *profero: dicitur etiam edere ſpiritum*, *ſtragem edere*, *edere ſcelus*, *edere nomen*, *edere ſonos*, *edere librum.* (V. *App.*)

Edoceo, doceo.

Educere, o: *extraho*, *duco.*

Effari, *eloqui*, *enunciare:* effaris, *vel* effare, effatur, effabitur, effatus. (V. *App.*)

Effatum, *pronunciatum*, *dictum*, *oraculum...* quicquid enunciatur (id autem appellatur *axioma*, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe, aut falſum, 4. *Acad.* 95. dictum eſt Catonis...

Effectio, onis, *effectus*, *efficientia.* artis effectio... recta effectio...

* *Effectivè:* efficienter, reverà, reipſâ.

* *Effectivus*, efficiens, habens naturam efficiendi, idoneus ad efficiendum, in ſe cohibens efficientiam.

Effector, oris: perfector, architectus, molitor, creator, auctor... effector mundi & molitor Deus... (V. *App.*)

Effectrix, icis. (V. *App.*)

Effectus, a, um: *effectæ res*, *effecta*, *orum.* locus ab effectis rebus...

Effectus, ûs, *quod effectum eſt*, *eventus quandoque.* (V. *App.*)

* *Effectu*, reipsâ, reverâ, exitu. (ſine effectu, *Latinè dicitur.*)

Effero, efferor. (V. *App.*)

Efficacia, efficacitas, efficientia.

Efficacitas, atis: *virtus*, *vis efficiendi*, *efficientia.* (V. *App.*)

Efficaciter; efficienter, vi ſuâ, certè & efficienter...

Efficax, cis: *vi ſuâ certè efficiens*, conficiens, qui multùm habet efficacitatis.

Efficiens, tis: *conficiens*, *quod efficit.* res efficientes, efficiens cauſa, res effectæ ab efficientibus cauſis. (*V. cap.* 8. *de cauſis pag.* 51. *& App.*) ſi virtus efficiens utilitatis eſſet... efficientia voluptatum...

Efficienter... quod cuique efficienter antecedat, *de Fato* 34.

Efficientia, æ: *vis efficiendi*, *efficacitas.* intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem, *de Fato* 19.

Efficio, ere: *facio*, *reipſâ facio*, *efficiens ſum*, *effector ſum*, *perficio*, *effero*, *concludo.* (V. *App.*)

Effigies, *ſpecies*, *ſimulacrum*, *imago.* (V. *App.*)

* *Efformo*, *are:* exprimo, fingo, effingo.

Effugium, ii: refugium, profugium, verè evaſio.

Ejuſdemmodi, ejuſdemmodi etiam. (V.

Digitized by Google

(V. *App.*)

Ejuſmodi, ejuſmodi quod, ejuſmodi ut, ejuſmodi eſſe. (V. *App.*)

Elementum, i: initium... ergò illa initia, & ut è Græco vertam, elementa dicuntur, è quibus aër & ignis movendi vim habent & efficiendi, reliquæ partes accipiendi & quaſi patiendi, aquam dico & terram, 1. *Acad.* 26. puerorum elementa... quod in elementis Dialectici docent... initia & tanquam ſemina, undè ſint omnia orta, generata, concreta, 5. *Tuſc.* 69. ut quatuor ex rebus conſtare omnia dicerent, 4. *de Fin.* tantùm de principiis rerum, è quibus omnia conſtant, videamus, 4. *Acad.* quatuor naturas, ex quibus omnia conſtare vult Empedocles, 1. *de Nat.* 29.

Electè gerere, 1. *Rhet.* 49.

Electio, onis: *lectio*, *ſelectio*, *delectus.* judicium electioque verborum, *Orator.* 68. nullo delectu propoſito bonorum & malorum, *Hortens.* omnium rerum delectus atque diſcrimen, 4. *in V.* 123. delectus & ſelectio, *à Cicerone frequentiùs uſurpatur*, *quàm* electio... ut eam rerum ſelectione exſpoliarent, 2. *de Fin.* 43. *opponitur* rejectio.

Elicere, cio: *educo*, *extraho*, *allicio*, *adduco*, *emitto.* (V. *App.*)

Eligo, *lego*, *ſeligo*, *deligo*, *carpo*, *excerpo*, *opto*, *adopto.* eligere à multis commodiſſimum quodque, 2. *Rhet.* 5. non ſolùm ex malis eligere minima oportet, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſt boni, 3. *Off.* 3. ad bona deligenda & rejicienda contraria...

Elocutio, onis... elocutio eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inventionem accommodatio, 1. *Rhet.* 9. (*alia eſt elocutio*, *alia pronunciatio.*)

Elogium, ii: *dictum*, *ſive ſententia*, *laudem alicujus vel vituperationem ſignificans.* (V. *App.*)

Eloquens, tis: *Rhetor*, *copioſus ad dicendum*, *copioſè ſapienterque dicens &c.* (V. *App.*)

Eloquentia: *eloquendi vis*, *dicendi ratio*, *ſumma copia & ſingularis facultas dicendi.* (V. *App.*)

Eloquium, ii: oraculum.

* *Elucescо*, eluceo, diluceſco.

Emblema, tis: *ſigna & ornamenta vaſorum*, *nec non etiam aliarum rerum.* (V. *App.*)

Embolium, ii: *interpoſitio.*

Emendatè, *caſtigatè.* purè & emendatè loqui, *de Opt.* 4.

Emendatio, onis: correctio Philoſophiæ veteris & emendatio, 4. *de Fin.* 81.

Emendator, *corrector:* emendatrix. (V. *App.*)

Ementitus, a, um: *fictus*, *falſus*, *vanus.*

Emeritus, a, um... emeritis ſtipendiis... annuum tempus propè jam emeritum, *hoc eſt*, *confectum.*

Emiſſarius, ii: *excurſor*, *vexator*, *calumniator.* quidam iſtius excurſor & emiſſarius...

Emolumentum, i: *acceſſio*, *utilitas*, *commodum.* (V. *App.*)

* *Emphaſis*, exaggeratio.

* *Encomium*, *ii:* laudatio, elogium.

* *Enervis*, *e:* enervatus.

Enixè, cupidè, conatu maximo.

* *Ennoïa:* intelligentia, vel notitia potiùs, quam appellant ἔννοιαν illi, 1. *de Fin.* 3. 21. notitiæ rerum, quas Græci tum ἐννοίας, tum προλήψεις vocant,

cant, 4. *Acad.* 30.

Enodatè, *explicatè.*

Enodatio, onis: *explicatio.* notio, eſt cognitio enodationis indigens, *Top.* 31.

* *Ens, entis:* quod eſt, natura, res: *entia*, quæ ſunt, res.

* *Ens neceſſarium:* quod ipſum à ſe eſt & ſuâ ſponte.

* *Ens contingens:* res creata, quæ poteſt eſſe vel non eſſe.

Enthymema, tis: *concluſio ex repugnantibus ſententiis, ſeu quæ ex contrariis conficitur.* (V. *App.*)

* *Enthouſiaſmus, i:* divinus afflatus, furor.

Enucleatè, *explicatè.* eleganter & enucleatè dicere... enucleatè & politè dicere...

Enumeratio, onis. (V. *App.*)

Enunciare, o: *pronuncio, propono, effero.* (V. *App.*)

Enunciatio, onis: enunciatum, i: pronunciatio, pronunciatum, effatum. (V. *App.*)

Ephemeris, dis: *liber ſeu commentarius, in quem quotidianæ actiones referuntur.*

Epiſcopus, i: *id eſt, ſpeculator & cuſtos; quo nomine apud Chriſtianos inſignitur uniuscujuſque diœceſis Pontifex ſeu primarius ſacerdos, aliis ſacerdotibus præpoſitus, vel antiſtes.* vult enim me Pompeïus eſſe, quem tota hæc maritima ora habent ἐπίσκοπον, id eſt, ſpeculatorem & cuſtodem, *Att. l.* 7. *ep.* 12. in ſacris & initiis tradendis divinæ mentis interpretes...

Epiſtola, æ: *literæ.* (V. *App.*)

Epiſtolium, ii: literula, æ.

Eques, itis: *equorum domitor, vir ordinis equeſtris:* Equites Romani...

Equidem, *ego quidem, ego verò, & quidem, quidem.* (V. *App.*)

* *Eremita, æ:* ſolitarius homo atque in agro vitam agens.

* *Eremus, i:* ſolitudo, deſertus locus, vaſtus, incultus.

Erratio, onis: *error.*

Erratum, i: *mendum, error, peccatum.* cui errato nulla venia... petere veniam errato ſuo... agnovi erratum meum... & Democriti errata ab Epicuro reprehenſa & correcta permulta, *de Fin.*

Erro, as. (V. *App.*)

Error, oris: *erratio, erratum, peccatum, lapſio, prolapſio, falſa opinio, culpa, flagitium, fraus.* (V. *App.*)

Erudio, is: *doceo, inſtituo, expolio, imbuo, inſtruo, ad humanitatem informo.* (V. *App.*)

Eruditio, onis: *doctrina, inſtitutio.* vir præclarâ eruditione atque doctrinâ... vir omnis eruditionis expers... quæ ſine eruditione Græcâ intelligi non poſſunt... (V. *App.*)

Eruditè, eruditiùs, diſputare &c.

Eruditus, a, um: eruditiſſimus. (V. *App.*)

Eſſe (*multiplicem habet vim*, V. *App. ad verbum, ſum, es, eſt.*)

* *Eſſentia, æ:* natura, vis, vis & natura, ratio & natura, natura univerſa, propria vis, tota vis, univerſa vis, genus, genus ipſum, notio, quid ſit, quid quidque ſit... ſatis multa de naturâ... quid ſit ipſa natura... quoniam ſua cujuſque animantis natura eſt, 4. *de Fin.* 25. unaquæque res ex ſe & ex ſuâ naturâ ſimpliciter conſideratur, 1. *Rhet.* omnium rerum vim, naturam, cauſaſque noſſe... cùm autem quid ſit, quæritur, notio explicanda, & proprietas, & diviſio,

Digitized by Google

ſio, & partitio, *Top.* 83. unaquæque res ex ſe & ſuâ naturâ ſimpliciter conſideratur, 1. *Rhet.* vis & natura juſtitiæ... ſi quis omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit, 1. *de Nat.* vis & natura & genus argumenti ipſius quæritur... vis enim & natura rei, niſi perfecta ante oculos ponitur, qualis & quanta ſit, intelligi non poteſt, 3. *de Orat.* 82. cùm propriam cujuſque vim definitione declaret... quamobrem omnibus ejus partibus cognitis, tota vis erit ſimplicis honeſtatis conſideranda, 2. *Rhet.* nuſquam enim tam quæritur, quale ſit genus ipſum rei (*hoc eſt, tota eſſentia...*) ſi tota res quæritur, definitione univerſa vis explicanda eſt... quædam autem cauſarum genera ſimpliciter & ex ſuâ vi conſiderantur... nunc deinceps ratiocinationis vim & naturam conſideremus... aut ex ſuâ vi atque naturâ, aut aſſumi foris &c. ex ſuâ vi, cùm &c... definitio eſt oratio, quæ id quod definitur, explicat, quid ſit... quæ quid ſit id, de quo agitur, oſtendit quàm breviſſimè... cùm quid quidque ſit, aperitur... ut vis ejus rei quam definimus, ſic exprimatur, ut neque abſit quidquam, neque ſuperſit... quæ enim iſtarum definitionum non aperit notionem noſtram, quam habemus omnes &c... ſuâpte naturâ... ſuâpte vi & naturâ... ex ſuâ vi atque naturâ... ipſam ex vi ſuâ naturâque &c... quæ nervorum natura ſit, quæ venarum... ordine naturæ certè prior... motus voluntarius eam naturam in ſe ipſe continet, ut ſit in noſtrâ poteſtate nobiſque pareat &c... acie mentis rerum omnium vim naturamque videre... hæc eſt natura propria animæ atque vis, ut ipſa à ſe ipſâ moveatur... quoniam ſua cujuſque animantis natura eſt... ex quatuor autem locis in quos honeſti naturam vimque diviſimus, 1. *Off.*

Ethologus, i: *qui de moribus diſſerit.* vitanda eſt minorum ethologorum ſimilitudo, 2. *de Orat.* 244.

Etymologia, *notatio nominis: verbi vis & interpretatio.* verborum explicatio, quâ de cauſâ quæque eſſent ita nominata, quam etymologiam appellabant, 1. *Acad.* 32. etymologia, id eſt, verbum ex verbo, veriloquium. nos autem novitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia ſunt verba rerum notæ, *Top.* 35.

Evacuo, are: exhaurio, vacuum facio, inanio, nudum inanemque relinquo...

* *Evagino, as:* educo, diſtringo.

Evangelia, *præmia, quæ dabantur ob jucundum nuntium, jucundus nuncius.* (V. *App.*)

Eventum, i. rerum eventa... (V. *App.*)

Eventus, ûs: *eventum, exitus, caſus.* (V. *App.*)

Evidentia, æ: *perſpicuitas.* (*V. cap.* 9. §. 6. *de perſpicuitate & evidentiâ pag.* 77.)

Evitatio, onis: declinatio.

* *Exactè:* vel exactiùs aliquid dicere vel facere: accuratè, accuratiùs, ſubtiliter, limatè, exquiſitè.

Exactio, onis: *penſio, tributum, ſtipendium, expulſio.* (V. *App.*) illa acerbiſſima exactio capitum atque oſtiorum, *lib.* 3. *epiſt.* 8.

Exæ-

Exæquo, are: æquo, æqualem vel parem facio. (V. *App.*)
Exaggerare, o: exaggeratio, onis. (V. *App.*)
* *Exalto, are:* effero, laudibus effero, produco, proveho ad honores, ad honorem, illuſtro, effero ad honores.
Examen, inis: *apum congregatio.* apum examina, examen apum.
* *Examen, inis:* diſquiſitio, inquiſitio, inveſtigatio, diſceptatio... nullâ diſceptatione, nullo conſilio.
Examino, as: *perpendo, expendo, pondero, exquiro, excutio, in manibus tracto.* ſed hoc ego meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam, *pro Pl.* 79. diligenter examinare verborum omnium pondera, *Orator.* 26.
Excæcare, o. (V. *App.*)
* *Excedens,* (*pro præſtanti non Latinè ſumitur.*)
Excedo, ere: *emineo, præſto, abeo, exeo.* (V. *App.*)
* *Exceſſivè:* præter modum, nimis, nimiùm.
Exceſſus, ûs: *exitus.*
* *Exceſſus, ûs,* (Gallicè, *excès*) immoderatio, intemperantia, incontinentia, exſuperatio, nimium. magis offendit nimium, quam parum, *Orat.* 73. in hoc genere nimium quod eſt, offendit vehementiùs, quàm id quod videtur parum, *Orator.* 178. in quo nihil poteſt eſſe nimium, *pro Pl.* 82. nec nimium, nec parum... mediocritas illa quæ eſt inter nimium & parum, I. *Off.* 89. nimia reſecari oportere, 4. *Tuſc.* 57.
* *Exceſſus, a, um:* ſuperatus.
Excitare, o: excitari. (V. *App.*)
* *Excitatio, onis:* concitatio mentis.
Excogito, are: *cogitando invenio, machinor, fingo, meditor.*
* *Excommunicare, o:* ex hominum Chriſtianorum communitate exterminare, ſegregare, reſecare, expellere, ejicere, ſeparare... aliquem à numero civium ſegregandum eſſe, *pro Arch.* 4. atque hoc omne genus peſtiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum eſt. etenim ut membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine & tanquam ſpiritu carere cœperint & nocent reliquis partibus corporis, ſic &c. ſegreganda eſt &c... 3. *Off.*
* *Excommunicatio, onis:* ab Eccleſiæ communitate expulſio, ejectio.
* *Excurſus, ûs:* excurſio.
Excuſabilis, e: habens excuſationem vel aliquid excuſationis.
Excuſatio, onis: *purgatio, ſatisfactio, cauſa.*.. nullæ iſtæ excuſationes ſunt. (V. *App.*) & cauſari, or, (*pro excuſatione afferre.*) neceſſitatis excuſatio non probatur, *Orat.*
Execrabilis, e: execrandus, a, um: deteſtabilis.
Execratio, onis: *preces malæ,* juramenta cum execratione... quin tu abis in malam peſtem malumque cruciatum?... quæ malùm &c... Deus iſti malefaciat... Deus te perdat...
Exectus, a, um: *caſtratus.*
Executio, onis: confectio, perfectio, abſolutio, perſecutio negotii.
Exemplar, aris: *exemplum, imago, ſpecies, forma.* (V. *App.* & *cap.* 8. *de multiplici genere cauſarum pag.* 51.
Exemplum, i: *exemplar, imago, factum, auctoritas, documentum, ſpe-*

 cies

Digitized by Google

cimen, clariſſimis monumentis teſtata conſignataque auctoritas. (V. *App.*) *& hæc adde:* plena exemplorum eſt hiſtoria, 1. *de Divinat.*.. atque uniuſcujuſque conſtitutionis exemplum ſupponere non gravaremur... talibus exemplis non fictæ ſolùm fabulæ, verùm etiam hiſtoriæ refertæ ſunt, 5. *de Fin.* plena exemplorum eſt noſtra Reſp. cùm ſæpè aliàs, tum &c... eorum igitur quæ &c. exempla ponamus... cujus exemplum ſit hoc expoſitum, 2. *Rhet.* hoc jam vetus eſt, & majorum exemplo multis in rebus uſitatum, *pro Cæcin.* 45. contineo me ab exemplis Græcis, 2. *de Fin.* ſimileſque ſunt, ut ſi qui &c... ut ſi quis &c. ut ſi unumquodque membrum &c. ut enim ſunt qui &c. ſic reperies multos, quibus &c... atque ut &c. ſic &c. ac multò magis... nec tamen ut hoc &c. ita ad hunc modum, ut &c... atque ut in &c. ſic &c... etenim ut &c. ſic... ſimiliter facit, ut ſic &c... ut &c. & alia ejuſdem generis... exempli cauſâ ponatur aliquid quod pateat latiùs &c. in exemplo eſt &c. exempli gratiâ, ſi &c. verbi cauſâ... verbi gratiâ... ſic... quod genus, pecunia eſt... ejus generis hæ ſunt quæſtiones... ea eſt hujuſmodi... hoc modo... cujuſmodi ſunt, quæ &c... ad hunc modum... & tanquam animi inſtar in corpore... velut... ejus generis hæc ſunt... cujus generis etiam illa ſunt, quæ &c. mos majorum & exempla...

* *Exemptio, onis:* exceptio, vel libertas, immunitas, vacatio... exlegem eſſe, *pro Cl.* 94.

Exercitatio, onis: *uſus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, conſuetudo, ludus, induſtria, agitatio: curricula mentis.* exercitatio uſuſque dicendi... uſu & exercitatione... conſuetudo exercitatioque.. meditatione & exercitatione... de exercitatione & conſuetudine & commentatione dixi... tantùm exercitatio, meditatio, conſuetudo valet... ſine uſu & exercitatione nihil conſequi poſſumus... uſum quoque exercitationemque deſiderat... ſed magnam exercitationem res flagitat... ſeſeque quotidianis commentationibus acerrimè exercuit... quotidiéque & ſcribens, & legens, & commentans, *Orat. &* 1. *de Oratore c.* 7. (*Vide etiam App.*) caput autem eſt quamplurimùm ſcribere...

Exercitum ii: (vox *Gellii*) exercitatio, ludus, ars, induſtria, opus, munus, agitatio.

Exercitus, ûs: *manus, copiæ.* (V. *App.*)

Exero, erere: proferre, edere, exerere caput, enſem, linguam &c.

Exigo, ere: *cogo, poſtulo, flagito, extorqueo.*

Exinanio, *exhaurio:* (V. *App.*) vel humilem & abjectum reddo, abjectum fieri. (*Chriſtus exinanivit ſemetipſum.*)

Exinanitus, a, um: *exhauſtus, quod vacuum redditur.*

* *Exiſtentia, æ:* ipſum eſſe, natura rei, ut eſt.

Exiſtimandus, a, um. in exiſtimando admodùm prudens... ad unamquamque rem exiſtimandam & momento ſuo ponderandam...

Exiſtimans, tis. homo ipſe de ſe benè exiſtimans, ſeſeque diligens, 3. Off.

Off. 31. judices benevolos & benè exiſtimantes facere, 2. *de Orat.* 322.

Exiſtimatio, onis: *fama*, *opinio*, *judicium*, *auctoritas*. bona exiſtimatio, aut mala... opinio & exiſtimatio... nihil mihi ad exiſtimationem turpius &c... tacitâ exiſtimatione reprehendi... omnium exiſtimationi ſatisfacere. (V. *App.*)

Exiſtimator, oris: *judex*, *opinator*... exiſtimator doctus & intelligens... intelligens dicendi exiſtimator... (V. *App.* & *nomen* æſtimator.)

Exiſto, ere: *ſum cum adjunctione*, *appareo*, *conſto*. (V. *App.*)

* *Exiſto*, *ere*, *ſimpliciter* & *abſolutè*. ſum, eſſe... definitionum autem duo ſunt genera prima. unum earum rerum, quæ ſunt; alterum earum, quæ intelliguntur. eſſe ea dico, quæ cerni tangique poſſunt &c. non eſſe rursùs ea dico, quæ tangi demonſtrarive non poſſunt &c. *Top.* ſive id quod eſt, ſive id quod intelligitur... cognitionis quæſtiones tripartitæ ſunt: cùm an ſit, quid ſit, aut quale ſit quæritur &c. primò quæritur, ſitne aliquid &c. ſit necne ſit &c. quicquid eſt &c. qui enim ſunt, nuſquam eſſe non poſſunt...

* *Exiſtens neceſſariò.* ſed ipſum à ſe oritur & ſuâ ſponte naſcitur, 2. *de Fin.* 78. (quod ipſum à ſe eſt & ſuâ ſponte.)

Exitus, ûs: *eventus*, *caſus*, *finis*... rei exitus. (V. *App.*)

Exonero, as: deonero.

Exoptabilis, e: (vox *Sil.*) optabilis, optatus; exoptandus, expetendus.

Expectatio, onis: *ſpes*. (V. *App.*)

Expecto, as: *præſtolor*, *ſpero*. quod cum magnâ ſpe expectavimus. (V. *App.*)

Expedio, ire: *libero*, *explico*, *extrico*, *abſolvo*, *promptum facio*. (V. *App.*)

Expedit, bat: *utile eſt*, *conducit*. quid expediat. (V. *App.*)

Expeditus, a, um: expeditiſſimus: *promptus*, *paratus*, *facilis*, *nullâ re implicatus*. expeditus, ſolutus, liber, & nullâ re implicatus. (V. *App.*)

Expenſa, æ: expenſum, i: expenſa, orum: impendium: datum & acceptum... ut par ſit ratio datorum & acceptorum.

Expergeſio, eri: è ſomno ſuſcitor, expergiſcor.

Experientia, æ: *periclitatio*, *experimentum*, *uſus*, *notatio*, *exemplum*, *obſervatio*, animadverſio... obſervatione prudentium... obſervatio diuturna (*ne dixeris*, *longa experientia*) notandis rebus fecit artem, 2. *de Divin.* 146. quæ &c. hæc notata ſunt obſervatione diuturnâ... obſervatione rerum... (*per experientiam*, *inquiunt ſcioli*) obſervatio conſtans & diuturna, 2. *de Divin.* 124. vir magnâ prudentiâ, uſu... mirificus uſus alicujus in re militari... uſum in Rep. magnum habere debes... docuit enim jam nos longa vita uſuſque rerum maximarum, ut &c. (Gallicè, *une longue experience.*) Cato multarum rerum uſum habebat... uſu quotidiano... collocata in uſu quotidiano... cùm ad tuam ſummam prudentiam tantus uſus acceſſerit. (V. *in App.* uſus) facere periculum. (V. *in App.* periculum, periclitari) uſu ac periclitatione percipere... longinqui temporis uſu & periclitatione percepimus, 2. *de Nat.* 161. longinqua obſervatio, 1. *de Divin.* 109. & quam du-

Digitized by Google

diuturna iſta obſervatio, aut quàm longinquo tempore potuit obſervare, 2. *de Divin.* 28.

Experior, iri: *periclitor*, *periculum facio*, *uſu tractando cognoſco*, *teneo*. (V. *App.*)

Expetendus, a, um: res expetendæ, expetenda, extremum expetendorum... quæ vulgò expetenda & optabilia videntur... per ſe expetendus, a, um.

Expetere, o: *opto*, *cupio*. (V. *App.*)

Explanatè, explanatiùs: *planè*, *apertè*.

Explanatio, onis: *explicatio*, *enodatio*, *interpretatio*. (V. *App.*)

Explanator, oris: *interpres*, *explicator*.

Explano, are: *interpretor*, *interpretationem vel explicationem facio*, *interpretatione explico*, *illuſtro*, *expono*, *perſpicuum*, *planum facio*, *explico*, *aperio*, *patefacio*. (V. *App.*)

Explicatè, *enodatè*.

Explicatio, onis.

Explicator, oris: *explanator*, *interpres*.

Explicatus, ûs: explicatio. (V. *App.*)

Explicatus, a, um: *apertus*, *definitus*: *diſputatus*, *effuſus*.

* *Explicitè*: explicatè: patentiùs & expeditiùs... non implicitè & abſconditè, ſed patentiùs & expeditiùs, 2. *Rhet.* 69. conceptis verbis... apertè... planè & apertè... expreſsè.

Explicitus, a, um: explicatus, apertus, expreſſus.

Explico, are. (V. *App.*)

Exploratè, *certè*, *planè*.

Explorator, oris: ſpeculator, index, emiſſarius.

Exploratum habeo, *id eſt*, *compertum*, *perſpectum*, *cognitum*. (V. *App.*)

Expono, ere: *ediſſero*, *exprimo*, *narro*, *explico*. (V. *App.*)

Expoſitio, onis. (V. *App.*)

* *Expreſsè*, planè, apertè, conceptis verbis, ad litteram.

Expreſſus, a, um: *verè factus*, *verus*, *firmus*, *confirmatus*, *apertus*: *tranſlatus*. fabulæ ad verbum de Græco expreſſæ, 1. *de Fin.* 4. omnem illius meumque ſermonem omnibus verbis expreſſum tibi ſtatim mittam, *Att. l.* 9. *ep.* 18.

Exprimo, ere: *expono*, *eloquor*, *imitor*, *effingo*: *extraho*, *transfero*. hæc verba ipſa Platonis expreſſi, 1. *de Divin.* 61. & quidem ut alio modo eaſdem res efferre poſſimus...

Exquiro, ere. (V. *App.*)

Exquiſitè: exquiſitiùs: *accuratè*, *diligenter*. (V. *App.*)

Exquiſitus, a, um, ior: *accuratus*, *lectus*, *excellens*.

Exſacrificare, o: ſacrificare.

* *Extaſis*, furor, afflatus, impetus divinus, ſeu inſtinctus... ineſt igitur in animis præſagitio; quæ ſi exarſit acriùs, furor appellatur, 1. *de Divin.* 66. negat ſine furore Democritus, quemquam Poëtam magnum eſſe, 1. *de Divin.* 80. furor appellatur, cùm à corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur, 1. *de Divinat.*

Externus, a, um: extraneus, exterus, extrinſecùs accedens, adventitius, alienigena... externi homines, populi... externa commoda.. externâ & adventitiâ viſione pulſari... externus & adventitius tepor...

Exterus, a, um: externus. exteræ na-

nationes & gentes. . . exterus hoſtis...

Extimus, a, um: *externus.* orbis cœleſtis extimus, *de Somn.* 9. (opp.) intimus.

Extinctio, onis: *interitus.* (V. *App.*)

Exto, are: *conſto, appareo, ſum, ſuperſum.* (V. *App.*)

Extra, foris.

Extra, extrinſecùs, præter, extra quam (*ubi de exceptione agitur.* V. *App.*)

Extraneus, a, um: extranea cauſa... res extraneæ.

* *Extraordinariè*, extra ordinem.

Extraordinarius (Latinè dicitur.) *Extraordinarium imperium, Poteſtas extraordinaria*, Cic.

Extremitas, ora, æ. (V. *App.*)

Extremum, i: finis, terminus, ultimum... quod finitum eſt id habet extremum... quod non habet extremum, id infinitum ſit neceſſe eſt. . . extremum bonorum... ad extremum. (V. *App.*)

Extremus, a, um: *poſtremus, ultimus, noviſſimus.* (V. *App.*)

Extrinſecùs: *extra, foris:* extrinſecùs aſſumi. (V. *App.*) ea quæ ſunt foris... pulſu agitari alieno... quod pulſu agitetur externo...

Exuperatio, onis: *ſuperlatio*, Græcè, *hyperbole.*

F.

FAbrè: artificioſè, ſcitè, affabrè: argentum fabrè factum (V. *App.*

Fabrica, æ: ipſa fabrificatio, ars fabrilis.

Fabricatio, onis: *fabrica.*

Fabricator, oris: *ædificator, artifex, architectus, machinator.*

Fabrico, are, & fabricor, ari, *idem ſignificant.* (V. *App.*)

Fabrilis, e.

Fabula, æ. (V. *App.*)

* *Fabulo*, fabulator.

Fabuloſus, a, um: fictus, commentitius, falſus.

Facies, ei: *ſpecies oris, forma.*

Facilè, faciliùs, facillimè. (V. *App.*)

Facilis, e: facilitas, tis. (V. *App.*)

* *Faciliter*, facilè, perfacilè, nullo negotio.

Facinus, oris: *flagitium, ſcelus: item egregium factum & laudabile.* magnum facinus, rectiſſimum facinus. (V. *App.*) accipite aliud ejus facinus nobile, 4. *in V.* 82.

Fac, *pro eſto, vel finge.* (V. *App.*)

Facio, ere. (V. *App.*)

Factio, onis: *partes, ſecta.*

* *Factivus*, efficiens, efficiendi vi præditus.

* *Factor*, oris: effector, architectus, parens, genitor.

Factu, difficile factu.

Factum, i. facta, orum. (V. *App.*) quæſtio facti, (opp.) quæſtio juris... in omnibus factis & dictis... rectè facta ſola in bonis actionibus ponens, pravè, id eſt peccata in malis, 1. *Acad.* 4. ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum exiſtimat... audi &c. & intellige facta ejus cum dictis diſcrepare. . . non eventis, ſed factis cujuſque fortunam ponderari... rectè ac jure factum. . . qui rectè factorum fructus eſſet. . . quid enim intereſt inter ſuaſorem facti & probatorem... res ipſa declarat... clara res eſt.

Facultas, atis: *commoditas, occaſio, opes, divitiæ, ars, ſcientia.* qui in ali-

Digitized by Google

aliquâ arte & facultate excellit, 1. *de Orat.* 217. oratoris facultas, *ibid.* quibus in rebus oratorum verſatur facultas, 1. *de Orat.* 90. medicinæ facultate utebatur, non eloquentiæ, 1. *de Orat.* 62. de oratoris facultate dixiſſe... Poeticâ quâdam facultate, non ruſticâ...

Facultates animi. tantæ facultates ingenii, conſilii, gratiæ, *Att. l.* 3. *ep.* 10. duplex eſt vis animorum atque naturæ &c... animi autem plures ſunt virtutes...

Facundia, æ, (*Plin. Gell.*) facultas, eloquentia, copia dicendi.

Facundus, copioſus ad dicendum.

Fallacia, æ. (V. *App.*)

Fallaciter, fallaciſſimè... fictè & fallaciter... ratio hoc poſtulat, ne quid fallaciter, ne quid inſidioſè, ne quid ſimulatè... fallaciter imitando... (V. *App.*)

Fallax, fallaciſſimus: *fraudulentus*, *captioſus*. captioſâ probabilitate falli...

* *Fallibilis*, *e*: fallax, errori obnoxius, qui opinione labi poteſt... cujuſvis hominis eſt errare, (opp.) qui minimè falli poſſit...

Fallo, ere. niſi fortè me fallo... in quo falli facile eſt... nunc niſi me fallit opinio... (V. *App.*) nunquam fallentes res...

Falsè, *falsò*. aſſentiri falsè alicui rei, 4. *Acad.* 141.

* *Falſifico*, *are*: adultero.

Falſitas, atis: *vanitas*, *falſum*, *i.*

Falsò, falsè, fallaciter.

Falſum, i: falſa, orum: ex falſis verum effici non poteſt... falſum eſt in quo perſpicuè mendacium eſt...

Falſus, a, um: *inanis*, *mendax*, *vanus*, *adulterinus*. (V. *App.*)

Fama, æ. (V. *App*) hâc tantâ celebritate famæ... implevit orbem terrarum nominis ſui gloriâ...

Familia, æ: agnatio, cognatio, ſtirps, ſecta, ſervorum numerus... à Peripateticorum familiâ... profeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe... tum ſingulæ familiæ in te impetum facerent. (V. *App.*)

Famoſus, a, um: *infamis*.

Fanaticus, i: *delirus*, *furens*. homo fanaticus, *pro Dom.* 10.

Fanum, *templum*. pro fanis atque delubris propugnare... fanum antiquiſſimum & ſanctiſſimum... (V. *App.*)

Faris vel fare, fatur, fatus, a, um, fari: *loqui*. (V. *App.*)

Fas, *jus*, *quod licet*, (opp.) nefas... ſi hoc fas eſt dictu... ſi &c. fas eſt... contra quam fas erat... contra jus faſque... jus & fas omne delere... ut id quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret &c. (V. *App.*)

Faſti, orum: *libri in quibus cujuſque diei & anni geſta continentur*. (V. *App.*)

Faſtus, ûs. magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia.

Fatalis, e: *ex omni æternitate definitus*, *conſtitutus*. fatalis neceſſitas rerum futurarum... aliquâ fatali neceſſitate...

Fataliter, *neceſſariò*. omnia quæ fiunt, quæque ſunt, ex omni æternitate definita eſſe fataliter, 2. *de Divin.* 19.

Fateor, eris, *confiteor*.

Fatigo, defatigo.

Fatum, i: *fatalis fortuna*, *fatalis neceſſitas*, *infortunium*, *vaticinium*. (V. *App.*)

Fa-

Digitized by Google

Faxit, faxint &c. (V. *App.*) faxit Deus, ut &c. ſi ſecùs faxit.
Febricito, are: (vox *Celſi* & *Columellæ*) febrem habeo.
Fellator, oris: qui ne à ſanctiſſimâ quidem parte corporis hominum impuram intemperantiam propulſat.
* *Feracitas*, *atis*, ubertas.
Ferè, *fermè*, *propè*, *propemodùm*. ferè (*pro* ferè ſemper, ferè tantùm) probabile eſt, quod ferè fieri ſolet... (V. *App.*)
Feriæ, arum: *dies feſtus*, *cœleſtium dies quieti*. (V. *App.*)
Feriari, or, ceſſare, o.
Fero, fers, fert, ferunt. (V. *App.*)
* *Feſtinantia*, feſtinatio.
Feſtivitas, lepos, jucunditas, (*non autem ſignificat diem feſtum.*)
* *Feſtivo*, diem feſtum agere, celebrare.
Feſtum, i: dies feſtus, feriæ.
Feſtus, a, um: dies feſtus, feriæ. (V. *App.*)
* *Feudum*, *i:* fundus, prædium: ut populus fundus.
Fictè, *ſimulatè*. fictè & ſimulatè loqui... non fictè & fallaciter...
Fictilis, e: *quod è terrâ vel aliâ materiâ fictum eſt*. vaſa fictilia... fictiles figuræ...
* *Fictitius*, *a*, *um:* fictus, commentitius.
Fictus, a, um: *commentitius*, *ſimulatus*, *adumbratus*, *formatus*... ficta & commentitia... res fictæ & adumbratæ. (V. *App.*)
* *Fideicommiſſum*, *i:* patrimonia ſpe benè tradendi commiſſa.
* *Fidejuſſor*, ſponſor, præs, ædis.
Fidelis, e: fidelitas, fideliter, fidiſſimè. (V. *App.*)
Fidens, tis: fidenter, fidentia, æ. (V. *App.*)
Fides, ei: *conſtantia promiſſorum*, *firma opinio*, *auctoritas*, *confirmatio*. fides eſt firma opinio, *Parad.* 8. (V. *App.*)
Fides, is: *lyra*, *muſicæ inſtrumentum*.
Fiducia, *ſpes certa*, *aut pignus datum*, *dum quis ſolvat quod debet*. (V. *App.*)
Fidus, fidiſſimus: *fidelis*.
* *Figmentum*, *i:* commentum, fabula.
Figura, æ: *forma*, *ſpecies*. (V. *App.*) *figuræ orationis:* lumina orationis... ornamenta verborum ſententiarumque, inſignia &c. (*vide* 3. *de Orat. cap.* 13. *&* 14.) quæ Græcè vocantur *Schemata*. (Vide *Apparatum ad verbum*, Schema.)
Figuratus, a, um: figuro, as. (V. *App.*)
Filius, ii: *liberi*, *natus*, *gnatus*, *procreatio*, *chariſſima procreatio*, *ſpes parentis*, *partus*. (V. *App.*)
Filum, i: *linum propriè*, *ſed tranſlatione orationis contextus*. filum orationis tuæ, *de Amic.* 25.
* *Finalis*, *e*, ad finem ſeu ad extremum pertinens... cauſa *finalis*, cauſa cujus gratiâ, finis.
* *Finaliter*, tandem, ad ultimum, noviſſimè.
Fingo, ere: *formo*, *informo*, *creo*, *ſimulo*, *animo fingo*. (V. *App.*) finge animo aliquem... fingite animis; liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ &c. fingite igitur cogitatione &c... de me autem ſuſcipe pauliſper meas partes & eum te eſſe finge, qui ego ſum... omnia quæ cogitatione nobiſmetipſis fingere poſſumus... (*Vide*, fac, *pro*, finge, *item*, *aliquem* facere *colloquentem*, *diſputantem*, *quoſ-*

Digitized by Google

quoſdam inter ſe differentes, *pro*, fingere, *vel* inducere : *item*, ſumatur enim nobis &c. 5. *Tuſc.* 68. *hoc eſt*, fingamus.) ſed finge non ſolùm callidum eum, ſed &c. ſapientem & bonum virum fingimus &c. finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondùm eſſe &c... quod quò magis intelligi poſſet, fingere animo aliquem jubebat &c. ſumatur enim nobis quidam præſtans vir &c. iſque animo parumper & cogitatione fingatur &c... ſi eſſent, qui &c. accepiſſent autem famâ & auditione &c... fingite vobis, ſi poteſtis, aliquem &c.

Finio, ire: *definio*, *perficio*, *conficio*, *abſolvo*; *claudo*, *concludo &c.* (V. *App.*)

Finis, is: *modus*, *terminus*, *exitus*, *ultimum*, *extremum*, *item cauſa cujus gratiâ.* (V. *App.*) finis bonorum, quò referuntur, & cujus cauſâ facienda ſunt omnia, 1. *de Leg.* 65.

Finitè, *definitè.*

Finitimus, a, um: *vicinus*, *propinquus*, *appoſitus*, *confinis*, *proximus.* (V. *App.*) ita finitima ſunt falſa veris... cui generi finitimum eſt illud &c.

Finitio, onis, (vox *Quintil.*) terminatio.

Finitus, a, um: *definitus.* (V. *App.*)

Fio, fis, fit: *conſto*, *conſtor*, *evado*, *evenio*, *accido.* (V. *App.*)

Firmamentum, i: *ſtabilimen*, *robur*, *vires*, *firmiſſima argumentatio.* (V. *App.*)

Firmatus, a, um: firmatâ jam ætate vetus opinio. omnium gentium firmata conſenſu.

Firmè, firmiùs, firmiſſimè, firmiter. (V. *App.*)

Firmitas, firmitudo. (V. *App.*)

Firmo, as: ſtabilio, firmum facio.. firmare aliquid rationibus.

Firmus, a, um, firmior, firmiſſimus. (V. *App.*)

Fiſcus, i: *grandior ſacculus ad pecuniam publicam accipiendam.*

* *Fixè:* acriter, acri animo & attento.

Fixus, a, um. (V. *App.*)

Flamen, inis: flatus, ſpiritus, antiſtes. (V. *App.*)

Flecto, ere: *inflecto*, *torqueo*, *detorqueo.* (V. *App.*)

Flexio, onis: *flexus*, *anfractus*, *converſio.* (V. *App.*)

Fluo, ere: *labi*, *manare*, *defluere.*

Fluxio, onis: *curſus.* ut aquarum fluxiones.

Fluxus, a, um: *incertus*, *inconſtans.*

Fluxus, ûs: *fluxio.*

Fœmininus: fœmineus, muliebris.

Fœteo, fœtere: malè oleo, puteo, fœtidus ſeu putidus ſum.

Fomes, itis: delinitio, quod fovet. *fomes peccati*, ſeminarium vitiorum.

Fons, tis: *principium*, *cauſa*, *origo*, *caput.* Philoſophiæ fontes aperire... jam ab illo fonte & capite: & quoniam breviter aperti fontes ſunt quaſi quidam æquitatis, *Partit.* 131.

* *Foraminatus*, perforatus, pertuſus foraminibus.

Foras, *extra.*

Foris, *extrinſecùs*, (opp.) intùs, domi.

Forma, æ: *ſpecies*, *figura*, *notio*, *idea*, *character*: *ſpecies dialecticæ.* (V. *App.*)

* *Formalis*, *e:* ipſe, a, um... proprium, quod ad naturam, ſeu ad vim & naturam pertinet. infinitio ip-

Digitized by Google

ipſa... ipſæ impreſſiones... inter ipſas impreſſiones...

* *Formale objectum.* proprium quod nullam in aliam rem transferri poſſet, *Top.* 29. de propriis oritur plerúmque magna diſſenſio, *Part.* 41.

* *Formalis ſenſus dicitur, cùm res verbo expreſſa ex ipſâ naturâ ſumitur, ad quod efferendum uti ſolent particulâ, ut, hoc modo: album, ut album. tum, inquiunt, in ſenſu formali hoc nomen, album, uſurpatur. at ſi ſententia tantùm cadat in rem, quæ eſt alba, non autem in ipſum candorem adjunctum, in materiali ſenſu, quemadmodùm vocant, ſeu materialiter ſumitur.*

* *Formaliter, hoc eſt, ratione formæ, ſecundùm formam,* (opp.) *materialiter, ſeu ratione materiæ, ratione rei ſubjectæ.*

* *Formaliter ſumptus, a, um:* ipſe, ipſa, ipſum: ille ipſe, infinitio ipſa, ipſæ notiones, (*id eſt, notiones formaliter ſumptæ*) &c.

Formare, o: *figuro, fingo, effingo.* (V. *App.*)

Formatus, a, um: *formâ præditus,* (opp.) *informis.*

Formidabilis, e: (*Ovid.*) formidoloſus, horribilis, terribilis.

Formula, æ: *præſcriptum, norma, nota, ipſe contextus legum.* quid eſt quod præſcriptum aliquod aut formulam exprimas, cùm &c. *Orat.* (V. *App.*)

* *Fornicari, or:* adultero, ſtupro, mœchus ſum &c.

Fornix, icis: *arcus, camera, lupanar.*

Fors, *fortuna.* quemcumque fors tulerit caſum... ſed hæc ut fors tulerit...

Forſitan, fortaſſe, fortaſſis, forte. (V. *App.*)

* *Fortalitium*, propugnaculum, caſtellum.

Forte fortunâ. aliquid aut caſu, aut forte fortunâ fieri, 2. *de Divin.* 18.

Fortuitò, fortuitu. (V. *App.*) caſu & fortuitò, temerè & fortuitò... temerè ac fortuitu...

Fortuitus, a, um: *in fortunâ poſitus, caſu eveniens...* concurſu rerum fortuitarum, *Top.* 73.

Fortuna, æ: ſors, fors, hera, caſus, temeritas, eventus, conditio. (V. *App.*)

Fortunæ, arum: *bona, orum: pecunia.* (V. *App.*)

Frater, tris: *germanus.* frater germanus.

Fraternè, *germanè.*

Fraternitas, atis: (vox *Quintil.*) germanitas.

* *Frigefactivum*, refrigerans, frigorificum.

* *Frixorium*, ſartago.

Fructifico, as: fructum edo, fero; fruges fundo.

Fructuoſus, fructuoſior, fructuoſiſſimus. (V. *App.*)

Fructus, us: fruges, fœtus, partus, delectatio, utilitas. (V. *App.*)

Fruſtrà, *ſine cauſâ.* nec fruſtrà & ſine cauſâ. (V. *App.*)

* *Fugaciter*, fugientium more.

Fulmen, inis: *fulgur, fulgor, aëris ardor.* ictus fulminis... tonitrua & fulminum jactus... fulminis ictu...

Fulminatus, de cœlo ictus.

Fulmino, are: fulmen jacio, de cœlo tango, percutio è cœlo, jacio.

Fundamentum, i: *ſolum, principium.* (V. *App.*)

Fundare, o: *conſtituo*, *fundamentum jacio*.

Fundatus, a, um: ſubita fundatiſſimæ familiæ ruina... fundatæ atque optimè conſtitutæ opes...

Funditùs, *prorsùs*. funditùs evertere. (V. *App.*)

* *Fundulus*, gobius fluviatilis.

Fundus, i: *prædium*, *poſſeſſio*.

Funebris, e: *lugubris*. laudationes ſcribuntur ad funebrem concionem, 2. *de Orat.* 341.

Funis, is: funiculus, i.

Furor, oris: *inſania*, *afflatus ac impetus divinus*, *vel Poëticus*.

Fusè, *diſpersè*, *diffusè*, (opp.) articulatim, diſtinctè.

Futilis, e: *levis*, *vanus*.

Futilitas, atis: *vanitas*.

G.

GArrulitas, ätis: inanis quædam profluentia loquendi.

* *Gaudenter*, cum gaudio, læto animo.

Genealogi, orum. qui à genealogis antiquis nominantur, 3. *de Nat.*

Genealogia, æ: ſtirpis origo, progreſſio, radix, 3. *Tuſc.* 8. *ſtirpis & generis hiſtoria*.

Generalis, e: *communis*, *univerſus*, *confuſus*, *latè manans*, *latè patens*, *ad multa pertinens*. generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honeſtate verſatur: aliud huic ſubjectum, quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis, 1. *Off.* 96. cùm de genere negotii controverſia eſt, conſtitutio generalis vocatur, 1. *Rhet.* 10. & 24. & 2. *Rhet.* 61.

Generaliter: *communiter*. nam tempus quidem generaliter definire, difficile eſt, 1. *Rhet.* 9.

Generare, o: *gigno*. (V. *App.*)

Generatim, *generaliter*, *communiter*, *universè*, *genere*, (opp.) ſpeciatim... exponam igitur generatim argumenta eorum, 4. *Acad.* 47. non nominatim, ſed generatim... generatim atque universè... ut omnia generatim amplectamur. (V. *App.* & *adverbium*, communiter.)

Generatio, onis, (vox *Plinii*) ortus, procreatio.

Genitor, oris: genitrix. (V. *App.*)

Gens, tis: *natio*, *familia*.

Gentilis, e: *ejuſdem gentis ſeu familiæ ab ingenuis oriundæ*.

Gentilitas, atis: *gentilium jus*, *conditio*.

* *Gentilitùs*, gentium more.

Genus, ris: *natura*, *commune genus*, *ſpecies*, *ratio*, *gens*, *familia*. (*V. cap.* 4. *de genere ipſiuſque formis pag.* 23. & *App.*)

Genus *latiùs patens dicitur* ſuperius, *minùs autem patens*, inferius, *ſeu quod ſuperiori generi ſubjicitur*.

Geometra, æ: *geometres*. Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, ut ſibi quædam concedantur, quò faciliùs, quæ velint, explicent, 3. *Off.* 33.

Geometria, æ. Geometriam Euclides & Archimedes tractaverunt, 3. *de Orat.* 30. in ſummo apud Græcos honore fuit, 5. *Tuſc.* 4. quæ in Geometriâ deſcribuntur, &c. 2. *de Divin.* 10. in Geometriâ lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines, 1. *de Orat.* 87. punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habet: extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omninò craſſitudo ſit: linea-

Digitized by Google

lineamentum ſine ullâ latitudine, 4. *Acad.* 116. in hâc immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, 1. *de Nat.* 54. de dimenſione quadrati, 1. *Tuſc.* 57. *V.* globus.

Geometrica, orum. quaſi geometrica didiciſſet, 1. *Tuſc.* 57.

Geometricus, a, um. ſi velim geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare, 2. *de Divin.* 122.

Germanè, *fraternè*. germanè fraternéque reſcribere.

Germanitas, atis: *communio ſanguinis.*

Germanus, a, um: germaniſſimus: *ex eodem genere & ſtirpe, præſertim fratres & ſorores:* verus ac ſincerus.

Gero, ere: *facio, adminiſtro, ſervo, vivo, me exhibeo;* morem gerere, *hoc eſt, obedire.* (V. *App.*)

Geſta, orum: *acta, res geſtæ.* tantis geſtis.

Geſticulor, ari: geſtum ago.

Geſtus, a, um: res geſta, res geſtæ. (V. *App.*)

Gigno, ere: *genero, creo, pario, procreo, ſuſcipio.* (V. *App.*)

Globoſus, a, um. globoſum, cujus omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur, *de Univ.* 25. globoſa forma... terra ſolida & globoſa... ſtellæ globoſæ & rotundæ.

Globus, i. duæ formæ præſtantes ſunt: ex ſolidis, globus: ex planis, circulus, vel orbis, qui *cyclus* Græcè dicitur, 2. *de Nat.* 47.

Gloria, æ: *claritas, ſplendor, lux, amplitudo.* gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude, 2. *Rhet.* 166. (V. *App.*)

Gloriatio, onis. ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, eſſe beatam vitam, 4. *de Fin.* 50.

Gloriola, æ.

Glorior, ari: *de me, vel apud me prædico, gloriâ me & prædicatione effero.* (V. *App.*)

* *Glorifico, are:* honore afficio, laudo, extollo.

Glorioſè, ſiùs, ſiſſimè: *magnificè.* glorioſiſſimè & magnificentiſſimè.

Glorioſus, a, um: *oſtentator, præclarus, illuſtris, magnificus, qui maximâ in gratiâ & gloriâ eſt.* (V. *App.*)

Gracilis, e: tenuis, ſubtilis, exilis, exiguus, ſtrigoſus.

Gradatim, *gradibus, per gradus.* (V. *App.*)

* *Gradatio, onis: exornatio rhetorica, quæ à Cicerone dicitur* acervus, à Græcis σωρείτης.

Gradus, ûs; *quo ad aliquem locum adſcendimus, undè transfertur ad locum & dignitatem & monumentum & ordinem & progreſſum.* (V. *App.*) quartus autem gradus eſt altiſſimus eorum, qui &c. 2. *de Nat.* (ultimum *ſimpliciter, pro ultimo gradu*) inſcitè autem medicinæ & gubernationis ultimum cum ultimo ſapientiæ comparatur, 3. *de Fin.* 25.

Græcè ſcire... qui Græcè neſciunt... Græcè loqui... Græcè ſcribere hiſtoriam... cùm ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem, 1. *de Orat.* 155. vel Græcè loqui, vel Latinè docendus... cùm uterque Græcè egregiè loquatur. (V. *App.*)

Græcia, æ. doctrinâ Græcia nos & omni litterarum genere ſuperabat, 1. *Tuſc.* 3.

Græculus, a, um. (V. *App.*)

Græcus, a, um. Latina Lingua locu-

pletior eſt (uberior eſt) quàm Græca, 1. *de Fin.* 10. (*hic mentitur Cicero.*) Lingua Græca copioſior quàm Latina, 2. *Tuſc.* 35. Græca leguntur in omnibus ferè gentibus; Latina ſuis finibus, exiguis ſanè, continentur, *pro Arch.* 23. Lingua Latina inops, 3. *de Fin.* 51. quò Latinus Orator ſine Græcis litteris pervenire poteſt? *de Claris Orat.* 167. nam cùm Philoſophiam viderem diligentiſſimè litteris Græcis explicatam, exiſtimavi, ſi qui de noſtris ejus ſtudio tenerentur, ſi eſſent Græcis doctrinis eruditi, Græca potiùs quàm noſtra lecturos: ſin à Græcorum artibus &c. 1. *Acad.* 4. aut enim Græca legere malent &c. à Græcis petere &c. cur Poëtas Latinos Græcis litteris eruditi legant &c... nos verò, inquit Atticus, quin etiam Græcis licebit utare, cùm voles, ſi te Latina fortè deficient, *ibidem.* ea ferè ſunt & Græcis litteris & Latinis celebrata, 4. *Acad.* 4. cùm quæ &c. Græco ſermone tractaviſſent, ea Latinis litteris mandaremus, *de Fin.* cùm idem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas non inviti legant, *de Fin.* quid habent cur Græca anteponant iis, quæ ſplendidè dicta ſint, neque ſint converſa de Græcis, *de Fin.* qui Græca legere malint &c. quid ſit *edone* Græcè, Latinè voluptas &c... & tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur &c... Græcum etiam verbum uſurpavi... multóque meliùs hæc notata ſunt verbis Latinis, quàm Græcis, 3. *Tuſc.* complures enim Græcis inſtitutionibus eruditi &c. 1. *de Nat.* 8. quæ ſine eruditione Græcâ intelligi non poſſunt, 1. *Acad.* 4. doctus & Græcis litteris eruditus, *de Cl.* 104. quærimus verbum Latinum pro Græco, & quod idem valeat, 2. *de Fin.* 13.

Grammatica, æ. in grammaticis.

Grammaticus, i: grammatici interpretes Poëtarum... at ſi grammaticum ſe profeſſus barbarè loquatur, turpe ſit &c... tradere elementa loquendi &c...

Grandis, e, *magnus*, *immanis*. granditas verborum. (V. *App.*)

Grandiuſculus, & grandiculus, diminut.

Gratè, animo grato... gratè & piè facere.

Grates agere, *id eſt*, *gratias*.

Gratia, æ: *animus gratus & beneficii memor*, *voluntas referendæ gratiæ*, *grates*, *beneficium*, *favor*, *amor*, *bona gratia.* (V. *App.*) *quod ſi pro divino beneficio gratia ſumatur*, *gratuitum eſt donum neque meritis neque naturali conſtitutioni debitum*, *ſeu beneficium & gratia naturæ vim excedens.*

Gratificari, or: gratificandi facultas. (V. *App.*)

Gratificatio, onis: *gratia*, *beneficium.*

Gratioſus, a, um. (V. *App.*)

Gratis, gratuitò. (V. *App.*)

Gratitudo, inis, (vox *Senecæ*) memoria beneficii, gratus animus.

Gratuitus, a, um: (*ſine præmio & mercede*) quid liberalitas? gratuitane eſt, an mercenaria? ſi ſine præmio benigna, eſt gratuita; ſi cum mercede, conducta...

Gratus, a, um. (V. *App.*)

Gravatè, *difficulter*, *ægrè.* non gravatè.

Gra-

Digitized by Google

Gravis, e: gravitas, atis: graviter. (V. *App.*)
Gregalis, e. nec quiſquam de gregalibus ejus aut conſiliariis.
Gregatim, *per greges.*
Grex, gis: *congregatio*, *cœtus*, *turba.* unus ex illo grege. . . greges amicorum... Philoſophorum greges.
* *Groſſo modo*, pingui Minervâ, ut aiunt.
* *Groſſus*, *groſſè*, *groſſitudo:* craſſus, craſſè, craſſitudo.
Gubernaculum, i: *clavus*, *adminiſtratio*, *munus*, *officium.* (V. *App.*)
Gubernatio, onis: *adminiſtratio*, *procuratio.* (V. *App.*)
Gubernator, oris: *rector*, *moderator*, *auctor.* cuſtos gubernatorque Reip.
Gubernatrix, cis: *Regina.* eloquentia gubernatrix civitatum...
Guberno, as: *adminiſtro*, *rego*, *procuro*, *gero*, *moderor.* (V. *App.*)
* *Guloſitas*, *tis:* gula, *vitium ventris & gutturis*, *cùm quis gulæ deditus eſt*, *ſervit.*
Guloſus, gulæ ſerviens.
Gymnaſium, ii: *locus ad exercendum*, *ut palæſtra*, *ſchola.* omnia Gymnaſia atque omnes Philoſophorum ſcholæ...

H.

HAbeo, ere. (V. *App.*) quid habes de orationis præceptis dicere, *Orator.*
Habilis, e: habilitas. (V. *App.*)
* *Habitudo*, *inis:* *habitus*, *conſtitutio corporis*, *ratio.*
Habitus, ûs. affectio animi conſtans, affectio manens, affectiones manentes... (*V. cap.* 9. §. 12. *pag.* 106. & *App.*)
Hactenùs, *ad hunc diem*, *idcirco.* (V. *App.*)
Hæreditas, atis: *patrimonium*, *bona hæreditaria.*
* *Hæredito*, *as:* hæreditatem adire, alicui hæredem eſſe.
Hæreſis, *Secta.* Cato in eâ hæreſi eſt, quæ &c. *Parad.* 1.
Hamatus, a, um: *aduncus.* hamatis uncinatiſque corporibus, 4. *Acad.* 21.
Harmonia, æ: *concentus.* harmoniam autem ex intervallis ſonorum noſſe poſſumus, quorum varia compoſitio etiam harmonias efficit plures, 1. *Tuſc.* 41.
* *Hermaphroditus*, *i:* androgynus, i.
* *Hiatio*, hiatus, ûs: labes, is. multis locis labes facta eſt, terræque deſederunt, 1. *de Divin.* 78. & 97.
Hiſtoria, æ: *annales*, *commemoratio antiquitatis*, *monumenta rerum veterum*, *monumenta temporum*, *locorum*, *hominum*, *rerum geſtarum omnium ſæculorum memoria ; memoria publica*, *memoria rerum veterum.* hiſtoria teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, 2. *de Orat.* 36. & 67. (V. *App. & hæc adde.* in veſtris diſputationibus hiſtoria muta eſt, 2. *de Fin.* 67. replicare memoriam temporum, 3. *de Leg.* 21. *V.* memoria, *in App.*)
* *Hiſtoriographus*, hiſtoricus.
* *Homagium*, clientis profeſſio erga dominum alicujus fundi, clientela, æ.
Homo, inis. (V. *cap.* 13. *de homine pag.* 142. & *App.*) lumen, *pro claro homine.*
Homulus. hic homulus ex argillâ fictus & luto...
Honeſtum, i: *decens*, *fas*, *æquum*, *rectum*, *decorum.* (V. *App.*)
Honeſtus, a, um: *decorus*, *honoratus:* honeſtè & laudatè acta vita...

Digitized by Google

Honorabilis, e, honorabilior. (V. *App.*)

Honorarium, ii: *munus quod honoris cauſâ datur, honorabile.*

Honos alit artes omneſque incenduntur ad ſtudia gloriâ, jacentque ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur, I. *Tuſc.*

Horizon, tis: *finiens:* illi orbes qui cœlum quaſi medium dividunt &c. (V. *App.*)

* *Horoſcopus, i.* Chaldæis in prædictione & notatione cujuſque vitæ ex natali die minimè credendum eſt...

* *Hortulanus, i:* olitor, is.

Hoſpitor, ari: hoſpitio excipio, tecto, domo, domum, tecto ac ſedibus recipio: item hoſpitio excipior.

Hoſtia, æ: *victima.* (V. *App.*)

Humanitas, tis: *humana natura ingeniumque, facilitas, lenitas, manſuetudo, eruditio, humanitatis litteræ.* (V. *App.*)

* *Humaniores litteræ,* ſtudia humanitatis ac litterarum, humanitas, litteræ & humanitas... in ſtudiis humanitatis ac litterarum verſari, *pro Aruſp.* 3. artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, *pro Arch.* 4. ſtudioſiſſimus humanitatis... communium litterarum & politioris humanitatis expers... omnes artes quæ ad humanitatem pertinent &c.

Humanus, a, um: *ad hominem pertinens, affabilis, benignus &c.*

Humanè, humaniter. (V. *App.*)

Humanitùs: *humano more, ut ſolet.* ſi quid mihi humanitùs accidiſſet &c...

* *Humiliatus,* demiſſus, abjectus, qui pro nihilo penditur, aut pro nihilo ſe ipſe pendit; conditione, fortunâ, ſorte, abjectus, demiſſus.

Humilis, e: (in vitium) *demiſſus & abjectus, jacens.* animus demiſſus atque humilis... fracto animo atque humili... vir humilis, *id eſt,* abjectus.

* *Humilis, (pro ſignificandâ virtute animi)* modeſtus, de ſe ipſe modeſtè, demiſsè ſentiens... humiliter demiſſéque ſentiens.

Humilitas, tis: *abjectio, ignobilitas, contemtio.* V. *App.* (*pro virtute animi à Cicerone non ferè uſurpatur, niſi fortè,* I. *Rhet. ubi ſic ait:* humimilitas & obſecratio.) modeſtia, modeſtus homo, modeſtiſſimus, *Cic.* noſmetipſos noſſe, *ſeu* noſcere noſmetipſos, *tanquam modeſtiæ fundamentum à Philoſophis ſecundùm Socratem ſtatuitur.* (opp.) ignoratio ſui.

Humiliter, *demiſsè, ſummiſsè, humili animo & imbecillo.* V. *App.* (*humiliter* reſpondere) demiſsè reſpondere: (*humiliter ſentire* ne ſimpliciter dicas) non eſt auſus elatè & amplè loqui, cùm humiliter demiſſéque ſentiret, 5. *Tuſc.* 24... modeſtè loqui, ſentire, reſpondere... ſummiſsè ſupplicare alicui... tantò ſummiſſiùs nos geramus...

Hyperbole, es: *ſuperlatio, exſuperatio.* (V. *App.*)

Hypotheca, æ: *pignus.*

Hypotheſis, is: *materia, argumentum, definita quæſtio, ſeu cauſa perſonis & temporibus definita, finita; cui opponitur theſis, hoc eſt, propoſitum quod in infinitæ rei quæſtione ſine deſignatione perſonarum & temporum verſatur.* (V. *App.* & *Top.* 79.)

* *Hypocriſis, is:* ſimulatio virtutis, ven-

Digitized by Google

venditatio quædam atque oſtentatio.
* *Hypocrita*, *æ*: eruditus artificio ſimulationis.

I.

IDea, æ: *forma*, *ſpecies*, *notio*. (*V. cap.* 9. §. 3. *de ideis & notionibus pag.* 70. *& App.*)
Idem, eadem, idem. (V. *App.*) idem (*in individuo*) ad numerum... neque eamdem ad numerum permanere, *Cic.*
Identidem, *frequenter*, *ſæpenumerò*. (V. *App.*)
* *Identitas*, *atis*: ipſa ratio, quâ quid eſt idem: *vel* communio.
Id eſt. (V. *App.*)
Idiota, æ: *illitteratus*, *imperitus*.
Idolum, i. imagines, quæ idola nominantur, 1. *de Fin.* 21. V. ſpectrum, ſimulacrum... cùm eorum auguſta & ſancta ſimulacra veremur, 2. *de Nat.* 80. quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, 3. *de Nat.*
Idoneè, *aptè*, *commodè*.
* *Idoneitas*, habilitas.
Idoneus, a, um: *aptus*, *commodus*, *tempeſtivus*, *dignus*. (V. *App.*)
Jejunè, jejuniùs, *tenuiter*, *exiliter*. (V. *App.*)
Jejunitas, ſiccitas & inopia, (opp.) ubertas, copia... cavenda eſt Oratori inopia & jejunitas... verborum jejunitas...
Jejunium, ii: inedia, (*Horat. Ovid. Colum.*)
* *Jejuno*, *are:* cibo me abſtineo.
Jejunus, a, um: *qui nihil edit*, *aridus*, *tenuis*. jejunior, *Cic.*
Ignarus, a, um. (V. *App.*) ignorans, inſcius &c.
Igniculus, i: igniculi, orum... quaſi virtutum igniculi & ſemina... natura parvos nobis dedit igniculos &c. (V. *App.*)
Ignobilis, e, (opp.) nobilis, clarus, præſtans... non ignobilis dicendi magiſter... ex familiâ non ignobili... (V. *App.*)
* *Ignominiosè*, per ignominiam.
Ignorabilis, e: *quod ignorari poteſt*, *ignoratus*. quod ſi non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit, 2. *Rhet.* 99.
Ignorantia, *ignoratio*, *inſcitia*, *inſcientia*. (V. *App.*) ignorantia litterarum... per ignorantiam... propter ignorantiam... ignoratio veri... ignoratio ſui... cauſarum ignoratio... obſcuritas & ignoratio cauſarum... ignoratio juris... propter ignorationem dialecticæ...
* *Ignoranter*, per ignorantiam, propter ignorantiam, propter ignorationem, inſcienter.
Illæſus, a, um: incolumis, invulneratus, inviolatus.
* *Illectamentum*, *i:* illecebræ, incitamentum, invitamentum.
* *Illegitimus*, nullum habens jus, injuſtus, illicitus.
Illitteratus, *indoctus*, *idiota*.
Illuminare, o: orno, illuſtro: illuſtratus (*pro*, illuminatus) quibus illuſtratus.
Illuſtris, e, illuſtrior, illuſtriſſimus: illuſtrare, o. (V. *App.* & nobilitatus, a, um:) clari & nobilitati labores... nobilitatus multitudine rerum geſtarum...
Imaginatio, onis, viſum, viſa, orum: cogitatio. viſiones inanes... in ſumma inanitate verſari...

Ima-

Imaginor, ari: cogito, fingo, effingo, formatum habeo, cogitatione depingo, vel fingo, animo comprehendo, ſuſpicor, informo ſpeciem alicujus rei, animo fingo, in notione animi repono, cogitatione & mente complector, imprimo notionem in animo.

Imago, inis: *ſimulacrum*, *ſpecies*, *exemplar*. nulla ſpecies cogitari poteſt niſi pulſu imaginum, 2. *de Divin.* 137. imagines fluere à corporibus ſolidis & à certis figuris, *ibidem.* adventus in animos & introitus imaginum, 1. *de Nat.* 105. fac imagines eſſe, quibus pulſentur animi, 1. *de Nat.* 107.

Imbuo, ere: *inficio*, *tingo*, *combibo.* quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat, *pro Deiot.* 18. omnium hominum mentes imbuit deorum opinio, 1. *Tuſc.* 30. pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere... imbui bonis moribus... imbui erroribus.

Imbutus, a, um: *inſtructus*, *præditus*, *plenus.* (V. *App.*)

* *Immaculatus*, *a*, *um*: inviolatus, incorruptus, purus, caſtus.

* *Immaterialis*, *e*: ſimplex, individuus, ſine concretione, nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum habens.

* *Immediatè*, proximè, continenter.

* *Immediatus*, *a*, *um*: proximus, continens. proximæ & continentes cauſæ.

Immeritò, injuriâ, (opp.) non injuriâ, nec injuriâ.

* *Immeritus*, *a*, *um*: qui injuriâ patitur, non commeritus, vel indignus.

Immoderatè, immodicè. (V. *App.*)

Immolo, are: *ſacrifico.*

* *Immoriger*, *immorigerus*; malè morigerus, non obediens.

Immoror, ari: inſiſto, hæreo, in re longior ſum.

Immortalis, is: *indiſſolubilis*, *e*, *ſempiternus.* (V. *App.*) immortalis & indiſſolubilis.

Immortalitas, atis: *perpetuitas*, *æternitas*, *immortalis memoria*, *memoria nominis ſempiterna*, *immortalis gloria*, *memoria hominum ſempiterna.* (V. *App.*) de immortalitate animorum diſſerere...

Immutabilis, e: immobilis, perennis, immortalis... res ſtabilis & immutabilis... comprehenſio ſtabilis & immutabilis... immutabilia eſſe quæ futura ſunt... immutabilis æternitas... cauſæ immutabiles & æternæ... hoc eſt immutabile ex vero in falſum... omnia verò in præteritis neceſſaria ſunt, quia ſunt immutabilia.

Immutabilitas, atis: neceſſitas. (V. *App.*)

Impatienter, intoleranter.

Impedimentum, i: *impeditio*, *mora.* impedimento *eſſe*, *eſt*, *futurum*... inferre moram & impedimentum. (V. *App.*)

Impedio, ire: *impedimento ſum*, *impedimentum infero*, *interpello*, *obſto*, *excludo*, *interpono.*

Impeditio, onis: *impedimentum.* animus liber ſenſibus, ab omni impeditione curarum, 1. *de Divin.* 115.

Impeditus, a, um: *præpeditus*, *irretitus*, *penè conſtrictus*, *difficilis*, (opp.) expeditus. (V. *App.*)

Impello, ere: *incitò*, *urgeo*, *adduco*, *induco.* (V. *App.*)

* *Im-*

* *Imperfectè*, non abſolutè, præcisè, aliquà tantùm ex parte.

Imperfectus, a, um: *inchoatus, mancus, non abſolutus, præciſus, adumbratus.* (V. *App.*)

Imperitè, imperitiſſimè: *inſcitè, indoctè, imprudenter.*

Imperitus, a, um: *inſcius, rudis, ignarus, indoctus, barbarus.* quî præſtat igitur intelligens imperito? *Orat.* rudes & indocti. . . vulgus imperitorum, qui &c.

Imperterritus, (*Virgil.*) fortis, magnanimus, animoſus.

Impetus, ûs: *impreſſio, vis, violentia, incurſus, ferocia, conatus, eruptio.* violentiæ impetu opprimi... inanes facere impetus... incurſio atque impetus atomorum... horribiles impetus hoſtium... impetu quodam animi potiùs, quàm cogitatione facere aliquid... impetus & quaſi quædam commotio animi affectioque... impetu quodam mentis & voluntate. (V. *App.*) divinus impetus, 1. *de Divinat.* 111.

* *Impetuoſitas, atis:* impetus.

Impetuoſus, (*Plin.*) vehemens, violentus, furens.

Impiè, *ſceleratè, nefariè.* Impius, impietas. (V. *App.*)

Impleo, ere: *compleo, expleo, augeo.*

Implicatus, a, um: *illaqueatus, irretitus, confuſus, permixtus.*

Implicitè, *abſconditè*... non implicitè & abſconditè, ſed patentiùs & expeditiùs, 2. *Rhet.* 66. (*implicitè contentum*) involutum.

Implicitus, a, um... involutus... quæ quatuor inter ſe colligata & implicita ſunt, 1. *Off.* 16. implicita eſt cùm illis & cohæret... occulta atque involuta... res involutas & latentes definiendo explicare, *Cic.*

Implico, are: implicor, ari. (V. *App.*)

Imponere, o: impoſitus, a, um. (V. *App.*)

* *Importantia*, rei momentum.

* *Impoſſibilis, e:* quod fieri non poteſt... de eo quod poſſit fieri aut non poſſit... ſed omninò fieri non poteſt... quod tamen fieri nullo pacto poteſt, 5. *Tuſc.* ut ea fieri non poſſint, *de Fato.* (opp.) quod fieri poſſit. (*Quintilianus hoc verbo utitur,* impoſſibile, impoſſibilia, quæ ut dura videatur appellatio, tamen ſola eſt, *inquit*) ex eo genere quod fieri non poteſt. . . difficillimum factu.

* *Impoſtor, oris:* fraudulentus & mendax, ſeu qui per ſummam fraudem & malitiam fingit aliquid, *Cic.*

Impotens, impotentior, impotentiſſimus: *effrænatus, qui in ſuâ poteſtate non eſt.* impotenti animo... animi motus impotentes...

Impotentia, æ: animi impotentia... quæ effrænatio impotentis animi... impotentia dictorum atque factorum... iidem inflammant appetitione nimiâ, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quamdam animi à temperantiâ & moderatione plurimùm diſcedentem. (V. *App.*)

* Impotentia (*Phyſica*,) naturalis & & antecedens neceſſitas, abſoluta neceſſitudo.

* Impotentia (*moralis*,) impedimentum, difficultas, *præcipuè cùm animus cupiditate impeditur, aut* amores hunc occupatum impeditumque tenent. *hujuſmodi autem impotentia aut in ſummâ ſeu maximâ difficultate verſatur, cui animus cupiditate quâ-*

dam incenſus, vel amore, deſiderio, libidine impeditus, certò ſuccumbat, aut impedimenta infert, quæ adhibitâ diligentiâ induſtriâque, licet nonniſi difficiliter, voluntas ſuperare poſſit: atque in his omnibus, quid difficulter fieri & quid facilè fieri poſſit, oportet conſiderare, 2. Rhet. 169. (morali impotentia, ut vocant, opponitur expeditus, ſolutus, liber, & nullâ re implicatus... quæ perdifficilia ſunt, perindè habenda ſæpè ſunt, ac ſi effici non poſſint, Partit. Orat. 84.

* *Impregnare*, gravidam reddere, implere.

* *Imprecatio, onis:* malum omen, execratio.

Imprecor, ari, (*Quintil.*) execror, malè precor, alicui peſtem exopto, teſtibus omnibus perſequor.

Impreſſio, onis: *efficientia*, *effectus*, *perceptio*, *expreſſio*, *violentia*, *incurſio*. id quod habeat quaſdam impreſſiones, 3. *de Orat.* 183. inter ipſas impreſſiones nihil intereſſe, ſed inter ſpecies, 4. *Acad.* 58. vi atque impreſſione evertere, *Ep. l.* 5. *ep.* 2.

Impreſſus, a, um: *ſignatus*, *inſculptus*. impreſſa veſtigia... quæ cùm viderem tot veſtigiis impreſſa... ſigna in annulis impreſſa... viſum impreſſum in animo atque mente... viſum impreſſum effectumque ex eo undè eſſet. (V. *App.*)

Imprimere, o, or: *quaſi informo*, *ſigno*, *inſcribo*, *inſculpo*. in omnium animis deorum notitiam impreſſit ipſa natura... viſum objectum imprimit & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem... an imprimi quaſi ceram animum putamus?... cum viſa in animos imprimuntur... quæ in animis imprimuntur inchoatæ intelligentiæ, ſimiliter in omnibus intelliguntur... quo è genere nobis notitiæ rerum imprimuntur... (V. *App.*) nihil ita ſignari in animis noſtris... in omnibus enim innatum eſt & in animo quaſi inſculptum &c...

Improbabilis, e: *non probabilis*. nos alia probabilia, contra, alia improbabilia eſſe dicimus, 2. *Off.* 7.

Improbatio, onis, (opp.) approbatio.

Improbo, are: *rejicio*, *vitupero*, *damno*.

Impropero, are, (*Plaut.*) exprobro.

* *Impropriè:* minùs propriè, minùs præcipuè, non rectè, perverſo abuſu, perperàm.

* *Impuber*, impubis, impuberis.

* *Impudicè:* petulanter, cum laſciviâ.

Impulſio, onis: impulſus, ûs: *commotio*, *affectus*. cauſa dividitur in impulſionem & ratiocinationem. impulſio eſt, quæ ſine cogitatione per quamdam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia &c. 2. *Rhet.* 17. non alieno impulſu, ſed ſuâ ſponte moveri. (V. *App.*)

Impulſor, oris... auctor & impulſor & ſocius ſceleris... quamvis non fueris ſuaſor & impulſor &c. approbator certè fuiſti. (V. *App*)

Impunè, impunitas, atis. (V. *App.*)

Imputare, o: adſcribo, tribuo, attribuo, aſſigno.

Imus, a, um: *infimus*. ab imis unguibus uſque ad verticem ſummum. (V. *App.*)

* *Inadibilis*, inacceſſus.

Inæquabilis, e. inæquabilis varietas, *Par.* 12.

In-

Digitized by Google

Inæqualis, e: inæquabilis, diverſus, diſcrepans, differens. inæquales procellæ, (*Horat.*)

Inæſtimabilis, e, (opp.) æſtimabilis.

Inanimatus, inanimis, e, inanimus, a, um. (V. *App.*) res inanimatæ atque mutæ... omnia muta atque inanima... inanimum enim eſt omne quod pulſu agitatur externo. quod autem eſt animatum, id pulſu cietur interiore, 1. *Tuſc.* 54.

Inanis, e: vacuus, ſupervacuus, ſine causâ, caſſus, vanus. (V. *App.*)

* *Inanis gloria.* falſa gloria, 1. *P.* 57.

Inanitas, atis: *inane ſeu vacuum, vanitas.* cùm duo individua per inanitatem ferantur... amputatâ & circumcisâ inanitate omni & errore... (V. *App.*)

Inaniter, *falsò.* cùm animi inaniter moveantur, 4. *Acad.* 47. cùm ſit incertum verè inaniterne moveatur, 4. *Acad.* 34.

Inauditus, a, um: *inuſitatus.* res in omni memoriâ omninò inaudita... inviſa & inaudita... novum eſt, non dico inuſitatum, verùm omninò inauditum... nihil aut inauditum vobis aut cuiquam novum.

Inauſpicatò, *malis ominibus, vitio, auſpicio non captato.*

Incantamentum, i: incantatio.

* *Incantare, o:* veneficiis & cantionibus uti... idque veneficiis & cantionibus factum eſſe dicebat...

* *Incarceratio, onis:* incluſio... Bibulus, cujus incluſione contentus non erat, *in Ver.* 24.

Incaſſum, fruſtrà.

Incenſus, a, um: *combuſtus, accenſus, affectus, benè animatus.* ſtudio incenſus...

* *Incertitudo*, incertum, v. g. bellorum incerta.

Incertus, a, um: *obſcurus, fallax, opinabilis, in opinione dubiâ, in caſu poſitus, non conſtans.* (V. *App.*)

* *Incertè, incertò:* non certò, nec certè, fallaciter, dubiè, dubitanter.

* *Inceſſanter*, nullo puncto temporis intermiſſo, continenter.

Inceſtum, i: inceſtus, ûs: *flagitium inceſtum & inceſtum ſtuprum.* (V. *App.*)

Inchoare, o: *incipio, exordior, informo.* communis intelligentia nobis notas res efficit, eaſque in animis noſtris inchoavit, 1. *de Leg.* 44. (V. *App.*)

Inchoatus, a, um: *imperfectus, non abſolutus.* (V. *App.*) imprimuntur in animis inchoatæ intelligentiæ... prima & inchoata intelligentia... cognitio manca quodammodo atque inchoata.

Incidere, o: *accido, contingo, evenio, venio, incurro.* (V. *App.*)

Incipio, ere: *cœpi, inſtituo, ingredior, initium facio, duco, ſumo, affero, principium capio; duco, habeo, primordium, exordium capio; induco, exordior, aggredior, ordior, informo; fundamenta jacio, rudimentum pono.* (V. *App.*)

Incisè, inciſim, membratimve. (V. *App.*)

Inciſio, onis: inciſum, i: *membra ſeu particulæ circuituum orationis.* (V. *App.*)

Inciſus, a, um: *inſcriptus, inſculptus, inſignitus:* inciſum in ſepulchro, in columnâ æreâ, in tabulâ.

Incitatè, incitatiùs ferri.

Incitatio, onis: *vis & incitatio orationis*... mentis incitatione divinâ. (V. *App.*)

Incitatus, a, um: tior, ſſimus. (V. *App.*)

Incito, are: *impello*, *exacuo*, *excito*, *ſuſcito*, *acuo*, *incendo*, *cohortor*, *irrito*, *ſtimulos admoveo*. (V. *App.*)

Inclinatio, onis: *converſio ſtatûs*, *mutatio*, *permutatio*, *conatus*, *flexio*, *inflexio*. ratio atque inclinatio temporum... in temporum inclinationibus... minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt... quis eſſet optimus Reip. ſtatus, quæ eſſent in Rep. inclinationes rerum & momenta temporum... repentina voluntatum inclinatio, (*hoc eſt, converſio*, *mutatio*.) inclinatione voluntatis propendere in aliquem, 2. *de Orat.* 129. *hoc eſt cùm voluntas averſa convertitur*.

* *Inclinatio*, *onis*: Gallicè *inclination*, *penchant*: propenſio, proclivitas, facilitas, ſtudium.

Inclinationes rerum & temporum, (*Cic.*) id eſt, mutationes.

Inclinatus, a, um: *propendens*, *deflectens*. (V. *App.*)

* *Inclinatus*, Gallicè, *incliné d'affection*, propenſus, proclivis, pronus, applicatus.

Inclino, are: *propendeo*, *vergo*; *flecto*. (V. *App.*) quàm vellem, inquit, ad Stoicos te inclinaſſes, 3. *de Fin.*

Includo, ere: includor, incluſus, a, um. (V. *App.*) omnia quæ intùs incluſa ſunt, 2. *de Nat.*

Inclytus, *clarus*, *nobilis*, *inſignis*.

Incœptio, onis: *initium*, *principium*. tam præclari operis incœptio...

Incœptum, i: *cœptus*. cupio deterrere, ne permaneas in incœpto...

Incœptus, a, um: *inſtitutus*.

Incogitabilis, e: (*Plaut.*) in cogitationem non cadens, incredibilis.

Incogitans, (*Terent.*) inconſideratus, imprudens.

Incogitantia, æ: (*Plaut.*) inconſiderantia, imprudentia, temeritas.

Incognitus, a, um: *ignotus*, *incertus*. (V. *App.*)

Incola, æ: *habitator*.

Incolumis, e: *ſalvus*, *integer*. incolumis & beatus, 1. *Rhet.* 48.

Incolumitas, atis: *ſalus*. (V. *App.*)

Incommodatio, onis. atque in iſtâ incommodatione ineſt illud commodi, *Att. l.* 1. *ep.* 24.

Incommodè, iùs, diſſimè: *moleſtè*, *difficiliter*: non incommodè, nihil incommodè.

Incommoditas, atis: incommodum.

Incommodo, are: *incommodum fero*, *do*.

Incommodum, i: *damnum*, *detrimentum*. incommoda vitæ... vitia aut incommoda quæ ſunt in aliquo... rejiciendi, diminuendi, devitandive incommodi causâ... ne aliquo afficiatur incommodo... illud quoque nobis accedit incommodum, quod &c... noſtro incommodo detrimentoque... nec id incommodo tuo feceris. (V. *App.*)

Incommodus, a, um. (V. *App.*)

* *Incomplexus*, *a*, *um*: ſimplex, (opp.) compoſitus.

Incompoſitus, inconditus.

* *Incompoſſibilis*, *e*: *incompoſſibilia*: repugnans, repugnantia, contraria, adverſa, diſparata, pugnantia, *quæ ſecum in eâdem re eſſe non poſſunt*. ſed inter ſe ipſa pugnant, 2. *de Fin.* cùm hæc duo pro congruentibus ſumunt, tam vehementer repugnantia, 4. *Acad.* pugnantia te loqui non

Digitized by Google

non vides ? 1. *Tuſc*. 13. nam illud vehementer repugnat, eumdem & beatum eſſe & multis miſeriis oppreſſum, 2. *de Fin*. quæ autem huic repugnent &c. ſi ea virtuti non repugnarent... aut ſi huic rei repugnat, illi non repugnat &c.

* *Incompoſſibilitas :* repugnantia, æ. ſed quia tantarum rerum repugnantiam non videas.

Incomprehenſibilis, e, (*Quintil.*) incomprehenſus, non perceptus, incognitus, (qui, quæ, quod, omninò comprehendi non poteſt: cujus vim & naturam omneſque rationes intùs incluſas cogitatione complecti, aſſequi fas non eſt.)

Incomprehenſus, a, um... illa quæ nos incomprehenſa & non percepta dicimus, 4. *Acad*. 95.

Inconſiderans, inconſideratus, a, um, inconſideratè, inconſiderantia, æ. (V. *App.*)

* *Inconſideratio, onis :* inconſiderantia, æ.

Inconſultè, inconſultò, inconſultus, a, um. (V. *App.*)

Inconſtans, inconſtanter, inconſtantiſſimè, inconſtantia, æ. (V. *App.*)

Incontinens, tis: intemperans.

Incontinenter, *intemperanter*.

Incontinentia, æ: *intemperantia*.

* *Inconveniens, pro incommodo & abſurdo nullibi apud Ciceronem. ſed Epiſt. l.* 12. *ep*. 13. ut hæc noviſſima noſtra facta, non ſubita, nec inconvenientia &c. (*hoc eſt, non intempeſtivo tempore.*)

Incorporeus, expers corporis.

* *Incorrigibilis*, inſanabilis, pervicax, contumax, indomitus.

Incorruptè, incorruptiùs, *caſtè, integrè*.

* *Incorruptibilis, e :* integerrimæ fidei homo, corruptionis expers.

Increbreſco, increbeſcit, increbuit, increbuiſſet. (V. *App.*) *increbreſcere dicunt Romani, quod recentiores pervulgari, aut majorem fieri.*

Incredibilis, e: *inauditus, abſurdus, ſingularis, maximus*. (V. *App.*)

Incredibiliter, *ſummoperè*.

Incredulitas, atis: diffidentia, ſcrupulus, dubitatio.

Incredulus, diffidens, (nec oraculis Dei, nec Eccleſiæ auctoritati credens; oraculis Dei diffidens, impius in Deum.)

Incrementum, i: *acceſſio*.

Inculco, are: *infercio, ingero, moleſtè objicio, ſeu infero*.

Incumbo, ere: *innitor, inhæreo, elaboro, enixè operam do*. (V. *App.*)

* *Incurabilis, e :* inſanabilis, deſperatus, curationem non recipiens, immedicabilis.

Incurſio, onis: *incurſus, ûs, excurſio*.

Indagatio, onis: *inveſtigatio, inquiſitio*. indagatio atque inventio veri...

Indebitus, a, um: injuſtus, non commeritus.

Indefinitè dividi poſſunt, 1. *Acad.* (*in Apparatu deſideratur.*)

* *Indefinitus, a, um :* infinitus, infinitè.

Indeſinenter, continenter, nullo puncto temporis intermiſſo.

Index, icis: *explorator, qui aliquid indicat*, Gallicè, *un eſpion, un rapporteur; index librorum; digitus qui pollicem ſequitur*.

Indicare, o: indicium facio, do, indicia affero, defero, monſtro &c.

Indicere, o: *denuncio, promulgo*.

Indicium, ii: *ſignum*. (V. *App.*)

Digitized by Google

Indictus, a, um: *promulgatus*, *denuntiatus*, *non judicatus*: indictâ cauſâ.

In dies, in ſingulos dies, *quotidiè magis*. (V. *App.*)

Indifferens, tis: (*quæ* indifferentia *vulgus dicit*, media *vocantur*, 3, *de Fin.* 53. *vel* neutra, interjecta & media.) neutram in partem moveri.

Indigens, indigentia, indigeo. (V. *App.*)

* *Indigeſtio*, *onis*: cruditas, atis.

Indigeſtus, a, um: rudis, ſine ordine. rudis indigeſtaque moles.

Indignus, a, um: indignè, indignitas, indignari, or. (V. *App.*) neque hoc alienum ducunt majeſtate ſuâ...

Indigus, indigens.

* *Indirectè*: inverſo ordine, ordine perturbato, immutato; *vel* obliquè; non directò, nec directâ ratione: perturbatè.

Indirectus, a, um: inverſus, immutatus, perturbatus: invertere ordinem, (opp.) directè dicere.

Indiſpoſitè (*Seneca*,) nullo ordine.

* *Indiſpoſitus*, malè affectus, crudus.

Indiſſolubilis, e.

Individuus, a, um: *ſimplex*, *quod dividi non poteſt*, (opp.) dividuus. individuum corpus, quod dirimi diſtrahique non poteſt... individua corpuſcula... materia eſt individua atque ſimplex (*ſecundùm Epicurum.*) atomi, id eſt, individua corpora. (V. *App.*)

* *Individuum*, *i*: ſingularis unaquæque res, unus, a, um, & idem ad numerum menteſque ſingulares, 1. *Acad.* 16. ſunt quædam in me ſingularia, quæ in nullum alium convenire poſſunt, 1. *V.* 206. ſinguli, ſingula (*pro individuis.*) etenim in ſingulis rebus &c... beneficia quæ ſingulis privatimque dantur... ſingula potiùs, quàm omnia... vobis ſingulis & egi & agam gratias univerſis... difficile eſt dictu de ſingulis... & ſingulos adjunxit ad ſingula...

* *Indiviſibilis*, *e*: individuus, indiſſolubilis: (opp.) dividuus, diſſolubilis.

Indocilis, e: *tardus*, *hebes*, *diſciplinam adſpernans*, *indomitus*. ſed quia nimis indociles quidam tardique ſunt, admonendi ſunt ſæpiùs, 1. *de Nat.*

Indoctè, *inſcitè*, *imperitè*.

Indoctus, a, um: *ineruditus*, *imperitus*. genus hominum indoctum & agreſte... ſi apud indoctos imperitoſque dicemus... rudis & indocta oratio... ſi id ipſum rudes & indocti judicare potuiſſent, 4. *Acad.* (V. *App.*)

Indoles, is: (V. *App.*) bonâ indole præditus... ſumma ingenii indoles.... egregia & præclara indoles...

Indomitus, a, um: *qui imperium recuſat*, *intractatus & novus*, *ferox*. indomitæ atque effrænatæ cupiditates...

Indubitanter: non dubitanter, haud dubiè, ſine controverſiâ, pro certo.

Indubitatus, a, um: certiſſimus, exploratiſſimus, quod non habet dubitationem, perſpicuus.

* *Indubius*, certiſſimus, extra dubium, indubitatus.

Induciæ, arum, *belli ad tempus ceſſatio*. (V. *App.*)

Induco, ere: *impello*, *adigo*, *addneo*: animum inducere *frequentiùs à Cicerone*

rone dicitur, *quàm* inducere in animum. (V. *App.*)

Induſtria, æ: *ars*, *ingenium*, *ſolertia*, *diligentia*, *ſedulitas*, *labor*: de induſtriâ, *id eſt*, *conſultò nec ſine conſideratione*. (V. *App.*)

* *Induſtrioſus*, induſtrius, a, um. (V. *App.*)

Inebrio, are: vino obruo, ebrium facio.

Ineffabilis, e, (*Plin.*) quem nominare nefas eſt, ſeu (*quod ſatis dignè efferre ſeu appellare non poſſumus*, *propterea quod ejus vim & naturam omneſque rationes intùs incluſas cogitatione aſſequi non poſſumus.*)

Inenarrabilis, (*Plin. Mart.*) inauditus, incredibilis.

Inenodabilis, e: *inexplicabilis*, *inextricabilis*. & uno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles, *de Fato* 18.

Ineruditus, *indoctus*, *rudis*. modò ne quis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat... (V. *App.*)

Inexcuſabilis, e, (*Ovid. Horat.*) nihil habens excuſationis.

Inexercitatus, a, um, inexercitus. (V. *App.*)

Inexhauſtus, a, um. erat enim, ut ſcis, in eo inexhauſta aviditas legendi, nec ſatiari poterat, 3. *de Fin.* 7.

Inexorabilis, e: *implacabilis*, *inexpiabilis*.

Inexpectatus, a, um.

Inexpertus, inexercitatus, nullo uſu, ſine uſu.

Inexpiabilis, e: *implacabilis*. cum his inexpiabile bellum mihi ſuſceptum eſt... inexpiabile ſcelus...

Inexplebilis, e: *inſatiabilis*, *inſaturabilis*: inexplebilis cupiditas.

Inexplicabilis, *inenodabilis*.

Inexpugnabilis.

Inextricabilis, *inexplicabilis*.

* *Infallibilis*, *e*: qui ſine ullo errore dijudicare poteſt, qui minimè falli poſſit, errori non obnoxius.

* *Infallibilitas* divinorum oraculorum, certiſſima veritas.

* *Infallibilitas* Eccleſiæ: non errandi privilegium divinitùs conceſſum, ab errore immunitas, certiſſima auctoritas è divinis oraculis manans, ut ſine ullo errore vera à falſis dijudicare & diſtinguere poſſit.)

* Infamia, æ. (V. *App.*)

Infandus, a, um: *nefandus*, *exſecrandus*.

Infamatus, (*Ovid*) infamis.

Infatigabilis, e, (*Plin.*) alacer.

Infectus, a, um. habere aliquid factum pro infecto, 2. *Rhet* 80.

Inferi, orum. Impiis apud inferos poenas eſſe præparatas, 1. *Rhet.* 46. locupletiſſimos teſtes ab inferis excitabo, *de Cl.* 322. revocare ſeu excitare aliquem ab inferis... etiam ad inferos poenas parricidii luent &c... me fugerat, deorum immortalium has eſſe in impios & conſceleratos poenas certiſſimas conſtitutas, 1. *P.* 46.

* *Inferioritas*, inferior ordo.

Inficialis aut conjecturalis quæſtio.

Inficiatio, *negatio*, *depulſio*.

Inficio, ere: *imbuo*, *vitio*, *corrumpo*.

Inficior, ari: *nego*.

Infidelis, *infidus*...

Infidelitas, *perfidia*.

* *Infideliter*, perfidioſè, malâ fide.

Infimus, *imus*, (opp.) ſummus... infimi homines... infima fæx populi...

Infinitas, atis: *immenſitas*, *infinitio*, *innumerabilitas*. (V. *App.*)

In-

Infinitè : *ſine modo & fine* materia infinitè ſecari ac dividi poteſt, 1. *Acad.* 27.

Infinitio, onis : *infinitas.*

* *Infinitivus*, ut amare, dicere : infinitum genus verbi ; nullis neque perſonis neque temporibus notatum.

* *Infinitivus*, definitivus.

Infinitum *categorematicè*, hoc eſt, ſimpliciter & abſolutè infinitum.

Infinitum *ſyncategorematicè*, ſeu *indefinitum*, cujus extremum non videtur: infinitus, a, um. (*nam* infinitus *pro indefinito ſæpiùs à Cicerone ſumitur.*)

Infinitus, a, um. quod finitum eſt, habet extremum : quod non habet extremum, id infinitum ſit, neceſſe eſt... V. *App.* (*quoddam quæſtionis genus* infinitum *dicitur*, *ſeu* infinitæ rei quæſtio, cùm nullis neque perſonis, neque temporibus notatur.)

Infirmatio, onis : *debilitatio*, *confutatio*, *refutatio.*

Infirmè, *parùm.*

Infirmitas, infirmo, are. (V. *App.*)

* *Infirmiter*, infirmè.

Infixus, a, um : *defixus*, *inſitus*, *inuſtus*, *penitùs inſidens*, *inhærens.* infixa mentibus, animo... eſt enim infixum in ipsâ naturâ... (V. *App.*) eaque inhærens & penitùs infixa...

* *Inflativus*, habens inflationem.

* *Influxus*, *ûs*, tactus lunæ demiſſæ è cœlo, vis. (*ratione animi*, divinus appulſus, afflatus, impulſio, impulſus.)

Informatio, onis : *notio*, *conformatio.*

Informis, e, (opp.) formatus.

Informo, are : *conformo*, *formo*, *adumbro*, *inſtituo.* (V. *App.*)

Infortunium, adverſa vel incommoda fortuna, acerbitas... qui propter fortunam, non propter malitiam in miſeriis ſunt, 2. *Rhet.* 109.

* *Infraſcribo*, ſuppono, ſubſcribo.

Infula, æ : *mitra*, *diadema.* ſacerdotes cum infulis & verbenis, 6. *in V.* 110. his inſignibus atque infulis imperii, 1. *cont. Rullum* 6.

Ingeneratus, a, um. animus eſt ingeneratus à Deo, 1. *de Leg.* 24.

Ingenero, are : *ingigno.* ingeneratque in primis præcipuum quemdam amorem in eos, qui procreati ſunt, 1. *Off.*

* *Ingeniculor*, *ari :* ad pedes jaceo.

Ingenioſè, *ſolerter*, *acutè.* tractantur iſta ingenioſè, 1. *Rhet.* 8.

Ingenitus, a, um : *ingeneratus*, *innatus*, *inſitus.* ingenita naturæ virtus, 1. *de Leg.* 46.

Ingenium, ii : *induſtria*, *ſolertia.* (V. *App.*)

Ingens, tis : *immanis*, *immenſus.* ingens pecunia, ingentes divitiæ, ingens immaniſque præda, ingens immenſuſque campus.

Ingigno, *ingenero.* natura cupiditatem ingenuit homini veri videndi, 2. *de Fin.* 46.

Inglorius, *inhonoratus.*

Ingluvies, inſaturabile abdomen.

Ingratè, *animo ingrato*, *illiberaliter.* ingratè & impiè...

Ingratificus, i. ô ingratifici Argivi, immemores beneficii, *pro Seſt.* 121.

Ingratis, *invitè*, *cum malâ gratiâ.* extorquendum eſt invito atque ingratis, quod non debet, *pro Qu.* 47.

Ingratitudo, (*Senec.*) ingratus animus, immemor beneficii.

Ingratus, a, um : immemor beneficii, vel gratiarum.

Digitized by Google

Ingredior : *ineo*, *introeo*, *me infero*, *accedo*, *invehor*, *aggredior*, *incipio*, *vado*, *gradior*. (V. *App.*)

Ingreſſio, onis: *aggreſſio*, *introitus*.

* *Ingurgitatio*, *onis:* crapula, ebrietas.

Inhabilis, e: *ineptus*.

Inhabitabilis, e: *vaſtus*, *deſertus*. inhabitabilis atque inculta terræ pars, 1. *de Nat*. 24.

Inhæreo: *hæreo*, *inſideo*. quæ ſunt foris neque inhærent in rei naturâ, 2. *de Orat*. 163. animi corporibus non inhærent, 1. *de Divin*. 114. *inquiebant Platonici*.

Inhibeo: *cohibeo*, *cœptum impedio*.

Inhibitio remigum, *Att. l.* 13. *ep.* 21.

Inhio, are: expeto, avidè conſector: inhians, avidus, *Plaut*.

* *Inhonorare*, inhoneſtare.

Inhumanitas, tis: *immanitas*, *crudelitas*. (V. *App.*)

Inhumanus, a, um. (V. *App.*)

Inibi, *ibidem*.

Iniens, tis: *incipiens*. Januario ineunte. . . ineunte æſtate. . . extremâ hyeme... ineunte vere. . . ab ineunte ætate. . . ineunte ætate. . . ineunte adoleſcentiâ... ab ineunte adoleſcentiâ. (V. *App.*)

Iniquè, iſſimè: *injuſtè*.

Iniquitas, *injuria*. (V. *App.*)

Iniquus, a, um: *injuſtus*, *habens iniquitatem*, *injurius*, *inimicus*, *non habens æquitatem*. (V. *App.*)

Initior, ari: *ſacris imbuor*, *devoveor*, *conſecror*, *inauguror*. ſacra, quibus ipſi initiati ſumus, 2. *de Leg*. 37.

Initium, ii: *principium*, *fundamentum*, *elementum*. illa initia, quæ Græcè elementa dicuntur... quæ ſint initia rerum ex quibus naſcuntur omnia... initia & tanquam ſemina unde ſint omnia orta, generata, concreta... indè eſt indagatio nata initiorum, 5. *Tuſc*. 69. in initio dicendi, ab initio, initio, initium afferre, facere initium, initium ducere, ab iſto initio. (V. *App.*)

Initus, a, um. conſilia quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis... initum eſt conſilium &c. . . initâ & ſubductâ ratione. (V. *App.*)

Injungo, ere: *importo*, *affero* (*in Litteris Bruti ad Cic. Ep. l.* 11. *ep.* 13. *reperitur hoc verbum*, *nuſquam autem in Scriptis Ciceronis.*)

Injuratus, *qui non juravit*, (opp.) juratus.

Injuria, æ: *iniquitas*. (V. *App*)

* *Injurior*, *ari:* injuriam alicui infero, vel facio, impono, malè mereo.

Injurioſus, a, um: injurius: injurioſè, ſiùs. (V. *App.*)

Injuſſu Imperatoris. . . injuſſu enim populi ſenatûſque fecerant. . .

Injuſtus, a, um, injuſtè, injuſtitia. (V. *App.*)

* *Innaſcibilis*, *e:* principium cujus nulla eſt origo... quod nunquam oritur.

Innaſcor, *ingignor*. (V. *App.*)

Innatus, a, um: *inſitus*, *ingenitus*, *ingeneratus*, (opp.) aſſumtus, adventitius. (V. *App.*) inſita vel potiùs innata cupiditas, cognitio... innatus atque inſitus, innatus & inſitus... id animis eorum inſitum atque innatum videtur &c.

Innitor, nitor.

Innixus, a, um. (V. *App.*)

Innocens, innocentia. (V. *App.*)

Innovo, are: *renovo*.

Innumerabilis, e: innumerus, *infinitus*. (V *App.*)

Innumerabilitas, *infinitas*, *ut ita dicam*. (V. *App.*)

Innumeri, orum.
* *Inobediens*, non obediens.
* *Inobedientia*, pervicacia, (opp.) obedientia.
Inobſcuro, are. nulla &c. inobſcurabit oblivio, 9. *in Ant.* 10.
Inopinatè: nec opinatò, inopinato.
Inopinatus, improviſus. (V. *App.*)
Inopinus, (*Virg.*) nec opinans, ignorans, inſcius, inopinatus.
* *Inordinatè*, immoderatè.
Inordinatio, (vox *Apul.*) confuſio.
Inordinatus, *confuſus*, *perturbatus*. idque ex inordinato in ordinem adduxit, *de Univ.* 7.
Inopportunus, a, um: *importunus*, *alienus*, *incommodus*.
* *Inperturbabilis*, *e*: imperturbatus, *Cic.*
In præſentia, *in præſenti*, *in hoc tempore præſenti*. (V. *App.*)
Inprimis, *cum primis*. (V. *App.*)
Inquam, *dico*, *ut dico*, *ut dixi*. (V. *App.*)
* *In quantum*: quâ, quatenùs, ob id ipſum quia; in eo, in quo; ut, prout.
Inquiro, ere: *perquiro*, *exquiro*.
Inquis, inquit, inquiebat, inquies. (V. *App.*)
Inquiſitio, onis: *diſquiſitio*.
Inquiſitor, is: *conquiſitor*.
* *Inſalutatus*, cui venienti nemo aſſurrexit.
Inſanabilis, e: *deſperatus*: inſanabilis morbus.
Inſanus, a, um: inſania, æ: inſanio, ire. (V. *App.*)
Inſatiabilis, e. (V. *App.*) cupiditates enim ſunt inſatiabiles, 1. *de Fin.*
Inſaturabilis, e.
Inſciens, *imprudens*. inſciente me... illo abſente & inſciente... inſciente collegâ &c... quæ me inſciente facta ſunt à meis...
Inſcienter: *imprudenter*: inſcienter facere.
Inſcientia, æ: inſcitia, *ipſum non ſcire*. (V. *App.*)
Inſcitè, iùs: *imperitè*. inſcitè facere aliquid... quid autem eſt inſcitiùs, quàm &c... quid inſcitiùs autem eſt, quàm &c...
Inſcius, a, um: inſcii imperitique.
Inſcribo: *incîdo*, *imprimo*. eoſque libellos Rhetoricos inſcribunt, 3. *de Orat.* 120. librum edidit, qui Soſus inſcribitur, 4. *Acad.* 12. (V. *App.*)
Inſcriptio, onis: *titulus*: inſcriptio Libri. (V. *App.*)
Inſculpo, ere: *imprimo*, *inſcribo*. natura inſculpſit in mentibus noſtris ut deos beatos haberemus, 1. *de Nat.* 45.
Inſculptus, a, um. omnibus enim innatum eſt & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos, 2. *de Nat.* 12. in animo res inſculptas habere. (V. *App.*)
Inſector, ari: *conſector*, *inſequor*.
* *Inſenſatus*, inſenſitivus; ſenſu deſtitutus, ſtupidus.
Inſenſibilis, e, (*Gell.*) ſub ſenſus non cadens, *vel* ſtupidus.
* *Inſenſibilitas*, ſtupiditas, ſtupor.
* *Inſenſibiliter*, ſenſim & ſine ſenſu.
Inſequens, tis: *conſequens*: inſequens hora.
Inſero, ere: *injicio*, *impono*.
Inſervio, ire: *ſervio*, *operam do*: inſervire ſuis commodis.
Inſideo, ere: *hæreo*, *inhæreo*. in animis omnium penitùs inſedit... hæc cogitatio penitùs inſederat... ſed ipſius

Digitized by Google

ipſius in mente inſidebat... inſidebat videlicet in ejus mente ſpecies eloquentiæ. (V. *App.*)

Inſigne, is: inſignia, ium: *ſignum*, *indicium*, *nota*, *monumentum*, *ornamentum*. (*quæ* Gallicè *dicuntur*, armoiries, armes, inſignia *Latini vocabant*. V. *App.*)

Inſignis, e. (V. *App.*)

Inſignitè, inſigniter. (V. *App.*)

Inſignitus, a, um. in quibus tanquam inſignitæ notæ veritatis appareant, 1. *de Divin.* 64. quædam conformatio inſignita atque impreſſa intelligentia, *Top.* 27.

Inſinuatio, onis: *exordii pars*. (V. *App.* & *verbum*, inſinuo, are.)

Inſipiens, inſipienter, inſipientia, æ. (V. *App.*)

Inſitus, a, um: *innatus*, *ingenitus*, *ingeneratus*, *inhærens*, *inuſtus*, *interior*. (V. *App.*)

Inſolens: *inſolitus*, *imperitus*, *ſuperbus*. verbum inſolens... quorum ſum ignarus atque inſolens... victoria quæ naturâ inſolens & ſuperba eſt. (V. *App.*)

Inſolenter: *immoderatè*, *arroganter*, *ſuperbè*.

Inſolentia, æ: *intolerantia*, *ſuperbia*, *non uſus*, *cùm quis non habet conſuetudinem*. (V. *App.*)

Inſolitè, (*Gell.*) inſolenter.

Inſolitus: *inſuetus*, *inſolens*.

Inſolubilis, e: incnodabilis, inextricabilis, inexplicabilis, *Quint.*

Inſomnium, ii: *ſomnium*.

Inſperans, tis. inſperanti mihi &c... quibus tu ſalutem inſperantibus reddidiſti. (V. *App.*)

Inſperatus, a, um: *improviſus*. inſperatum nec opinatum malum &c. inſperatum & repentinum præſidium... (V. *App.*)

Inſpirare, o, (*Virg.*) incito, excito, afflo, illabor. divino afflatu concitare... non ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu.

* *Inſpiratio*, *onis:* afflatus, Dei appulſus, incitatio, impetus, inſtinctus. quæ inſtinctu divinoque afflatu... aliquo inſtinctu inflatuque divino...

Inſtabilis, e, (*Virg.*) inconſtans, mobilis, levis, volaticus, volubilis, caducus, vanus, fragilis, incertus.

Inſtabilitas, tis, (*Plin.*) inconſtantia, volubilitas.

Inſtans, tis: *præſens tempus*, *punctum temporis*. fit enim ad punctum temporis, id eſt, quod dicunt, in inſtanti, 1. *Tuſc.* 82. inſtantia & ſequentia... inſtans bellum, factum... (V. *App.*)

Inſtantia, æ, (*Gell. Plin.*) intentionis firmamentum, quo quis adverſarium premit, ſeu inſtat & urget.

Inſtar, *quaſi*, *ſimile*, *veluti*. (V. *App.*)

Inſtauro, are, (*hoc eſt*, *renovo*) inſtauratio, inſtauratus, a, um. (V. *App.*)

Inſtigatio, onis, (*Plin. Jun.*) permotio, impulſio, *ad Heren.*

Inſtigo, as: *ſollicito*. inſtigante te.

Inſtillo, are. (V. *App.*)

Inſtinctus, a, um: *inſtigatus*, *impulſus*.

Inſtinctus, ûs: *afflatus*, *inflatus*. non ſine cœleſti aliquo mentis inſtinctu... oracula quæ inſtinctu divino afflatuque funduntur, 1. *de Divin.* 34. aliquo inſtinctu inflatuque divino futura prænunciare... divino inſtinctu concitatus. (V. *App.*) qui concitatione quâdam animi &c.

Digitized by Google

* *Inſtinctus belluarum*, (Gallicè, *l'inſtinct des bêtes*) appetitus, impetus. animalia quæ habent ſuos motus & rerum appetitus, 2. *de Nat.* 23 ſuos impetus, 2. *Off.* 11. natura belluis dedit & ſenſum & motum, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, 2. *de Nat.* 122. natura dedit belluis & ſenſum & appetitum, 2. *de Nat.* deindè ſuo quæque appetitu movetur. ſerpere anguiculos &c. 5. *de Fin.* 42.

Inſtitiones, *ab inſiſtendo Cicero vocat, quas* ſtationes *ſtellarum Aſtrologi nominant.* (V. *App.*)

Inſtituo, ere: *conſtituo, decerno, incipio, ſtatuo, facio, erudio.* (V. *App.*)

Inſtitutio, onis: *inſtitutum, diſciplina, educatio.* ſecta atque inſtitutio... hæc inſtitutio atque diſciplina... ratio inſtitutioque... (V. *App.*)

Inſtitutum, i: *inſtituta ratio, mos, conſuetudo.* leges & inſtituta... Peripateticorum inſtitutis... ex quorum inſtitutis... patrio inſtituto... tenere idem inſtitutum in omnibus... more & inſtituto... veteri conſuetudine inſtitutoque majorum... ab hoc vetere inſtituto... majorum inſtituta tueri... non oblitus conſuetudinis & inſtituti mei... alienum inſtitutis meis... te abundare oportet præceptis inſtitutiſque Philoſophorum... quod ad hoc noſtrum inſtitutum non pertinet... ſi pauca priùs de inſtituto ac judicio meo dixero... ſed ad hujus Libri inſtitutum illa nihil pertinet... multa ſunt etiam in noſtris inſtitutis ducta ab illis, 4. *Tuſc.* ſed jam ad inſtituta pergamus, revertamur... (V. *App.*)

Inſtitutus, a, um. (V. *App.*)

Inſto, are: *urgeo, premo.* tibi inſtat Hortenſius, ut &c. inſtat Sandalius poſcere &c... inſtat & urget Cato... inſtat enim & urget... urge, inſta, perfice... ego inſtavi ut mihi reſponderet... inſtat acriter... etiam atque etiam inſto, urgeo, inſector... inſtare de aliquâ re... (V. *App.*) itaque premebat alio modo, *de Fato.* hi enim urgentur anguſtiùs, *ibidem.*

Inſtructio, onis: *apparatio, diſpoſitio.* (V. *App.*)

Inſtructus, a, um, ctior, ſſimus: *paratus, comparatus, inſtitutus, munitus, ornatus.* (V. *App.*)

Inſtructus, ûs: *apparatus.* eodem inſtructu ornatuque comitata, 3. *de Orat.* 123.

Inſtrumentum, i: *ſuppellex, apparatus, ſubſidium ad aliquid agendum.* (V. *App.*)

Inſtruo, ere: *paro, apparo, molior, adorno, comparo, ſuborno, armo, inſtituo.* (V. *App.*)

Inſuetus, a, um: *inſolens, imperitus.* inſuetus belli.

* *Inſufficienter*: exiguè, non ſatis, nimis parcè.

* *Inſufflo*: flatu indo, flatu ingero.

Inſula, æ: *terra undique aquis cincta: item domus undique vias habens.*

Inſulsè: *ineptè, frigidè.* non inſulsè.

Inſulto, are: *irruo, illudo.*

Inſum, ineſſe: *ſum, inſideo.*

Inſumo, ere: *impendo.* inſumere ſumtum aut laborem in aliquam rem.

Inſuper, *præterea.*

Intactus, a, um.

* *Intantum*, uſque eò.

Integer, a, um, grior, rimus: *incorruptus, inviolatus, caſtus, ſolidus, totus, plenus, incolumis, liber.* (V *App.*.)

App.) de integro, *hoc eſt*, *denuò*, *ſeu de novo*, *ut aïunt.*

Integrè, integerrimè, integritas. (V. *App.*)

Integror, ari: *recreor*, *reficior*, *in priſtinum reſtituor.*

Integumentum, i: *involucrum.*

Intellectio, onis, 4. *ad Heren.* 45. *ſed non apud Ciceronem.*

* *Intellectualis*, *e*: *vel intellectivus*: intelligens, intelligendi vim habens, ratione prædiтus, ratione utens.

* *Intellectualitas*, *atis*: intelligentia, æ: intelligendi ſeu percipiendi vis: *ſumma intellectualitas*, *inquiunt Scholaſtici*, *uni Deo convenit*: *hoc eſt*, numen præſtantiſſimæ mentis, ſumma intelligentia.

Intellectus, ûs, (*Plin. Quintil.*) intelligentia, mens, ratio.

* *Intellectus agens*, *ut aïunt*: mens *ſimpliciter*, intelligentia, ratio.

* *Intellectus patiens:* vis accipiendi, concipiendi, ſentiendi, viſa percipiendi.

Intelligenter, *cum docilitate.*

Intelligens, tis: *ratione præditus*, *ingenioſus*, *callidus.* (V. *App.*)

Intelligentia, æ: *prudentia*, *cognitio*, *intelligendi vis*, *ſcientia*, *notio*, *idea.* intelligentia eſt per quam animus perſpicit quæ ſunt, 2. *Rhet.* 160. (*ex Cicerone igitur* intelligentia *cùm pro facultate intellectûs*, *tum pro actione intellectûs ſumitur.*) V. *App.* & *adde*: quod in noſtram intelligentiam cadit...

* *Intelligibilis*, *e*: quod in noſtram intelligentiam cadit, ſub intelligentiam cadens: quod ratione ſapientiâque comprehenditur: quod intelligentiâ & ratione comprehenditur.

Intelligibiliter, (*Plin. Jun.*) clarè, perſpicuè, intelligenter.

Intelligo, ere: *cognoſco*, *ſentio*, *percipio*, *capio* &c. (V. *App.*)

Intelligor. (V. *App.*) & *adjice*: ex quo intelligi par eſt, 2. *de Leg.* quibus rebus intelligitur... quibus ex rebus breviter diſputatis intelligi poteſt non ſolùm id &c. ex quo debet intelligi &c. ex quo intelligi debet &c. hoc intellecto, ſi quis &c. ex ipſis quæ ſuprà dicta ſunt intelligi poteſt, *Orat.* eo intelligi poteſt, quanta &c. 1. *de Fin.*

Intempeſta nox... nocte intempeſtâ, *Cic.*

Intempeſtivus, a, um: *præpoſterus*, *perverſus.*

Intendo, ere: *extendo*, *porrigo*, *nitor*, *cogito.* quod animo intenderat... quò intendit... defigere & intendere animum in aliquam rem... intendere animum aliquò. (V. *App.*)

* *Intensè*, *intenſiùs*: multùm, valdè, magnoperè, vehementer.

Intenſus, a, um: *inflatus*, *tumidus*, *conſtans*, *firmus.*

Intentio, onis: *contentio*, *diligentia*, *item criminis objectio*, *mens*, *conſilium*, *animus.* cùm animus hâc intentione omnes totius negotii partes conſiderabit, 2. *Rhet.* 46. mentem à cogitationum intentione cantu & fidibus ad tranquillitatem traducere, 4. *Tuſc.* 3. intentio, occidiſti Aiacem. inficiatio, non occidi, 1. *Rhet.* 13. poſtea facti aut intentionis adverſariorum, cum ipſo ſcripto contentio, 2. *Rhet.* 125. (*in hoc etiam loco* intentio adverſariorum *pro criminis objectione ab adverſariis factâ*, *intelligenda mihi videtur: itaque* intentionis *vocabulo non utitur Cicero ad ſignificandum id, quod* conſilium, animus, mens, ſcopus, propoſitum, *dicitur.*)

Intento, are: Gallicè, *intenter*, *préméditer*. (V. *App.*)

Intentus, a, um: *attentus*, *extenſus*, *acer*, *vehemens*, *illatus*. animus intentus... animum alicujus intentum eſſe ad aliquid faciendum... quamvis intentus animus tuus ſit ad fortiſſimum virum liberandum... in eas imagines mentem intentam infixamque noſtram intelligentia capere, quæ ſit beata natura, 1. *de Nat.* 29. oratio intenta & vehemens... tela undique in patriam intenta... tabernacula carbaſeis intenta velis. (V. *App.*)

Inter. (V. *App.* & *nota*) inter ſe, nos inter nos, vobis inter vos, *pro* invicem, *ſumi*.

Intercalaris, e: *Februarius*, *quod in eo dies unus interponitur*.

Intercalarius, a, um: *intercalaris*, *interpoſitus*, *interjectus*. decreverunt intercalarium XLV. dies longum, ut reliqui menſes in ſuam rationem reverterentur, 4. *in V.* 130.

Intercalatur, intercalatum ſit. (V. *App.*)

Intercapedo, nis: *intervallum*, *intermiſſio*. (V. *App.*)

Intercedo, ere: *interſum*, *intervenio*, *rogando impetro*, *obſto*, *reſiſto*. (V. *App.*) interceditur, cùm intercedatur, *Cic.*

Interceptio, onis: interceptus, a, um. (V. *App.*)

Interceſſio, onis: *quam vulgus oppoſitionem vocat*, *præſertim in cauſis forenſibus. ſed à Cicerone non uſurpatur pro deprecatione.*

Interceſſor, oris: *obſtans* & *reſiſtens*, *item qui reſiſtendo ſeu efflagitando petit* & *rogat*. (V. *App.*)

Interdico, ere: *prohibeo*, *veto*, *decretum interpono*. (V. *App.*)

Interdicor, ci. (V. *App.*)

Interdictio, onis, interdictum, i. (V. *App.*)

Intereſt, intererat, interfuit, intereſſe. (V. *App.*)

* *Interfectio*, *onis*: occiſio, cædes.

Interjectio, onis, (*Quintil.*) interpoſitio, interjectus, ûs. luna interpoſitu interjectuque terræ deficit, 2. *de Nat.* 103.

Interjectus, *medius*, *interpoſitus*. nullo intervallo interjecto. (V. *App.*)

Interjicio, ere. idque interjecit inter individuum & id quod dividuum eſt in corpore, *de Univ.* 19.

Interior, oris, us. nihil eſt interius mente... motu cieri interiore... in interiore ædium parte. (V. *App.* & intimus.)

* *Interlocutores*: eclogarii, nomina eorum qui in dialogo loquentes inducuntur.

Intermedius, a, um: *medius*, *interjectus*. in neutro excellens, utriuſque particeps, vel utriuſque potiùs expers, *Orat.* 21.

Interminatus, a, um: *infinitus*. immenſa & interminata in omnes partes regionum magnitudo, 1. *de Nat.* 54.

Intermiſſio, onis: *intercapedo*, *ceſſatio*. ſine ullà intermiſſione.

Intermiſſus, a, um: *ceſſans*, *interjectus*. intermiſſus dies... nullo puncto temporis intermiſſo.

Intermitto, ere: *intermiſſionem facio*. ut ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin &c... neque ille intermittit affirmare... quæ intermiſſa complures annos... ne quem diem intermitterem &c. ut ne quis à me dies intermittatur, quin &c. (V. *App.*)

In-

Digitized by Google

Intermundia, orum: *ſpatia quæ inter plures mundos Epicurus excogitabat.* individua & intermundia, quæ nec ſunt, nec eſſe poſſunt, intelligimus, 2. *de Fin.* 75.

Internecinum bellum: *inexpiabile, crudele.*

Internecio, onis: *extinctio, interitus.*

Internoſco, ere: *ſecerno, diſcerno.* internoſcere verum à falſo, 4. *Acad.* 22. quæ ſi alia vera, alia falſa, quâ notâ internoſcantur, ſcire velim, 2. *de Divin.* 128.

Internuncius, *interpres.* Augures interpretes internunciique Jovis, 1. *A.* 12.

* *Internus, a, um:* interior, intimus, inteſtinus, inſitus, in ipſâ re inſitus, inhærens.

Interpellatio, onis: *interventus, interceſſio:* interventus alicujus aut interpellatio.

Interpellator, *interventor, perturbator.*

Interpello, are: interrumpo, impedimento ſum.

Interpono, ere: *interjicio.* (V. *App.*)

Interpoſitio, onis: *interjectio.*

Interpres, tis: *explanator, internuncius, conjector.* (V. *App.*)

Interpretatio, onis: *explicatio, notatio, etymologia.* interpretatio legum... verbi vis & interpretatio... controverſia vel contentio ex ſcripti interpretatione... (V. *App.*)

Interpretor, ari: *interpretationem facio, expono, explico, explano.* (V. *App.*)

Interpunctio, onis: interpunctum, interductus. (V. *App.*)

Interpunctus, a, um: *diſtinctus.* (V. *App.*)

Interregnum, i: *tempus, quo regnum Rege vacat.*

Interrex, gis: *qui demortui Regis locum tenet, donec alius creetur.*

Interrogo, are: interrogatio, onis: interrogatiuncula. (V. *App.*)

Interrumpo, ere: *interpello, dirimo, deleo.*

Interſpiratio, onis: *reſpiratio.*

Interſtitium, (*Macrob. Apul.*) intervallum, *aut* dilatio temporis.

Interſum, es: *adſum, intercedo, diſto.* (V. *App.*)

* *Intertexo*, intexo.

Intervallum, i: *ſpatium, diſcrimen, tempus.* (V. *App.*) quaſi longo intervallo interjecto.

Intervenio, ire: *de improviſo venio, interſum, intercedo.*

Interventor, oris: *qui intervenit:* (Gallicè, *un mediateur.*)

Interventus, ûs: *inopinatus adventus, interpellatio.*

Interverſus, a, um: *prætermiſſus.*

* *Interula*, (vox *Tertull.*) ſubucula linea.

Inteſtatò. Paterfamilias inteſtatò mortuus eſt.

Inteſtatus, a, um. *qui nullo facto teſtamento decedit.*

Inteſtinus, a, um: *intimus, domeſticus.* bellum inteſtinum ac domeſticum... inteſtinum malum... neque ut quiddam intereſſet inter inteſtinum & oblatum (puta, viſum) 4. *Acad.*

Intexo, *contexo, interpono, implico.*

Intextus, a, um: *contextus.*

Intimè: *enixè, ex animo.*

* *Intimior:* amicior, familiarior.

Intimus, a, um: *reconditus, interior, domeſticus, amicus.* animi quidam intimus ſenſus... intima cogitatio... multa admiſcui ex intimâ Philoſophiâ... intimus alicujus...

in

in intimis eſt meis... (V. *App.*)

* *Intitulo, are:* inſcribo.

Intolerabilis, e, intolerandus, intoleranter, intolerantia, æ. (V. *App.*)

* *Intoxico*, veneno interficio.

* *Intrinſecus, a, um:* interior, inteſtinus, intimus, inſitus, inhærens.

Intrinſecùs (ab intrinſeco) *Varro, Colum.* (opp.) extrinſecùs, foris... aut ex ſua ſumi vi atque naturâ, aut aſſumi foris... argumenta ducuntur ex locis aut in re ipſâ inſitis, aut aſſumtis, *Cic.*

Intro, are: *introeo, ineo, ingredior, in mentem ſuam introducere.* ſi hæc quæ patefacit oratione ſuâ Craſſus, intrare volueritis, 1. *de Orat.* 204.

Introſpicio, ere: *inſpicio.* tute introſpice in mentem tuam, 2. *de Fin.*

Introvoco, are: *accerſo, advoco.*

Intrudo, ere. atque etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat, *pro Cæc.* 13.

Intueor, *video, tueor, contemplor, adſpicio.* (V. *App.*)

Intùs. (V. *App.*) intùs eſt... id quod intùs eſt... intùs in mundo... quæ ſunt intùs in corpore...

Invado, ere: *impetum facio, irruo, irrumpo.*

Invalidus, a, um, (*Ovid.*) irritus, nullus.

Inventio, onis. inventio eſt excogitatio rerum verarum aut veriſimilium, quæ cauſam probabilem reddant, 1. *Rhet.* 9. illa vis quæ inveſtigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur, 1. *Tuſc* 61.

Inventor, oris: *auctor.* Cicero princeps & inventor copiæ verborum... harum rerum inventor ac princeps Plato... inventor & quaſi architectus veritatis... principes & inventores. (V. *App.*)

Inventrix. princeps & inventrix belli Minerva... inventrix & magiſtra legum Philoſophia... illæ omnium doctrinarum inventrices Athenæ... (V. *App.*)

Inventum, i. Philoſophorum inventa... tot artes, tot ſcientiæ, tot inventa... quorum ingeniis & inventis &c... inventum (*id eſt*, excogitatum argumentum) aut probabile, aut neceſſarium, 1. *Rhet.* inventi artificioſa expolitio: (*quæ argumentatio dicitur.*)

Inverſio, onis, (*Cic.*) *actus, quo invertitur ordo.*

Inverto, tis: *immuto, verſo, perverto.* invertere ordinem, *Part.* 24. (*opponitur directè dicere.*)

Inveſtigatio, onis: *inquiſitio, indagatio, conquiſitio.* hominis eſt propria inquiſitio & inveſtigatio veri... quæ omnes artes in veri inveſtigatione verſantur... inveſtigatio naturæ... (V. *App.*)

Inveſtigator, oris. diligens inveſtigator... diligentiſſimus inveſtigator antiquitatis.

Inveſtigo, are: *indago, exquiro, ſcrutor, perſcrutor, perquiro, perſequor.*

Invicem, *viciſſim*, inter ſe, vos inter vos.

Invictus, a, um, ſſimus. (V. *App.*)

Inviolatè, *incorruptè, integrè.* piè inviolatéque...

Inviolabilis, e, (*Sil.*) ſanctus, ſacroſanctus, ſacer.

* *Inviolabiliter*, inviolatè.

* *Inviſibilis:* non adſpectabilis, quod fugit aciem, obtutum, ſenſum oculorum omnem.

Inviſus, a, um: *odioſus, non viſus.* (V. *App.*)

In-

Digitized by Google

Invitè. . . invitiùs facere aliquid. . . invitiſſimè.
Invito, are: *voco*, *allicio*.
Invitus, invitiſſimus. (V. *App.*)
Inundatio, onis, (*Colum. Plin.*) proluvies, magna vis aquæ.
Invoco, are: *imploro*.
* *Invocatio*, *onis:* deprecatio, advocatio, interceſſio.
Involutus, a, um: *implicatus*, *tectus*. occulta atque involuta aperire... res involutas & latentes definiendo explicare.
Inuro, ere: *infligo, imprimo*. (V. *App.*)
Inuſitatè loqui... abſurdè & inuſitatè ſcriptæ epiſtolæ.
Inuſitatus, a, um: inauditus, inſolens, præter conſuetudinem. inuſitatum verbum, aut novatum, aut tranſlatum... inuſitatas vias indagare, tritas relinquere.
Inutilis, e: inutiliter, inutilitas. (V. *App.*)
Ipſe, a, um. (V. *App.*)
Iratè, (*Colum.*) iracundè, cum irâ, per iram.
Iris, arcûs ſpecies, *Virg. Ovid.*
Irrationabilis, e, (*Quintil.*) rationis expers, mente ac ratione vacuus, ratione non utens.
* *Irrationabiliter*, malè, injuriâ, perversè.
* *Irreconciliabilis*, inexpiabilis.
* *Irregularitas*, commiſſum contra regulam.
Irreligioſus, (*Liv.*) à religione remotus, nihil habens religionis, impius.
Irremediabilis, e, (*Plin.*) immedicabilis.
* *Irremiſſibilis*, *e:* inexpiabilis, cui numquam condonabitur.
* *Irremiſſibiliter*, nullâ ſpe veniæ.
* *Irreparabiliter*, irreparabili jacturâ.
Irrepo, ere: *arrepo*, *influo*, *illabor*. in mentem, in mentes irrepere. (V. *App.*)
Irrequietus, (*Ovid. Mart.*) ſollicitus, laborioſus, exercitus.
Irretio, ire: irretiri, irretitus, a, um. (V. *App.*)
* *Irrevocabiliter:* irrevocabili modo, promiſſo.
Irritamentum, i, (*Ovid. Juven.*) invitamentum, illecebræ.
* *Irrito*, irritum facio.
Irritus, a, um: *vanus*, *inanis*. teſtamentum irritum facere...
Irrogo, are: *legem in aliquem fero.* irrogare mulctam alicui...
Itero, are: *gemino*, *duplico*, *repeto.* iteratio, onis: geminatio, repetitio.
Iterùm, *rursùm*.
Itidem, *ſimiliter*.
Judex, icis: *arbiter*, *diſceptator*, *animadverſor*, *exiſtimator*, *æſtimator*. (V. *App.*)
Judicatio, onis: diſceptatio, *propria judicii quæſtio*. (V. *App.*)
* *Judicator*, *oris:* judex, exiſtimator, æſtimator.
Judicatum, i: *res judicata*.
Judicatus, ûs: *judicium*, *judicatio*.
Judicialis, e: *judicii causâ*, *forenſis*. judiciale genus eſt quod poſitum in judicio habet in ſe accuſationem & defenſionem, aut petitionem & recuſationem. (V. *App.*)
Judiciarius, a, um: *judicialis*, *e*. judiciaria controverſia.
Judicium, ii: *deliberatio legitima*, *cognitio*, *notio*, *judicium quo de aliquâ re decernitur*, *aſſertio*. (V. *App.*)
Judico, are: *judicium facio*, *cognoſco*, *diſcepto*, *ſententiam fero vel dico*, *decerno*, *ſtatuo*, *conſtituo*, *judicium*

Digitized by Google

meum interpono, *pronuncio*, *dijudico*, *indico*, *decerno*, *exiſtimo*. (V. *App.*) eadem ratio eſt habenda *pro* ſimiliter judicandum eſt de &c. ſimilis eſt ratio... pari ratione... eodemque modo judicandum &c... qui ſummum bonum ſuis commodis, non honeſtate metitur... Epicurei res, quæ ſunt homini expetendæ, voluptate metiuntur... (*hoc eſt*, *de rebus omnibus judicant*, *prout voluptatem afferunt.*) depravatè & corruptè judicare de aliquâ re, 1. *de Fin.* 71.

Jugis, e: *perennis*, *e.*

Junctio, onis: *conjunctio.*

Junctus, a, um: *conjunctus*, *continens*, *compoſitus.* verba juncta... junctæ autem & duplices expoſitiones, *de Fin.*

Jungo, ere: *conjungo*, *copulo.*

Junior, *adoleſcentior*, *ætate poſterior*, *minor natu.*

Jupiter, Jovis. Jupiter optimus, maximus. (V. *App.*)

Juramentum, i, (*Seneca*, *Ulpianus*) jusjurandum, ſacramentum, affirmatio religioſa... quod autem affirmatè, quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt, 3. *Off.* 104.

Jure, *rectè*, *non injuriâ*, *meritò.* jure optimo... jure & merito... jure ac meritò...merito & optimo jure...jure non injuriâ... merito ac jure laudari... propter virtutem jure laudamur... juſtè & legitimè... rectè ac jure factum...

Jurisdicialis conſtitutio, 2. *Rhet.* 63.

Jurisconſultus, Jureconſultus, Jurisperitus, interpres juris, interpres legum, prudens in jure civili, qui conſulitur & reſpondet de jure &c. (V. *App.*) eſt enim ſine dubio domus Jurisconſulti totius oraculum civitatis, 1. *de Orat.* 200.

Jurisdictio, onis: manus, facultas, auctoritas, adminiſtratio, actio juris dicendi: (*pro ditione vel imperio non uſurpatur.* V. *App.*)

Jurisperitus, i: iſſimus: *Jurisconſultus.*

* *Juriſta*, *æ*: Jurisconſultus, Jureconſultus, Jurisperitus, leguleius.

Jus, juris: *fas*, *lex*, *juſtum*, *ars æqui*, *boni*, *pravi rectique partes.* naturâ jus eſt &c... conſuetudine jus eſt... jura omnia divina & humana... omnia jura divina atque humana... (V. *App.*)

Jus Pontificium, 2. *de Leg.* 32. è Pontificio jure... jus Pontificale.

* (*Jusjurandi voces apud Ciceronem*) per Deos immortales... quid enim, per Deum immortalem, poteſt &c... & herculè, nam herculè, ſed herculè, meherculè, verè mehercules dicam, & hercules, ſic mehercules, & hercules niſi &c... mediusfidiùs, ſi mediusfidiùs, mediusfidiùs næ tu &c. næ ille mediusfidiùs &c... moriar ni &c. ſed ne vivam ſi &c.

Jusjurandum, i: *ſacramentum*, *i: fides vel religio*, *jusjurandi religio*, *fides.* ille Jupiter, cujus nomine majores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt, *pro Font.* 20. (V. *App.*) quam rationem majorum etiam comprobat diligentia, qui primùm jurare ex animi ſui ſententiâ quemque voluerunt, 4. *Acad.*

Juſſum, i: *mandatum*, (opp.) vetitum... pernicioſa & injuſta juſſa... ſcita ac juſſa noſtra. (V. *App.*)

Juſſus, ûs: *imperium.* veſtro juſſu.

Juſta, orum: *exequiæ.* paterno funeri juſta ſolvere... juſta fieri...

Juſtè, *jure*, *rectè*, *legitimè.* juſtè & legitimè... juſtiſſimè facere.

Juſti-

Juſtitia, æ: *æquitas*, *jus*, *fas*, *juſtum*. (V. *App.*)

Juſtus, ior, iſſimus: *æquus*, *non injuſtus*, *verus*, *meritus*, *debitus*, *legitimus*.

L.

LAbefacio, ere: labefacto, are, *perfringo*, *diſſolvo*. (V. *App.*) leges ac jura labefactat... labefactare & reſcindere ab aliis conſtituta...

Labes, is: *ignominia*, *macula*, *ruina*. animi labes... labes ignominiaque mortis... labes atque pernicies provinciæ. (V. *App.*)

* *Labilis*, *e*: debilis, infirmus, caducus.

Labium, ii, (*Terent.*) labrum, i.

Labo, are: vacillo, nuto.

Labor, eris: *prolabor*, *dilabor*, *inclino*: *erro*, *fallor*. (V. *App.*)

Labor, oris: *afflictio*, *labor corporis*, *contentio animi*, *opus*, *vigiliæ*. (V. *App.*) ad agendum natos homines, 5. *de Fin.*

* *Lachrymabiliter*: flebiliter, cum gemitu lachrymabili.

Lacticinium, opus lactarium.

Lanio, onis, lanius, ii: *qui pecora laniat & vendit carnes*.

Lanx, cis: *libræ lances*, *in quas pondera imponuntur*, *patina*. etenim neceſſe eſt ut lancem in librâ ponderibus impoſitis deprimi, ſic animum perſpicuis cedere, 4. *Acad.* 38.

* *Lapidicina*: lapicædina, lapicidina.

Lapido, are, (*Quint.*) lapidibus cædo, lapidationem facio, lapidibus appeto & percutio, obruo. lapidavit, id eſt, lapidibus pluit, *Liv.*

Lapillus, i, (*Horat. Ovid.*) calculus, vel gemma.

Largè, iùs, ſſimè: largiter, *liberaliter*, *prolixè*, *copioſè*. largè effuſéque donare... largè liberaliterque... munificè & largè dare aliquid... largè ac honorificè... largè & copioſè. (V. *App.*)

Laſcivio, ire, exſultare, *Ovid.*

Laſſitudo, inis: defatigatio.

Latè, latiùs, latiſſimè: *amplè*, *laxè*. res latè longéque diffuſa... longè atque latè... fusè latéque dicere... hoc latiſſimè patet ad multoſque pertinet... hoc latiſſimè manat... quàm latè fuſum ſit... latiùs patet, quàm &c. (V. *App.* & patet.)

* *Lateraliter*, à latere.

Latinè. purè & Latinè loqui... purè & emendatè loqui, quod eſt Latinè... cùm ea quæ verterem Græcè, Latinè redderem... perbenè Latinè loqui... Latinè non peſſimè loqui... ſcire Latinè... num Latinè ſcis.

Latinitas, atis: *ſermonis Latini puritas*. Cæcilius non bonus auctor Latinitatis.

Latinus, a, um: Latina Lingua... Latinus ſermo... conſuetudo Latini ſermonis... incorrupta Latini ſermonis integritas... (V. *App.*)

Latio, onis. legum lationem expectare... latio legis... (V. *App.*)

Latitudo, inis: lineamentum ſine ullâ latitudine. (V. *App.*)

Latium, ii: *regio Italiæ*.

Lavacrum, i, (*Gell.*) lavatio, onis, balneum.

* *Laudabiliter*, cum laude, laudabiliter & honeſtè vivere.

Laudatio, onis: *præconium*, *commendatio*, *funebris oratio*. (V. *App.*)

* *Laxativus*, *a*, *um*: laxandi vim habens.

Lectito, are. lectitaviſſe Platonem ſtudioſè, audiviſſe etiam Demoſthenes dicitur, *de Cl.* 121.

Lectiuncula, æ: *lectio per modicum tempus*.

Digitized by Google

Lector, oris: *anagnoſtes*, *recitator*, *auctor*.

Lectus, a, um, ctior, ſſimus: *electus ob elegantiam*.

* *Legaliter*, ſecundùm legem.

* *Legenda*, *æ*: vita Sanctorum: piorum acta, geſta.

Legiſlator, oris: *lator legis*, *ſcriptor qui legem vivendi dat*.

Legitimè, *juſtè*, *verè*. juſtè & legitimè imperare, vivere...

Legitimus, a, um: *juſtus*, *verus*.

Lego, ere: *recito*, *evolvo*, *ſeligo*.

Lenimentum, i, (*Plin.*) levamentum.

Lethalis, e, (*Virg. Ovid.*) funeſtus, mortifer.

Lethum, i: *mors*.

* *Levativum*: vim levandi habens, quod levamentum præſtat.

* *Leuca*, bis mille paſſus.

* *Levidenſa*: levidenſis, denſe.

Lex, gis: *juris & æqui regula*, *rectum*, *inſtitutum*, *præceptum*, *regula*. (V. *App.* ad verbum, *lex*, & *lib.* 1. *de Legibus apud Cic. n.* 18. 19. 20. 22. 23. 24. 28. 33. & *lib.* 2. *de Leg. n.* 30.)

Libella, æ: *nummus argenteus*.

Libellus, i: *ſupplex libellus*, Gallicè, *une requeſte*, *item parvus liber*, *literæ*. (V. *App.*) aureolus & ad verbum ediſcendus libellus, 4. *Acad.* 135. & in Bibliothecâ ſeparatim uterque noſtrûm ad ſuum ſtudium libellos, quos vellet, evolveret, *Top.*

Libens, tis, ſſimus: libenter, libenti animo.

Liber, a, um: *non impeditus*, *expeditus*, *liberatus*, *ſolutus*, *nullâ re implicatus*, *dominationi nullius parens*, *ingenuus*. ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis. (V. *App.*)

Liber, libri: *cortex*, *opus*, *opuſculum*, *libellus*, *commentarii*, *volumen*, *monumenta*, *ſcripta*, *charta*. (V. *App.*) confectio hujus libri mei &c... ſed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora, *hoc eſt*, *duo tomi*, *ut Recentiores vocant*.) an utroſque neſcio, *Q. Fr. l.* 2. *ep.* 12. quaſi helluo librorum videbatur, 2. *de Fin.* operi inchoato & propè jam abſoluto faſtigium imponere.

Liberatio, abſolutio. cùm à te non ſolùm liberationem culpæ, ſed etiam errati veniam impetraviſſent, *pro Lig.* 1. liberatio & vacuitas omnis moleſtiæ...

Liberatus, a, um. culpâ liberatus, crimine ſolutus... à quartanâ liberatus... homines ſoluti & culpâ liberati.

Liberè, *ſolutè*. conſtanter & liberè... animus ſomno relaxatus ſolutè movetur & liberè. (V. *App.*)

Libertas, tis: *licentia*. libertas eſt poteſtas vivendi ut velis... (*de liberâ poteſtate voluntatis vide cap.* 9. §. 11. *pag.* 94.)

* *Liberum arbitrium*: arbitrium, liberà voluntas. (*Vide caput* 9. §. 11. *pag.* 94. *de voluntate & appetitu liberâque poteſtate voluntatis.*)

Libet, *collibet*, *placet*, *delectat*, *non diſplicet*, *volo*. libitum eſt... quoniam libitum eſt. (V. *App.*)

Libido, inis: *ingenita procreandi cupiditas*, *effrænata cupiditas*, *luxuries*, *voluntas*, *arbitrium*. (V. *App.*)

Libo, are: *ſacrifico*, *delibo*, *carpo*: ex variis ingeniis excellentiſſima quæque libavimus, 1. *Rhet.* 4.

Libra, æ: *ſtatera*, *trutina*. quo in loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui cùm in alteram lancem animi bona imponat, ...

in alteram corporis & externa, tantùm propendêre illam bonorum animi lancem putat, ut terram & maria deprimat, 5. *Tuſc.* 51. & 5. *de Fin.* 91. (*Vide* lanx.)
Libramentum, i. extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omninò craſſitudo ſit, 4. *Acad.* 116.
Librariâ, æ, (*Gell.*) Bibliotheca, vel taberna libraria.
Librariolus, i: *librarius.*
Librarium, ii: *catalogus, quem regiſtrum vulgò vocant, commentarium.*
Librarius, a, um: taberna libraria.
Librarius, ii: *ſcriba, qui ſcribit libros.*
Licenter, licentia, æ: licet, licitum eſt. (V. *App.*) licet, quod non licet... ſexcenta licet ejuſmodi proferre... quod aut per naturam fas ſit aut per leges liceat... tibi licet, mihi nefas eſt &c... quantumvis licet...dum licuit... quoad non licuit...
* *Licitè*, bonis & honeſtis rationibus, honeſtè, juſtis de cauſis.
Linea, æ. ferri deorsùm ad lineam... perpendiculo & lineâ diſcere uti... lineam tenere in agendo...
Lineamentum, i: *linea.* lineamenta ſine ullâ latitudine... in Geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines... animi lineamenta pulchriora ſunt, quàm corporis... (V. *App.*)
Lingua, æ: Lingua Græca, Græca locutio, Græco ſermone, litteris Græcis. Lingua Latina, Latinus ſermo, Latina locutio, locutio emendata & Latina, Latinis litteris mandare... ejuſdem Linguæ ſocietate conjunctus... patrius ſermo, (*Lingua vernacula.*)
Lineus, a, um, (*Virg.*) linteus.
Liquet, *conſtat.* (V. *App.*) qui ſeſe negat omninò de diis habere quod liqueat, 1. *de Nat.*
* *Liquiditas, tis:* liquor.
Lis, litis: *controverſia, res, cauſa, concertatio, judicium.* Philoſophi ætatem in litibus conterunt. (V. *App.*)
Litera, æ: literæ, arum: *nota, litera, ſcriptura, eruditio, doctrina, monumenta, epiſtolæ, codicilli.* literis conſignare... pauca primò inter nos de literis, quorum ſummum erat in utroque ſtudium &c. *de Fin.* ſtudium Philoſophiæ, Poëticæ, Geometriæ, literarum, 1. *Rhet.* (ſtudia humanitatis ac literarum *literas ſimpliciter vocat Cicero.*) in ſtudiis humanitatis ac literarum verſari... (V. *App.*) quæ jacerent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accenderet...
Literarum notæ, 1. *Tuſc.* 62. ſi innumerabiles unius & viginti formæ literarum aliquò conjiciantur &c. 1. *de Nat.* 93. nam ut illa (literatura) conſtat ex notis literarum & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ, ſic &c. *Part.* 26.
Literatè, *ſcitè.* literatè reſpondere... literatiùſque quàm cæteri... bellè & litteratè dicta...
Literatura, æ: *ipſa ſcriptura, Part.* 26. *varia eruditio,* 2. *in A.* 116.
Literatus, a, um, ſſimus. viri literati ac ſtudiis doctrinisque dediti... quid enim eſt dulcius otio literato, 5. *Tuſc.* hominibus literatis... hominum literatiſſimorum... quem literatiſſimum fuiſſe &c. (V. *App.*)
Literulæ, arum.
* *Litigatio, onis:* concertatio, lis, litigium.
Litigator, litigatrix, (*Cic. Sueton.*) litigans.

Litigium, (*Plaut.*)

Litigo, are: *diſcepto.*

Litura, æ: *linea inducta ad aliquid delendum.*

* *Livoroſum:* livoris plenum, ex plagis lividum.

Loco, are: *repono, conduco:* locatio, onis: *locandi actus.* (V. *App.*)

Locus, ci: loci, orum, & loca, orum. (V. *App.* & *cap.* 6. *de locis in quibus latent argumenta pag.* 41.) à tergo, à fronte, à lateribus... etenim corpus intelligi ſine loco non poteſt, 2. *de Orat.* nihil eſt enim quod non alicubi eſſe cogatur, *Acad.* ſupra, infra, dextrâ, ſiniſtrâ, ante, poſt, 4. *Acad.* antè, ponè, ad dextram, ad lævam, ſursùm, deorsùm, *de Univ.* 41. ut omnia ſupera, infera, media videremus, 1. *Tuſc.* 64. omnia quæ ſupra & ſubter ſunt, 3. *de Orat.* 20. ſursùm, deorsùm, ultrò citróque, 2. *de Nat.* 84.

* *Locum tenens:* vicarius, legatus, præfectus.

Logica, æ: Logica, orum; logice, es; dialectica. obſcura quæſtio eſt, quam περὶ δυνατῶν appellant, totaque eſt Logicæ, quam rationem diſſerendi voco, *de Fato* 1. (*frequentiùs tamen uſurpatur* logice, es, *aut* logica, orum, *quàm* Logica, æ.)

Logicus, a, um: *ad Logicen pertinens.*

Longinquitas (aut loci, aut temporis.) longinquitas loci, longinquitate temporum, innumerabilibus penè ſæculis &c... temporis longinquitate... longinquitas temporis... (V. *App.*)

Longitudo, inis: *proceritas, longinquitas, diuturnitas.* (V. *App.*)

Loquela, æ: locutio, onis, ſermo, oratio.

Lucroſus, a, um, (*Ovid.*) quæſtuoſus.

* *Ludicer, a, um, ludicrus, a, um.* neutrum invenitur apud Auctores.

Ludus, i: *ſpectaculum, exercitatio, jocus, ſchola publica.*

Lumen, inis: *lux, feneſtra, oculi, dies, ornamentum.* lumen & ornamentum Reip... è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina... omnium gentium atque omnes memoriæ clariſſimum lumen exſtingueres... lumen & decus civitatis... cùm in Italiæ luce cognoſceris &c...

Luminaria, ium: *feneſtra.*

Luna, æ: lunaris, e. (V. *App.*) habitari ait Xenophanes in lunâ, 4. *Acad.* 123.

Luo, ere: *perſolvo.* itaque mei peccati pœnas luo...

Lupanar, (*Juvenal.*) luſtrum, ganea, popina.

Luſor, (*Plaut. Ovid.*) aleator, colluſor. luſor amorum, *Ovid.*

Luſtrum, i: *quinquennale ſpatium, aut ganea, popina.*

Lutum, i: *terra.* ô lutum & ſordes... hic homulus ex argillâ & luto factus... luteus, a, um: homo luteus.

Lux, cis: *lumen, dignitas, honor, dies, vita, cœlum.* in clariſſimâ luce verſari...

Lychnus, i: lux alia eſt ſolis & lychnorum, (*id eſt, lucernarum.*)

M.

MAchina, æ, machinatio, onis: *aſtutia, dolus, artificium.* (V. *App.*)

Machinator, oris: machinari, or: *molior, excogito.*

Macrocollum, i: charta, membranula.

Macula, æ: *labes.*

* *Maculatura,* litura, ſchediaſma lituris obſitum.

Digitized by Google

Magis, magis ac magis, non magis, magis adeò id &c. quò magis... nunc verò hoc magis, quod &c. atque eò magis, ſi &c. magis eſt quòd &c. quàm quod &c... haud ſcio an magis etiam &c... (V. *App.*) eò magis, quia...

Magiſter, tri: *præceptor*, *doctor*, *auctor*. (V. *App.*) doctore hoc dictante exſcripſi... ejus doctor Plato... ſine magiſtro, duce naturâ...

Magiſterium, ii: *magiſtri dignitas & officium*, *cenſura*. magiſterium morum...

Magiſtra, æ. Philoſophia magiſtra vitæ... legis æternæ vis quæ quaſi dux vitæ & magiſtra officiorum ſit, 1. *de Nat.* 40.

Magiſtratus, ûs: (*tum de ipsâ dignitate*, *poteſtate & publico munere*, *tum de eo qui cum poteſtate eſt*, *qui poteſtatem gerit*, *dicitur*) legum miniſtri, magiſtratus... avariores magiſtratus... magiſtratûs hæc eſt vis ut præſit, præſcribatque recta & utilia & conjuncta cum legibus. ut enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus; veréque dici poteſt magiſtratum eſſe legem loquentem; legem autem mutum magiſtratum, 3. *de Leg.* 2. cùm magiſtratum inieris, 2. *de Fin.* in eo magiſtratu... magiſtratum abdicare. magiſtratus, quem vindicem nefariorum ac manifeſtorum ſcelerum majores noſtri eſſe voluerunt, 2. *in Catil.* 27.

× *Magnanimiter*, magno animo, fortiter.

Magnitudo, inis: *amplitudo*, *gravitas*, *moles*, *ubertas*. (V. *App.*)

Magnoperè, magno hoc opere... magnoque opere...

Magnus, a, um, major, maximus. (V. *App.*)

Magus, i: magi Perſarum... quod genus ſapientum & doctorum habebatur in Perſis...

Majeſtas, atis: *imperium*, *ſumma amplitudo*, *dignitas*: majeſtatem minuere... majeſtas ab aliquo imminuta (*crimen eſt læſæ majeſtatis*, *ut vulgò loquuntur*. V. *App.*) accuſatur majeſtatis, incurrit huc definitio quid ſit lædere majeſtatem, 2. *Rhet.* quid eſſet majeſtatem minuere...

Majores, um: *Patres*, *ſuperiores*, *veteres*, *antiqui*. Patres majoreſque noſtri... ego autem ſic interpretor ſenſiſſe majores noſtros, ut cauſam mortis cenſuerint, non genus eſſe quærendum... nos ita à majoribus inſtituti atque imbuti ſumus, ut &c... audivi ex majoribus natu... mihi enim unum ſatis erat, ita nobis majores noſtros tradidiſſe, 3. *de Nat.* à majoribus noſtris accepimus, *ibidem*. diligenter ea quæ à ſuperioribus acceperant, tuebantur... audire de majoribus natu... hoc nobis eſſe à majoribus traditum... ſcilicet cùm hoc juris à majoribus traditum ſit... habeo auctores ac magiſtros religionum colendarum, majores noſtros &c... à noſtris Patribus accepimus... majorum mos... more majorum... contra morem majorum... itaque more majorum comparatum eſt... rectè igitur majores... veteri conſuetudine inſtitutoque majorum... ſic enim à majoribus noſtris accepimus... (*plerique hi loci in Apparatu deſunt.*) nulli noſtrâ, plures Patrum memoriâ atque etiam majorum exſtiterunt, *de Orat.* præclarum

rum à majoribus accepimus morem &c. 3. *Off.* 44. inuſitatas vias indagare, tritas relinquere, *Orat.* 112. ſequor igitur eas vias, quas didici ab Antiocho, 4. *Acad.* majores noſtri veteres illi admodùm antiqui &c. 5. *in A.* 4. credendum eſt veteribus & priſcis, ut aiunt, viris, *de Univ.* 34. hoc jam vetus eſt & majorum exemplo multis in rebus uſitatum, *pro Cæcin.* 45. itaque illud erat inſitum priſcis illis, quos &c. 1. *Tuſc.* 27.

Malè, *pravè*, *nequiter*, *incommodè*, *vitiosè*, *improbè.* (V. *App.*)

Maledicè. cùm de abſentibus maledicè contumelioſéque dicitur.

Maledico, ere: maledictio, onis: maledictum, i: maledicus, i. (V. *App.*)

* *Malefactor:* maleficus, malemerens, ſceleratus, reus.

Malefactum, i.

Maleficiosè intendere, *id eſt*, malitiosè, nefariè.

Maleficium, ii: *malefactum*, *damnum*, *ſcelus.*

Maleficus, i.

Malemeritus, a, um. malemeritis referre quod debeas...

* *Malignus*, qui pravo animo eſt, malitioſus.

Mandatum, i. afferre mandata, mandata dare, perferre, conficere, exſequi... mandatum habere. (V. *App.*)

Manè, *diluculo*, *primo diluculo*, *primâ luce*, *cum primâ luce.*

Maneo, ere: *remaneo*, *commoror*, *reſto*, *ſto*, *ſum*, *hæreo.* maneat ergo quod &c. (*intellige*, *pro certo maneat.* V. *App.*)

Manes, ium: *inferorum animæ:* dii manes, mortuorum manes...

Mania, æ: *inſania.*

Manifeſtè, manifeſtò. (V. *App.*)

* *Manifeſto*, *are:* apertum & manifeſtum facio, in medium profero, palam facio, profero, planum facio, aperio, enuncio, edo, divulgo, patefacio, profero in vulgus &c.

Manifeſtus, a, um. res notæ, teſtatæ, manifeſtæ... res tam nota ac manifeſta omnibus... quæ ita aperta & manifeſta ſunt, ut &c. (V. *App.*)

Manus, ûs: *dextra vel ſiniſtra*, *vis*, *arma*, *prælium*, *copia*, *multitudo*, *ſcriptio*, *chirographum.* (V. *App.*)

Mare, is: *altum*, *ſalum*, *profundum*, *pelagus*, *pontus*, *ponti gurges*, *æquor*, *Neptunia prata.* (V. *App.*)

Margarita, æ: gemma, (Gallicè, *une perle.*)

Marinus, maritimus, a, um. æſtus maritimi multùm accedentes & recedentes...

Marito, are, (*Varro*, *Sueton.*) Gallicè, *marier:* colloco, in matrimonium colloco, loco nuptiis. maritare vites, i.e. ulmis alligare.

Mars, tis: *Mavors*, *deus belli.*

Mas, maris: mas & fæmina...

Maſculinus, i, (*Feſtus*) mas, virilis: *maſculini generis verbum*, primi generis.

Mater, tris: *parens*, *educatrix.* (V. *App.*)

Materia, æ: & materies, ei: *res ex quâ fit aliquid.* materia in ſe omnia recipiens... materia ex quâ & in quâ omnia ſint... materiam artis eam dicimus in quâ omnis ars & ea facultas quæ conficitur ex arte verſatur... ſubjecta materies... quaſi quædam materies ſubjecta... res ſubjecta. (*V. cap.* 8. *de multiplici genere cauſarum pag.* 51. & *Apparatum*)

tum) campus, ſylva, quæſtio, locus. (*pro materiâ orationis*) ſed latior campum illorum, *Top.* magnus locus... locus latiſſimè patens, &c. *Vide*, locus, quæſtio.

Materia *prima* (*ut vulgò dicitur.*) materia in ſe omnia recipiens... ſubjecta omnibus ſine ulla ſpecie atque carens omni qualitate materia, ex quâ omnia expreſſa atque effecta ſint: quæ tota omnia accipere poſſit omnibuſque modis mutare, &c. 1. *Acad.* 28.

* Materia *in infinitum diviſibilis.* materia quæ dividua gignitur, *de Univ.* 19. diſſolubile & dividuum eſt omne concretum... nihil in rerum naturâ eſt minimum, quod dividi nequeat, 1. *Acad.* 27. materia infinitè ſecari ac dividi poteſt, *ibidem.*

* *Materiale objectum.* ea quæ ſunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, *Top.* 29. genus quoddam commune, ratio communis... (*opponitur formale objectum*) proprium quod nullam in aliam rem transferri poſſit, *Top.* 29.

* *Materialis, e:* corporeus, concretus, coagmentatus.

* *Materialiter:* ratione materiæ, ratione rei ſubjectæ, quoad rem ſubjectam.

* *Materna Lingua*, Lingua vernacula.

Mathematicus, a, um. ii qui Mathematici vocantur, &c... Mathematicorum mos eſt... docet enim ratio Mathematicorum, &c... (V. *App.*)

* *Matricula*, index nominum.

Matrimonium, i: *viri & mulieris legitima conjugatio.* collocare aliquam in matrimonio... habere aliquam in matrimonio... uxorem ducere...

Matrona, æ: *mulier, quæ uxor eſt, materfamilias.*

Matutinus, a, um. tempore matutino... matutina tempora lectiunculis conſumo...

* *Maxima, æ:* axioma, regula, ſententia.

Maximè, *ſummè, nec minimè, potiſſimùm, præcipuè, cum primis, præſertim, maximoperè, ſummoperè.* (V. *App.*)

* *Mechanicæ Artes*, Artes illiberales.

Mechanicus, a, um, (*Sueton.*) ad artificia pertinens, ſordidus, illiberalis.

* *Mediator, oris:* arbiter, arbiter honorarius, ſequeſter, deprecator, conciliator.

* *Medicinaliter:* ope vel manu medicâ.

Medietas, atis: media pars, medium, bina media, *id eſt, duæ medietates.* vix enim audeo dicere medietates, *inquit Cic. de Univ.* 20.

Mediocris, e: *modicus, nonnullus.*

Mediocritas, tis: *modus, nec nimiùm, nec parùm* (*quod medium inter duo vitia vocant.* V. *App.*)

Mediocriter, modicè.

Meditatè, (*Plaut*) cogitatè, conſultò, attentè.

Meditatio, onis: *commentatio, cogitatio, exercitatio.* tantùm exercitatio, meditatio, conſuetudo valet, 2. *Tuſc.* 41.

Meditatus, a, um: *cogitatus, præparatus, commentatus:* (utramque vim *activam ſcilicet & paſſivam habet.*) meditatum & cogitatum ſcelus... ea quæ meditata & præparata inferuntur... nihil feci non diù conſideratum & multò antè meditatum... hoc meditatum nobis in per-

petuum eſſe debet, &c... ſint ſemper omnia homini humana meditata... accuratæ & meditatæ commentationes... verumtamen nocturnis vigiliis... illud conceptum ac meditatum eſt... (V. *App.*)

Meditor, ari: *cogito*, *commentor*.

* *Medium, in quo virtus conſiſtit:* mediocritas (*in medio.*) in mediocritate... omnis virtus eſt mediocritas... virtutes omnes mediocritate quâdam eſſe moderatas... mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimiùm & parùm, 1. *Off.* 89. (V. *mediocritas in App.*)

* *Medium ad finem aſſequendum:* ratio, via, modus, res... quinque igitur rationibus propoſitis officii perſequendi, &c... iis rebus, quibus, &c. iiſdem etiam rebus, &c. his enim rebus... nullâ autem re... nullo pacto... nullâ re unâ magis, &c. omnes vias perſequi, &c. tradere vias non tam juſtitiæ, quàm litigandi, &c... non quâ viâ, &c... quâ viâ... nullas vias dant nobis, &c... uſitatis viis... habeo autem certam viam atque rationem, &c... aut reprehendent quod inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus, *Orator*. Græci omnes vias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ causâ faciunt, *Qu. fr. l.* 1. *ep.* 1. 12.

Medius, a, um: *intermedius*, *interjectus*, *medius*, *dimidiatus*. (medii *quoque in contentionibus dicebantur*, *quos neutros*, Gallicè, *indifferens*, *vocamus*, & media, *ea quæ neutra*, *vulgò indifferentia dicuntur.*) neutra autem in mediis relinquebat, 1. *Acad.*

Membratim. inciſè membratimve dicere...

Membrum, i: *pars corporis*, *& translatè pars orationis vel aliarum rerum.* inciſa & membra orationis... membrum orationis... oratio articulis membriſque diſtincta... omnes partes atque membra Philoſophiæ...

Memini, meminiſſe: *memoriâ teneo*, *repeto*, *commemini*, *commemoro.* (V. *App.*)

Memoria, æ: *facultas animæ rerum perceptarum cuſtos: recordatio*, *monumentum.* (V. *cap.* 9. §. 5. *de memoriâ pag.* 76. *&* *App.*)

* *Memoriale*, commentarium, tabulæ publicæ, faſti.

Mendax, acis: *vanus*, *totus ex fraude & mendacio compoſitus.* falſis & mendacibus viſis mentes mortalium concitare...

Mendosè, *vitiosè:* mendoſus, a, um: *vitioſus.*

Mendum, i: *vitium*, *erratum.* menda librariorum.

Mens, tis: *ratio*, *animi pars princeps*, *intelligentia.* (V. *cap.* 9. §. 2. *de mente pag.* 67. *&* *App.*)

Menſio, onis: *dimenſio*, *menſura.* (V. *App.*)

Menſis, is: *curſus Lunæ:* menſes quia menſa ſpatia conficiunt, nominantur.

Menſtruus, a, um: *quod ad menſem durat aut ſingulis menſibus fit.* qui tabulas conficiunt menſtruas... adverſaria ſunt menſtrua, tabulæ ſunt æternæ...

Menſura, æ: *modus.* Heſiodus eâdem menſurâ reddere jubet, quâ acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis...

* *Menſuro*, *are:* metior, iri.

* *Mentaliter*, mentis cogitatione.

Men-

Mente captus, *delirus.*

Mentio, onis: *commemoratio*, *ſermo.* mentionem facere, fieri: mentio facta eſt de, &c. (V. *App.*)

Mercurius, ii. (V. *App.*)

Merda, æ, (*Horat.*) cibi reliquiæ quas natura reſpuit, quaſi ſtercus ex humano corpore ejectum: ſordes, fæx.

Mereo, es, & mereor, eri: *commereo*, *promereor*, *lucror*, *milito.*

Meridianus, a, um. meridianum tempus.

Meridiatio, onis: *meridianus ſomnus*, *& levior exercitatio.*

Meridies, ei: *media pars diei; auſtralis mundi regio.* ad meridiem... ante meridiem... poſt meridiem... ſol curſum inflectit tum ad ſeptentrionem, tùm ad meridiem...

* *Meridionalis:* Meridianus, meridialis.

Meritò, meritiſſimò, *jure*, *optimo jure*, *nec injuriâ.* jure & merito... meritò ac jure... & meritò & jure commovebamur...

Meritorius, a, um: *mercede conductus*, *ſordidus.*

Meritum, i: *promeritum*, *beneficium.* (*dignitatem rei ne meritum appelles*) ſatis pro dignitate laudare... pro dignitate laudare poſſit... ſatis laudari dignè Philoſophia poterit. (V. *App.*)

Meritus, a, um: *debitus*, *juſtus.* (V. *App.*)

* *Metaphora*, *æ:* tranſlatio, onis: tranſlatè, (*hoc eſt*, metaphoricè, per metaphoram.)

Methodus, i, (*Quintil.*) via, ratio. viâ & ratione diſputare. ratio & via... quæ res duplicem habuit docendi viam, *Orat.* 114. viâ & arte dicere... viâ progredi... optimarum artium vias tradere ſuis civibus, 2. *de Divin.* 1. dare vias... omnes vias perſequi... *Vide*, via, æ.

Metior, iri: *dimetior*, *permetior*, *pondero*, *definio*, *dirigo*, *deſcribo normâ:* (*cave ne utaris verbo*, *menſurare*, *o*, *quod barbarum eſt.*) V. *App.*

* *Metempſychoſis*, *is:* *vide*, tranſmigratio animarum.

Mille, millia: milleſimus, a, um: milliare, milliarium, ii. (V. *App.*)

* *Minimi facio*, parvi facio, nihili facio, pendo, in minimis pono.

Minimus, a, um: minimè.

Miniſter, tri: & miniſtra, æ: *adminiſter*, *adminiſtrator*, *ſatelles*, *comes*, *famulus*, *ſervus.* legum miniſtri magiſtratus... miniſter conſiliorum... miniſtri publici... Timarchides rerum omnium tranſactor & adminiſter, 4. *in V.*

* *Miniſterialis:* miniſtrator, miniſtratrix.

Miniſterium, ii, (*Virg.*) opera, ſervitium, munus... quibus utitur miniſtris Deus, *de Univ.* 42.

Minutatim, *gradatim:* (*ne dicas*, minutim.) minutatim & gradatim... perexiguè minutatimque...

Minutus, a, um. ut quidam minuti Philoſophi cenſent...

Miracula, orum: prodigium, portentum, oſtentum, mirabile, prodigio ſimile.

* *Miraculosè:* mirabiliter, extra naturalem ordinem.

* *Miraculoſus*, *a*, *um:* portentoſus, mirabilis.

Miſer, a, um: miſerabilis, e: miſerandus, a, um: miſeratio, onis: miſeria, æ: miſerè: miſereor, eri:

miſeret: miſericordia: miſericors: miſerari, or. (V. *App.*)

* *Miſſa*, *æ:* res divina, ſacrificium, ſacrum: (*miſſam dicere*, ſacrum ſeu rem divinam facere) publicis ſacrificiis præeſſe... conficere ſacra...

Miſſio, onis: *actus mittendi*, *aut dimiſſio.*

Mitra, æ: *redimiculum quaſi corona quadam* ſeu *muliebre ornamentum capitis.*

Mitto, ere: *ablego*, *jacio*, *emitto*, *omitto.* (V. *App.*)

Mixtus, a, um: *concretus*, *confuſus*, *compoſitus.*

Mobilis, e: *volubilis*, *levis*, *fluxus*, *inconſtans.*

Mobilitas, atis: *motus*, *inconſtantia.*

Mobiliter. animus mobiliter agitatus.

* *Modernus:* recentior, noſtri temporis.

Moderor, ari: moderatus, a, um: moderatè: moderatio, onis: moderator. (V. *App.*)

Modificatus, a, um: *à propriâ naturâ ad aliquem modum traductus*, *a*, *um.* verba modificata... (certo modo, ſeu quodam modo affectus.)

* *Modificatio*, *onis:* modus, i: ratio.

* *Modifico*, *are:* certo modo, ſeu quâdam ratione, afficere, definire, determinare, circumſcribere.

Modus, i: *menſura*, *mediocritas*, *via*, *ratio*, *affectio.* modum quemdam adhibere... modum tenere rei alicujus... modus tamen adſit... hoc modo, hoc pacto, iſto modo, ne quo pacto, quoquo modo, quonam modo, nullo igitur modo fieri poteſt. ad hunc modum (*pro*, ſic.) ça eſt hujuſmodi, cujuſmodicumque... cuicuimodi... cujuſquemodi... quatuor modis, &c. unus is modus eſt, &c. tribus igitur modis, &c. peto à te majorem in modum, ut, &c. mirandum in modum, &c. V. *App.* (modus *in animo dicitur* affectio, affectus.)

Mœchor, ari, (*Catull.*) adultero, ſtupro, &c.

* *Moleſto*, *are:* vexo, malè habeo, ſolicito, moleſtiam affero.

Molior, iri: *ago*, *ſtruo*, *conor*, *machinor*, *paro.* (V. *App.*)

Molitio, onis: *fabricatio*, *machina*, *creatio.* originem rerum & molitionem novam quærens, *de Univ.* 7.

Momentum, i: *punctum temporis*, *pondus*, *vis*, *momenta temporum.* (V. *App.*)

* *Monarcha*, *æ:* Rex.

* *Monarchia*, *æ:* regale civitatis genus cum dominatu unius.

Monimentum & monumentum, i: *memoria*, *litera*, *commentarii*, *exſtructio*, *ornamentum*, *publicum opus*, *trophæum*, *moles*, *ſepulchrum.* (V. *App.*)

Monſtro, are: *demonſtro*, *oſtendo*, *doceo*, &c.

Monſtrum, i: *oſtentum*, *portentum*, *prodigium.*

Moralis, e. nos eam partem Philoſophiæ de moribus appellare ſolemus; ſed decet augentem Linguam Latinam nominare moralem, 1. *de Orat.* 85.

Moratus, a, um: *moribus præditus*, *perpolitus:* benè moratus. optimè moratus. (V. *App.*)

Morbus, i: *ægrotatio*, *invaletudo*, *malum.* (V. *App.*)

* *Morcellus*, *i*, buccella.

* *Moriger*, *i:* obediens, morem gerens.

Mo-

Digitized by Google

Morigeror, ari: *morem gero*, *obſequor*.
Morior, mori. (V. *App.*)
Moror, ari: *commoror*, *maneo*, *cunctor*, *in morâ ſum*.
Mors, tis: *interitus*, *occaſus*, *fatum*, *letbum*, *exitus*, *diſceſſus*, *exceſſus è vitâ*, *ſupremus dies*, *extremus vitæ dies*, *diſſolutio*. (V. *App. & quæ de morte dicuntur in lib. de Senectute.*) cui ſit exploratum ſe ad veſperam eſſe victurum? &c. moriendum enim certè eſt, & id incertum an eo ipſo die, &c. mortem igitur omnibus horis impendentem quis poſſit animo conſiſtere? *lib. de Senect.* quid eſt in hominis vitâ diu? da enim ſupremum tempus, &c. *ibidem.* diſceſſum animi à corpore putant eſſe mortem, 1. *Tuſc.* quæro autem quid ſit, quòd cum diſſolutione, id eſt, morte, ſenſus omnis exſtinguatur, 2. *de Fin.* quamquàm mortem quidem omnibus natura propoſuit... vetat enim dominans ille in nobis Deus injuſſu hinc nos ſuo demigrare, &c. 1. *Tuſc.* omnibus obeunda mors eſt, *pro Clu.* 48.
Mortalis, e: *diſſolubilis*, *homo*. omne animal mortale & diſſolubile eſt, 3. *de Nat.* 31. omnes mortales omnium generum, ætatum... omnes mortales qui ubique ſunt... omnes mortales unâ mente conſentiunt...
* *Mortale* peccatum, mortiferum, grave & mortiferum.
Mortalitas, atis: *mortalis vitæ conditio*, *natura*.
Mortifer, a, um: *mortem afferens*, *pernicioſus*, *peſtifer*.
* *Mortifico:* eneco, occîdo.
Mos, moris: *conſuetudo*, *inſtitutum*, *diſciplina*, *uſus*, *ritus*, *modus*, *geſta*, *orum*. (V. *App.*) novo more, nullo exemplo...
Motio, onis: *motus*, *commotio*. qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionis... animi motiones. (V. *App.*)
Motus, ûs: *motio*, *agitatio*, *impulſus*, *pulſus*, *momentum*. motûs principium ab animis eſſe ductum, 2. *de Nat.* 32. motus animi... motus cogitationis celeriter agitatus... inanimum eſt enim omne quod pulſu agitatur externo. quod autem eſt animatum, id motu cietur interiore & ſuo... duos placet eſſe motus, unum ſuum, alterum externum, 2. *de Nat.* 32. (V. *App.*) vim cientem motus, &c... vis vitalis...
* *Motus primoprimus:* impetus, impulſio... impetu quodam mentis... impulſio eſt, quæ ſine cogitatione per quamdam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, 2. *Rhet.* 17.
Moveo, ere: moveor, eri. (V. *App.*)
Mulcta, æ: *pœna:* mulcto, are: mulctatus, a, um. (V. *App.*)
Muliebris, e: muliebriter, effœminatè: mulier, eris: muliercula, æ: mulieroſitas, tis: mulieroſus, a, um. (V. *App.*)
* *Mulius*, mulio.
Multifariam, *multis locis:* (*non autem multis modis*, *ſeu multiplici ratione.*)
* *Multifarius*, *a*, *um:* varius, diverſus, multiplex.
Multiformis, e: *varius*, *diverſus*. (V. *App.*)
Multiplex, cis: *varius*, *copioſus*, *multiplicis generis*. multiplex ratio diſputandi. (V. *App.*)
Multiplicabilis, e, *multiplex*.

Digitized by Google

Multiplicatus, a, um: *auctus, amplificatus:* (*in Arithmeticâ*, duplicatus, a, um, *ſeu* iteratus, geminatus, *pro*, multiplicatus, *dicitur.*)

Multiplicor, ari: (*in Arithmeticâ*) duplicari, iterari, multiplicare, duplicare, idem iterùm facere. *multiplicata res*, aut duplum, aut triplum, &c. bis bina quot eſſent...

Multitudo, inis: *frequentia, celebritas, turba, cœtus, caterva, populus, vulgus, maxima pars.* major enim pars (*id eſt, multitudo*) eò deferri ſolet, quò à naturâ deducitur... (V. *App.*)

Multò, multò magis, multò minùs, non multò poſt. (V. *App.*)

* *Multoties*, ſæpè, ſæpiùs, ſæpenumerò, crebrò.

Multùm, *valdè, benè, ſanè quam, non parùm.* (V. *App.*)

Multus, a, um: *multiplex, copioſus.* (V. *App.*)

Mundus, i: *univerſitas mundi, ſeu univerſitatis corpus, omnis natura, rerum natura, univerſa natura, hoc templum orbis terrarum, orbis terræ.* (V. *App.*)

Munia, *munera, onera.*

Munio, ire: *firmo, confirmo, paro, adorno, obvallo.*

Munus, eris: *donum, officium, provincia.* (V. *App.*)

* *Muſæum*: Muſeum, quod à μουσεῖον.

Muſica, æ: *cantus, ſymphonia:* Muſicus, i. (V. *App. & ad hæc verba*, cantus, concentus, concordia, tonus, vox.)

Mutatio, onis: *permutatio, motus, converſio.* (V. *App.*)

Muto, are: *mutationem facio, permuto, verto, converto, immuto, commuto.*

Mutuè, mutuò, *viciſſim.* (V. *App.*)

* *Mutuo, are*, (Cæcil.) mutuor, mutuum do, utendum do, commodo.

Mutuus, a, um: *pariter atque æqualiter reſpondens, quod commodatur.*

Myſtagogus, i: *rex ſacrorum & magiſter.*

Myſtêrium, ii: *initia, ſacra, res occultæ.* (V. *App.*)

N.

Næ: profectò, ſanè. (V. *App.*)

* *Narbona, æ:* Narbo, onis. eſt in Provincia Galliæ Narbo &c. *pro Font.*

Narratio, onis: *rerum geſtarum expoſitio.* (V. *App.*)

Naſcor, naſci: orior, in vitam venio, in lucem edor, procedo. (V. *App.*)

Natalis, e: natalis die, natali die tuo, agere diem ſuum natalem quotannis... Chaldæis in prædictione & in notatione cujuſque vitæ ex natali die minimè credendum eſt, 2. *de Divin.* 87.

Natalitius, a, um. dat natalitia in hortis, *hoc eſt, feſta diei natalis.* Chaldæi notant ſidera natalitia...

Natio, onis: gens, genus; ordo. tota natio candidatorum... natio optimatum. (V. *App.*)

Nativitas, atis, (*Ulpian.*) ortus, dies natalis.

Nativus, a, um: *ortum habens, germanus.* (V. *App.*)

Natu, *id eſt, ætate aut major, aut minor.* (V. *App.*)

Natura, æ: *communis rerum omnium parens, deus ipſe ut auctor mundi, rerum univerſitas, mundi moles, eſſen-*

Digitized by Google

ſentia, *ingenium*, *indoles*, *mores*, *elementum*, *origo*, *ortus*, *initium*, *principium*, *corpus*, *ſtatus*, *conditio*, *vulva*, *uterus*. (V. *App.*)

* Natura (*naturans*:) natura, naturâ ipſa, natura parens omnium, natura communis parens, vis, vis vitalis, &c. (V. *App.*) magiſtrâ ac duce naturâ...

* Natura (*naturata*:) natura (*pro eſſentiâ*) rerum natura, in rerum naturâ, in naturâ rerum, ratio & natura, propria natura, vis & natura rei...

Naturalis, e: *Phyſicus*, *innatus*, *inſitus*, *nativus*, *naturæ conjunctus*, *à naturâ profectus*, *ſecundùm naturam*, *quod à naturâ eſt*. (V. *App.*) naturalis atque inſita in animis noſtris notio. V. *de Nat. Dei*, *cap.* 12 *pag.* 127.

Naturaliter. quod enim homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet, *de Senect.* 27. naturâ *vel* ſecundùm naturam (*pro*, naturaliter.) nam cùm hoc ſit *naturâ* commune omnium animantium ut habeant procreandi libidinem, 1. *Off.* ſic multa quæ *naturâ* honeſta videntur eſſe, &c... *naturâ* jus eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit, &c... victoria, quæ *naturâ* inſolens eſt, &c... omnes *naturâ* numini divino parent... quæ naturâ, non literis aſſecuti ſumus... ſuâpte naturâ, ſuâpte vi & naturâ; quod per ſe, ſuâ vi, ſuâ naturâ, ſuâ ſponte ſit laudabile... ipſa ex vi ſuâ naturâque... genere ipſo... ſecundùm naturam... quæ ſecundùm naturam fiunt... (opp.) adverſante & repugnante naturâ.

Natus, a, um: *editus*, *procreatus*, *factus*, *prognatus*, *alicujus ſatu vel partu editus*.

Neceſſariè, neceſſariò, ex neceſſitate, neceſſitate, neceſſariis & maximis cauſis.

Neceſſarius, a, um: *neceſſitudine adjunctus*, *conjunctus*, *intimus*, *vel non voluntarius*, *habens aliquam neceſſitatem*, *fatalis*, *e*. (V. *App.*)

Neceſſe, neceſſum, neceſſarium, neceſſitas.

Neceſſitas, neceſſitudo, fatum, vis, immutabilitas. (V. *App.*)

* *Neceſſito*, *are*: neceſſitatem impono, affero, cogo: vi & neceſſariò coactus.

Neceſſitudo, inis: *neceſſitas*, *aut conjunctio in amore*. (V. *App.*)

Nedùm, *hoc eſt*, *ut ne dicam non*, &c. (V. *App.*)

Nefas, nefariè, nefarius, nefaſtus, nefandus. (V. *App.*)

Negans, tis: negantia, ium. (V. *App.*)

Negantia, æ. deindè addunt conjunctionum negantiam, &c. *Top.* 57.

Negatio, onis: *inficiatio*, *negantia*, *æ*. (V. *App.*)

* *Negativus*, *a*, *um*: negans, & negantia, *quæ negativa imperiti vocant*. negantia contraria aientibus, *Top.* 49.

Nego, are: *denego*, *inficior*, *recuſo*, *abnuo*, *diſſimulo*.

Negotium, ii: *res*, *munus*, *cura*, *provincia*, *labor*. (V. *App.*)

Nemo, inis: nemo homo. (V. *App.*)

Nempè, *nimirùm*, *quippe*, *certè*. (V. *App.*)

* *Neotericus*, *i*, recens.

Nepos, otis: *ex filio vel filiâ natus*, *aut patrimonii diſſipator*.

Neſcio, ire: *ſum ignarus*, *inſcius*, *rudis*, *ignoro*. neſcio quo pacto... neſcio quomodo... caſu neſcio quo...

Neu-

Neuter, tra, trum: *indifferens*, *nullarum partium*. (V. *App.*)

* *Neutrales: neutrius partis ſtudioſi.*

Nexum, i, & nexus, ûs, *obligatio quædam civilis*. (V. *App.*)

Nigredo, inis, (*Apul.*) nigror, nigrities.

* *Nigromantia*, Necromantia.

Nihil, nihilum, i: (V. *App.*) ad nihilum omnia recidere... interire in nihilum... ex quo exiſtet ut de nihilo quidpiam fiat... pro nihilo eſt.... pro nihilo putare, ducere, nihili facere... deus immortalis, quàm mihi iſta pro nihilo... nihilo magis, nihilo ampliùs, nihilominùs. (V. *App.*) nullum fore, nulli ſunt, erunt: (*hoc eſt*, in nihilum recidere.)

Niſi: *ni*, *ſi non*, *niſi ſi quod*, *præter*, *præterquam*. (V. *App.*)

Niſus, ùs, *conatus*, *greſſus*, *ingreſſus*, *nixus*.

Nitor, niti: *enitor*, *connitor*, *adnitor*, *fulcior*, *confido*, *pendeo*. (V. *App.*)

Nixus, ûs: *niſus*, *vis*, *nutus*.

Nobilis, e: nobiliſſimus: nobilitas, tis: nobilitari: nobilitatus, a, um. (V. *App.*)

Nodus, i: *colligatio*, *vinculum*, *item difficilis ad expediendum locus*, *res*, *quæſtio*. dum hic nodus expediatur... incideramus enim in difficilem nodum...

Nolo, nolle. noli putare me quicquam maluiſſe, quàm ut, &c. nolite enim putare, &c. quare nolite exiſtimare... (quod nolim.)

Nomen, inis: *verbum*, *vocabulum*, *cauſa*, *prætextus*, *titulus*, *obligatio ratione crediti*, *debiti*. (V. *App.*)

Nomenclatio, onis: *appellatio*, nominatio: (*ne dicas*, *nomenclatura*, *æ*.)

Nomenclator, oris: *monitor*, *qui civium & ſervorum nomina noverat*.

Nominatim, (opp.) generatim. (V. *App.*)

* *Nominativus*, *i*: rectus caſus, in recto caſu.

Nomino, are: nominari, or. (V. *App.*)

Non. (V. *App.*)

Nonnullus, a, um: *aliquis*, *nonnemo*.

Norma, æ: *regula*, *lex*, *præſcriptio*. (V. *App.*)

Noſco, ere: *cognoſco*, *notum vel cognitum habeo*, *notitiam habeo*.

Nota, æ: *ſignum*, *inſigne*, *veſtigium*, *dedecus*. ſigna & notas oſtendere locorum... nomina ſunt tanquam rerum notæ... notæ literarum... literatura conſtat ex notis literarum... notæ priſcarum literarum... nota veritatis... verba ſunt rerum notæ, &c. (V. *App.* nota *etiam ſumitur pro ſigno numerorum*, Gallicè *chiffre*.)

* *Notandum primo*, &c. (primum quidem conſiderandum eſt, videndum eſt, attendendum eſt, attendas velim, advertas, notatione dignum eſt, in primis pro certo ponendum eſt, &c.) atque erit obſervandum diligenter, ne id, &c. 1. *Rhet.* 72. oportet autem animadvertere, ne &c... quare obſervare diligenter oportet, &c... hæc erunt conſideranda, nùm, &c. *Cic.* de evertendis autem, &c. valdè illud conſiderandum eſt, ne, &c.

Notandus, a, um: *obſervandus*, *animadvertendus*, *notatione dignus*.

Notare, o: *animadverto*, *obſervo*, *diſtinguo*, *indico*, *ignominiâ afficio*. (V. *App.*)

* *Notarius*, *ii*: Gallicè, *un Notaire*: ob-

obſignator, obſignatores teſtamentorum, *Att. l.* 12. *ep.* 19. adhibere obſignatorem, *Att. l.* 14. *ep.* 15. (*eoſdem* Actuarios *Plautus vocat, & lib.* 93. *de regulis juris* Tabelliones *appellantur.*)

Notatio, onis: *nota*, *obſervatio*, *animadverſio*, *deſcriptio.*

Nothus, i, (*Virg.*) ſpurius, incerto patre natus.

Notio, onis: *cognitio*, *intelligentia*, *notitia.* (V. *App.*)

Notitia, æ: *notio*, *cognitio*, *idea.* notitiæ rerum... natura ingenuit notitias parvas rerum maximarum. (V. *App.*)

* *Notoriè:* manifeſtè, apertè.

* *Novercante fortunâ*, adverſante fortunâ.

Noviſſimè, *nuperrimè.*

Noviſſimus, a, um, *poſtremus.*

Novitas, atis.

* *Noviter*, nuper.

Novitius, a, um: *novus*, *tyro.* de grege novitiorum.

Novus, a, um: *recens*, *inauditus*, *inuſitatus.* (V. *App.*)

* *de Novo*, de integro.

Novo, are: *innovo, novum facio.* verba quæ novamus & facimus ipſi &c...

Noxa, æ, *&* noxia, æ, *culpa*, *crimen.*

* *Nullatenùs*, neutiquàm, non omninò.

* *Nullibi*, nuſquam, nullo in loco.

Nullus, a, um. (V. *App.*)

Numen, inis: *divina providentia*, *vis*, *poteſtas.* (V. *App.*)

Numero, are: *adnumero*, *dinumero*, *numerando percenſeo, cenſeo.* (V. *App.*)

Numerus, i: *multitudo*, *ſumma*, *muſica & oratoria menſura.* eſſe in aliquo numero... eſſe aliquo numero... (*hoc eſt*, *in aliquâ exiſtimatione & pretio*) homo nullo numero... *de numero oratorio vide* Orator. c. 17.

Nummus, i: *denarius*, *pecunia.* (V. *App.*)

Nuncio, are: *affero*, *renuncio*, *nuncium perfero.*

Nuncius, ii. (V. *App.*)

Nuncupatio, onis, (*Plin.*) appellatio, nomenclatio, dicatio.

Nuncupo, are: *appello*, *nomino.*

Nutritius, ii, (*Colum.*) educator.

Nutus, ûs: *nixus*, *ûs; vis*, *voluntas.* (V. *App.*)

O.

OBeo, ire: *peragro*, *ago*, *perago*, *tracto; enumero; morior.*

Obfirmatus, a, um: *pertinax.*

Objecto, are: objicio; oppono, contradico, contra diſſero, contra diſputo, urgeo, inſto, inſiſto, affero, telum jacio... mihi lachrymulam Cypriani judicii objectas, *pro Pl.* 76. objectare probrum alicui, *ibidem.* objectare viros antiquos... objicit mihi me &c... quæ de peculatu mihi iſte objecit... non potuiſti continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris objiceres... non tibi objicio, quod &c... cùm alter alteri objicit &c... quid ſtultius, quàm objicere adverſario, quod ſi ille verbo negarit, longiùs progredi non poſſit, qui objecerit... Antonius ignobilitatem objicit C. Cæſaris filio... objectum eſt etiam, quod &c... quod eſt ab eo objectum &c. quod objectum eſt de pudicitiâ... cùm verò &c. reverà

Digitized by Google

tibi objectum eſſet &c... nam quod objectum eſt &c. nam quod æs alienum objectum eſt &c... protulit, non tam ut probaret, quàm ut Stoicis, quibuſcum bellum gerebat, opponeret... ſed quid oppones tandem? &c... opponebant illi &c... huic labori noſtro duo genera reprehenſorum opponuntur... aut aliquid afferet, quod oppoſitum probabilius ſit, quàm illud quod obſtabit &c... quæ videbuntur officere &c... ſi omnia removentur, quæ obſtant &c... cùm opponitur ſcripto ſcriptoris voluntas... ut ante occupet, quod putat opponi... ea quæ contradici poterant... contra autem qui dicet... & id quod contradiceretur... contra diſſerebam &c... ſed nunc ea videamus, quæ contra ab his diſputari ſolent... illa autem quæ Carneades afferebat &c... urgent tamen & nihil remittunt, quoniam, inquiunt &c. inſtat & urget &c... itaque premebat alio modo &c... ea tela, quæ conjecerit inimicus &c...omniaque tela ſic in te conjicientur... nec verò quidquam aliud affertur cur ea &c. niſi quod difficile dictu videtur, quæ &c... breviter argutéque incluſo adverſario... perpugnax in diſputando... ô plumbeum pugionem!... at, etenim &c.

* *Objectio, onis:* quæ contra dicuntur, quod objectum eſt, contraria, adverſaria, adverſariorum adjuvamenta, firmamenta, totius eorum rationis quaſi fundamenta, telum, tela, intentio, onis.

* *Objectionibus reſpondere:* ſua confirmare, adverſaria evertere... ut id quod intenderemus, confirmare, & id quod contradiceretur, refellere poſſemus... noſtra confirmare rationibus & argumentis, deindè contraria refutare... poſt, quæ contradicerentur, refellenda... hoc loco confirmato, tum diluere ea quæ contradici poterant, oportebit, &c... contra autem dicetur ſi, &c... ſin autem primùm erit contra dicendum, &c. illa diluam, quæ de peculatu mihi iſte objecit... ego quâ ratione res tam leves infirmem ac diluam, reperire non poſſum... quæ tu diluas oportet & falſa eſſe doceas... diluere quæ contra dici poſſunt... diluere crimina adverſariorum... diluere contrarias argumentationes... ſed ad ea quæ contradicerentur, dici oportere putabant, ne qui fallerentur... Chryſippus multa contra ſenſus, quæ in conſuetudine probantur, diſſolvit... illa autem quæ Carneades afferebat, quemadmodùm diſſolvitis?... utrumque diſſolvitur... Dialectici multa inveniunt, quæ non poſſunt ipſi diſſolvere, &c... quæ dilui non poterunt... reſtat ut iis reſpondeam, qui, &c... quamquam Philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro &c. extremum illud eſt, quod mihi abs te reſponderi velim &c... de quo toto reſpondit Hortenſius &c... reſpondebiſne ad hæc? aut omninò hiſcere audebis?... quid ego nunc argumentis tibi reſpondeam?... habes ad omnia &c... iteratè reſpondiſſem... Carneades acutiùs reſiſtebat, nam &c... ſed ego in hoc reſiſto... at enim dicitis &c. quod totum contra te eſt &c... ô plumbeum pugionem!...

ſi

ſi in me impetum facere conabitur, reſiſtam, & ejus conatum refutabo... contraria refutare... argumenta confutare... reprehenſio eſt, per quam argumentando adverſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut elevatur, 1. *Rhet.* 78. hoc commodè reprehendetur ſi &c. (*hoc eſt, ut vulgus ait, ad objectiones facilè reſpondebitur, ſi*) hæc ratio reprehenditur &c. ſimplex autem concluſio reprehenditur, ſi &c. *vide* 1. *Rhet. cap.* 9. expone nunc de reprehendendo... ac de reprehenſione hæc quidem exiſtimavimus eſſe dicenda &c... quanta verò illa ſunt quæ vos Academici infirmatis & tollitis... cúmque animos primâ aggreſſione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria... hoc infirmat tollitque Philo... Chryſippus illi rationi ſic occurrit &c... huic loco ſic ſoletis occurrere... occurritur autem nobis, & quidem à doctis & eruditis, quærentibus, ſatiſne &c... occurrêtur enim ſicut occurſum eſt &c... his quatuor cauſis totidem medicinæ opponebantur &c... his quod opponi poſſet, præſidium non habebamus... ut ante occupet, quod putat opponi... adverſariorum tela repellere, propulſare... videor mihi jeciſſe fundamenta defenſionis meæ, quæ firmiſſima ſunt... firmamenta vel argumenta labefactare... ſeque facilè, ut mihi videtur, expediunt... nunc ea videamus, quæ contra ab his diſputari ſolent. ſed prius poteſtis, totius eorum rationis quaſi fundamenta cognoſcere... atque hàc diſtinctione, quæ videbuntur officere, propulſabimus... hoc contra te valet... hoc ad vincendum valet, vel ad vincendum grave eſt, vel ad dicendum leve eſt.

* *Objectum*, *i:* objecta res, objecta ſpecies, viſum, viſa, viſorum... viſum objectum imprimet illud quidem & quaſi ſignabit in animo ſuam ſpeciem, 1. *de Nat.* (viſa, *ſeu* viſum *ſimpliciter ſignificat viſa per mentem*, *quibus opponuntur* viſa ſenſibus, *vel* viſum objectum.)

* *Objectum totale alicujus ſcientiæ, vel artis:* materia, materies ſubjecta... materiam artis eam dicimus, in quâ omnis ars & ea facultas, quæ conficitur ex arte, verſatur &c. 1. *Rhet.* (V. materia, materies) id in quo verſatur oratio, ſeu diſciplina. (*hoc verbum*, verſari in &c. verſatur in &c. *ad objectum deſignandum eleganter uſurpatur.*)

* *Objectum partiale:* pars, membrum, partes, materiæ partes, generumve partes, partes & membra...

* *Objectum materiale:* genus, *hoc eſt*, notio ad plures differentias pertinens, *Top.* (*vel*, genus eſt id quod ſui ſimiles communione quâdam, ſpecie autem differentes, duas aut plures complectitur partes, 1. *de Orat.* ea quæ ſunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, *Top.* 29. genus quoddam commune... ratio communis...)

* *Objectum formale:* forma, forma generis, notio... proprium quod nullam in aliam rem transferri poſſet, *Top* 29. de propriis (*hoc eſt, de formali objecto*) oritur plerúmque magna diſſenſio, *Partit.* 41.

* *Objectum attributionis* dicitur id in quo verſatur diſciplina, vel ars... di-

cendum de genere ipſius artis, de officio, de fine, de materiâ, de partibus, 1. *Rhet.*

Objectus, a, um: *oppoſitus*, *ante oculos poſitus*, *oculis vel menti objectus*. (V. *App.*)

Obiter, (*Plin.*) præter rem, præter propoſitum, non conſultò, caſu, quaſi præteriens.

Obligatio, onis: *auctoramentum*, *nexus*, *ûs*: (Vide *retrò*, *Contractus*, *ûs*, *pag.* 215.) promiſſum ac receptum... ſatisfactum eſt promiſſo noſtro ac recepto...

Oblivio, onis: obliviſcor. (V. *App.*)

Obnoxius, a, um: *ſubjectus*.

Obſcurè, *clam*, *non apertè*.

Obſcuritas, atis: *obſcuratio*, *tenebræ*, *caligo*, *ænigma*. (V. *App.*)

Obſcuro, are: obſcuror, ari: obſcurus, a, um. (V. *App.*)

Obſervans, ſſimus: *ſtudioſus*, *cupidus*.

Obſervantia, æ: *reverentia*, *veneratio*.

Obſervatio, onis: *animadverſio*. (V. Experientia.)

Obſervo, are: *animadverto*, *noto*, *ſpeculor*, *ſervo*, *pertracto*, *amo*, *colo* &c.

Obſidium, ii, (*Colum. Tacit. Gell.*) obſeſſio; obſidio.

Obſignator, oris: obſignatores teſtamentorum: Gallicè, *Notaires*... literarum obſignator... adhibere obſignatorem. (V. *App.*)

Obſiſto, ere: *reſiſto*, *repugno*, *occurro*.

Obſtinatè, (*Terent.*) præfractè, pertinaciter, cum pertinaciâ.

Obſto, are: *obſiſto*, *officio*, *impedio*. (V. *App.*)

Obſtrictus, a, um: *obligatus*, *devinctus*.

Obſum, obeſſe: *officio*, *noceo*. (V. *App.*)

* *Obtenebro*, *are*: obſcuro, tenebras, noctem offundo, perſtringo.

Obtineo, ere. (V. *App.*)

* *Obviatio*, occurſus.

* *Obvio*, *are*: occurro, obvius ſum: alicui me obviam fero...

Occaſio, onis. (V. *App.*)

Occidens, occaſus, obiens. (V. *App.*)

Occidentalis, (*Plin.*) occidens, occiduus.

Occupatio, onis: *impedimentum*, *negotium*.

Occupatus, a, um: *diſtentus*, *diſtrictus*, *impeditus*, *implicatus*.

Occupo, are. (V. *App.*)

Occurro, ere: *obviam eo*, *repugno*, *obſto*, *reſiſto*, *in mentem venio*. (V. *App.*)

Occurſus, ûs, (*Ovid.*) occurſatio, obviam itio.

* *Octenus*, octonus.

* *Octodecim*, duodeviginti, octo & decem.

* *Oculariter*: ipſo intuitu, oculorum judicio.

Odoramentum, i, (*Plin. Colum.*) odores, odoratio.

Offendo, ere: offenſio, onis. (V. *App.*)

Offero, erre. (V. *App.*)

Officium, ii. id quod facere debet, officium eſſe dicimus, 1. *Rhet.* (V. *App.*)

Olfactus, ûs, (*Plin.*) odoratus.

Omen, inis. ominibus bonis, vel triſtibus... quod Deus omen avertat. (V. *App.*)

Omitto, ere: mitto, prætermitto, relinquo, dimitto. (V. *App.*)

* *Omnimodè*: omni ratione, omnibus mo-

modis. *omnimodus*, cujusquemodi.

Omninò, *planè*, *prorſus*, *generatim*, *univerſim*. omninò fortis animus duabus rebus cernitur, 1. *Off.* 66. & omninò omnis argumentatio, 1. *Rhet.* 86. ſi ex omni parte ejuſmodi ſint, 4. *Acad.* 40.

Omnipotens, tis. teque, omnipotens Neptune, invoco, 4. *Tuſc.* 73.

Omnis, e: *totus*, *cunctus*, *univerſus*, *quicumque*, *quivis*. omnes quæcumque... omnia quæcumque... omnes omnium generum, ætatum, ordinum viri ac mulieres...

Opera, æ: *opus*, *adminiſtratio*, *munus*, *actio*. (V. *App.*)

Operarius, ii: *bajulus*.

Opificium, (*Varro*) opus.

Opinabilis, e: *quod in opinione poſitum eſt*. itaque hanc partem rerum opinabilem appellabant... quod totum opinabile eſt...

Opinatio, onis: *opinio*. hæc autem opinatio eſt, judicare ſe ſcire, quod neſciat...

Opinatò... nec opinatò, *id eſt*, *præter ſpem*.

Opinator, oris. magnus opinator.

Opinatus, a, um. partes perturbationum ex duobus opinatis bonis naſci & ex duobus opinatis malis... nec opinata bona. (V. *App.*)

Opinio, onis: *ſententia*, *ſenſus*, *exiſtimatio*, *opinatio*.

Opinor, ari: *opinio mea eſt*, *opinio mea fert*, *opinionem habeo &c.*

* *Opinoſiſſimus:* opinioſiſſimus, *Cic.*

Oportet. (V. *App.*)

Oppono, ere: objicio, contra ſtatuo.

Optio, onis: *poteſtas*, *electio*. eligendi optio... optio vobis datur, utrùm velitis...

Opus, eris: *munus*, *opera*, *artificium*. (V. *App.*) magnum opus & arduum. magnum opus & difficile...

Opus eſt, *convenit*, *tempus fert*, *res fert*, *neceſſe eſt &c.* (V. *App.*)

Opuſculum, i. accipiet igitur hoc parvum opuſculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus...

Oracula dei, *Top.* 77.

Oraculum, i: *deorum reſponſum*, *vaticinatio*. oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt in his deorum oratio, *Top.* oracula quæ inſtinctu divino afflatuque funduntur, 1. *de Divin.* 34. (V. *App.*)

Oratio, onis: *locutio*, *ſermo*, *concio*. (V. *App.*) ſed in toto quaſi contextu orationis, *Partit.*

Orator, oris: *eloquens*, *legatus*.

Orbis, is: *circus*, *circulus*, *ambitus*, *rotundus ambitus*. orbis terræ, orbis terrarum, orbis terræ judicio comprobari. (V. *App.*)

* *Ordinariè:* moribus, more & inſtituto, ut plurimùm, ſæpè ſæpiùs, in uſu atque hominum more...

* *Ordinari ab Epiſcopo*, initiari, ſacrari, conſecrari, inaugurari, ſacris initiari, ſacris initiatus.

* *Ordinarius, a, um:* legitimus, in more poſitus, in uſu atque hominum more poſitus, verſatus.

Ordinatè, (*ad Heren.*) ordinatim, *ordine*, *compoſitè*, *diſtinctè*.

* *Ordinatio, onis:* conſecratio Sacerdotum, ritus quo ab Epiſcopo initiantur, ſacrati fiunt, conſecrantur quidam homines.

Ordino, are, (*Horat. Cic.*) in ordinem redigere, diſponere, vel conſecrationem facere manus imponendo, ſacrare, inaugurare, con-

ſecrare. . . cur non inauguratur? nam flamines inaugurabantur, 2. *in A.* 120.

Ordinor, ari: *componor*, *ratione diſponor.* ordinandus, a, um: *in ordinem redigendus.* (V. *App.*)

Ordior, iri: *incipio.* (V. *App.*)

Ordo, inis: *ratio*, *diſtributio*, *diſpoſitio*, *collocatio*, *ſocietas.* ordo & diſpoſitio argumentorum. . . ordo ſerieſque cauſarum... explicare ordinem temporum... rerum ordo ac viciſſitudo... ſententiam dicere ex ordine... rectè atque ordine... extra ordinem... omnes ſocietates, omnes ordines. . . ampliſſimorum ordinum delecti viri... ordinis homo eſt honeſti... ordinis noſtri homines... ad hunc ordinem referant... ab omni hominum genere & ordine... ordine naturæ certè prior... ordine interrogare... perge igitur ordine quatuor mihi iſtas partes explicare... nunc, ut inſtituimus, proficiſci ordine ad reliqua pergemus... ut omnia ſupera, infima, prima, ultima, media videremus... cùm à ſummis, mediis, infimis, cùm denique ab univerſis... univerſus ordo... ampliſſimum quemque illius ordinis inſequebatur. . . ex omni ordine atque ex omni ætate... itaque delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina... viri primarii noſtri ordinis. (V. *App*)

* *Orientalis*, *e:* oriens, tis

* *Originale peccatum:* noxia jam ab ipsâ origine ex peccato primi parentis Adami contracta, nativum malum; ingenerata vitioſitas ex Adamo deſcendens: commune vitium ex primo parente contractum.

Origo, inis: *principium*, *initium*, *cauſa*, *ortus*, *ſtirps*, *ſemen.*

Orior, iri. ea quæ ſunt orta de cauſis. (V. *App.*)

Orno, are: ornamentum, i: ornatus, ûs: ornatè. (V. *App.*)

Oro, are: *rogo*, *obſecro*, *obteſtor.* (V. *App.*)

Oſtendo, ere: *demonſtro*, *doceo*, *propono*, *declaro*, *ſpem injicio.* (V. *App.*) his & hujuſmodi rationibus oſtenditur... oſtendemus autem id quod polliciti ſumus hoc modo &c... oſtendam Judices 1. &c. cùm hæc docuero, tum illud oſtendam &c. faciamque ut intelligatis &c. cùm hæc docuero, tum illud oſtendam &c. faciamque ut intelligatis &c. primum igitur illud erit, ex quo intelligi poſſit &c. . . vince igitur &c... *id eſt*, *oſtende*...

Oſtentator, oris, (*Plaut.*) glorioſus, vanus.

Oſtentum, i: portentum.

Otium, ii: *tempus*, *ſpatium*, *vacuum tempus.* (V. *App.*)

P.

PAcificatio, onis: compoſitio, ab armis diſceſſio.

* *Pacificè:* cum pace, tranquillè.

Paciſci, or: *pactum vel pactionem facio.* (V. *App.*)

Paco, are: pacifico.

Pactio, onis, pactum, i. (V. *App.*) pacti & conventi formula. . . quo pacto, nullo pacto, quonam pacto &c.

Pædagogus, i: *pueri cuſtos.*

Pæ-

Digitized by Google

Pædicare, o, (*Catull.*) pueros turpiſſimè amare.
Pagina, æ: *altera folii pars.* priori paginâ... in extremâ paginâ...
Palæſtra, æ: *Gymnaſium.*
Palinodia, æ: *contraria cantio, retractatio.*
* *Palliditas*, pallŏr.
Pallidus, a, um, (*Hor.*) expalleſcens, decolor, exſanguis, ſine colore.
Panegyricus, i: *laudatio, vel ſuaſio, vel concio in conventu habita.*
Papyrus, (*Juven. Plin.*) charta, æ: membrana.
* *Panifex, panificus:* Piſtor.
Par, ris: *parilis, e; æqualis, æquus, ſimilis, ſocius alterius.* (V. *App.* & 2. *Rhet.* 68. & 162. ſi cætera paria ſint... ſic par eſt agere cum civibus... geminum in ſcelere par...
Par eſt, *decet, æquum eſt.* (V. *App.*)
Parabola, æ: perſonarum ficta introductio... ficta etiam exempla ſimilitudinis habent vim, *Top.* ficťæ fabulæ, 5. *de Fin.*
Paradiſus, i, (*Plin.*) cœlum, hortus, hortulus, certus in cœlo ac definitus locus, ubi beati ævo ſempiterno fruuntur: piorum ſedes & locus: cœlitum domicilium... cùm in illud animorum concilium cœtumque proficiſcor, *de Sen.* ubi diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, videmus omnia, 12 *in A.* 5.
Paradoxa, orum. hæc paradoxa illi (*Græci*) nos admirabilia dicamus, 4. *de Fin.* 74. quæ quia ſunt admirabilia contraque opinionem omnium, ab ipſis etiam *paradoxa* appellantur, *Parad.*
* *Paralogiſmus, i:* captio, onis.
Paratus, a, um, ior, ſſimus: paratè, paratiùs. (V. *App.*)

Parens, tis: *pater & mater unà, & diſtinctè pater, vel mater.* (V. *App.*)
Parentalia, orum: *juſta & convivia funebria.* parentalia cum ſupplicationibus...
Pariter: ſimul, ſimiliter, æqualiter, æquè, viciſſim. (V. *App.*) pariter cum (*pro, ſimul.*)
* *Parochia:* Parœcia.
Parochus, i: *publicus curator miniſterque, qui peregrinis Reip. nomine munera atque alia neceſſaria procurabat.*
Pars, tis: *forma, ſpecies, membra, portio, regio, locus, officium, munus.* (V. *App.*)
* Pars *communis aut ſpecialis.* (Vide 2. *Rhet.* 47.)
* Partes *Phyſicæ*, membra: *Metaphyſicæ partes*, formæ... definitiones aliæ ſunt partitionum, aliæ diviſionum: partitionum, cùm res ea quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur &c... diviſionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ ſub eo genere ſunt, quod definitur, *Top.* 28.
* Partes *integrantes*, (quæ ad integritatem totius rei pertinent) membra, vel quaſi membra.
* Partes *potentiales*, pars, quæ ſubeſt generi, aut ad genus facilè reducitur: quæ cum genere cognationem habent; partes ſubjectæ.
* Partes *in infinitum diviſibiles:* partes, quæ infinitè ſecari ac dividi poſſint, cùm nihil ſit omninò in rerum naturâ, quod dividi nequeat... dividuæ partes, (opp.) individuus, individua, orum.
* *Partialis:* partium ſtudiis abreptus, alicui parti favens.
Particeps, is: *conſors, ſocius, non expers, compos.* (V. *App.*)

Par-

Participo, are: *participem fieri*, *partem capere*, *communicare*. ſequitur igitur ad participandum alium ab alio communicandumque inter omnes, juſtos naturâ nos eſſe factos, 1. *de Leg*. 33.

Particula, æ: *articulus*, *appendicula*. (V. *App*.)

* *Particularis*, *e:* in parte, aliqua ex parte, præcipuus, ſingularis, proprius.

* *Particulariter:* præcipuè, ſeorſim, nominatim, vel aliquâ ex parte.

* *Particulatim:* articulatim, membratim, diſtinctè.

Partim &c. partim &c. *id eſt*, *alii &c. alii: alia, alia: quædam & quædam*. (V. *App*.) *& cave ne cum imperitis uſurpes hoc verbum*, partim, *pro his vocibus:* aliquâ ex parte, ex quâdam parte &c. ex alterâ autem parte &c... magnâ autem ex parte... majore ex parte... maximâ ex parte, ex aliquâ parte, ex parte, ex parte quâdam... ſi ullâ ex parte, (opp.) neque ullâ ex parte.

Partior, iri: *divido*, *partio*, *partitionem facio*, *communico*. (V. *App*.)

Partitio, onis. (V. *cap*. 7. §. 2. *pag*. 49. & *Top*. 28. 29. 30. & 1. *Rhet*. 31. 32. 33.

Parvi facio, (*Plaut*.) in parvis vel minimis pono, nullo loco habeo, puto: parvi eſſe ducendum.

Paſcuum, i, (*Varro*) paſcua, orum: paſtus pecudum.

Paſſim, *diſperſè*, *ubique*, *undique*, *ſine ordine*.

Paſſus, a, um: *apertus*. velis paſſis... paſſis palmis. (V. *App*.)

* *Paſſio*, *onis:* perturbatio, permotio, affectio, animi dolor.

* *Paſſivus*, *a*, *um:* patibilis, *vel* accipiendi & quaſi patiendi vim habens; in ſe omnia (*vel aliquid*) recipiens, (opp.) efficientiam naturalem in ſe cohibens, ſeu efficiendi vim habens.

Patefacio, ere: *in lucem profero*, *divulgo*, *aperio*.

Patella, æ, Gallicè, *patene*.

Pateo, ere: *apertus ſum*. latè patet... latiſſimè patet... latiùs patet... locus longè latéque patens.. *item*, patet *pro* conſtat. (V. *App*.)

Pater, tris: *parens*, *generator*, *genitor*, *procreator*, *ſator*, *educator*, *altor*. (V. *App*.) majores noſtri, patres majoreſque noſtri, apud patres noſtros, patrum noſtrorum ætas...

* *Patheticus*, *a*, *um:* quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi & concitantur, *Or*. 128. (quod in commovendis & excitandis animis verſatur.)

* *Pathicus* puer emptus libidinis cauſâ, puer meritorius, qui turpiter patitur.

* *Patibilis qualitas:* qualitas afficiens.

Patior, pati: *fero*, *ſuffero*, *tolero*, *ſuſtineo*. (V. *App*. accipere *etiam pro* pati *à Cicerone uſurpatur*) accipiendi & quaſi patiendi vim habens...

Patria, æ. (V. *App*.)

* *Patrocinatus jus:* jus vocandi Sacerdotem.

Patrocinor, ari, (*Quintil*.) Patronus ſum, adſum pro aliquo cauſis, præſto ſum.

Pauperies, (*Terent*. *Horat*.) paupertas.

Pax, cis: *concordia*, *otium*, *quies*, *tranquillitas*, *compoſitio*.

* *Peccator*, *oris:* peccans, delinquens, vitiis atque erroribus obnoxius, ad ma-

malum proclivis; vitiis, voluptatibus, libidini deditus, homo flagitioſiſſimus, libidinoſiſſimus, nequiſſimus...

Peccatum, i: *delictum*, *erratum*, *crimen*, *culpa*, *error*, *vitium*, *noxa*, *noxia*, *flagitium*, *maleficium*, *malefacta*, *pravus actus*, *animi labes*, (opp.) rectè factum, rectè facta... præter culpam & peccatum homini accidere nihil poteſt, quod ſit horribile & pertimeſcendum, *Ep. l.* 5. *ep.* 20. ſimus igitur eà mente, ut nihil in vitâ nobis præſtandum præter culpam putemus, *Ep. l.* 6. *ep.* 1. vacare culpâ magnum eſt ſolatium... malè meritis referre quod debeas... vir ſapiens confiteri peccatum ſuum maluit, quàm &c. 2. *de Nat.* 11. decem annorum peccata recordans... quot in uno facto peccatorum gradus... multitudo iſtius vitiorum peccatorumque... vitioſa & flagitioſa vita... corrigere errorem pœnitendo, *Acad.*... in culpâ eſſe... hujus rei culpa in te reſidet... nullam aliam ob culpam, niſi propter &c... culpam committere... ſi qua culpa commiſſa eſt... agnovi erratum meum... peterem veniam errato... caſtigare ob meritam noxiam, pro commeritâ noxiâ, (*Plaut.*) vitiis & ſceleribus contaminari... concipere vitium... in libidine eſſe peccatum eſt etiam ſine effectu, 3. *de Fin.* 32. ſupplicium eſt pœna peccati, *in Piſo.*

* Peccati *reatus*, culpa, ipſa culpa, crimen, erratum, peccatum.

* Peccati *pœnalitas*, *pœnalitates*: culpæ pœna... pœnas dare, pendere, quæ ſunt hominum ſceleri à deo conſtitutæ,.. pœnæ quæ ob delicta commiſſa repetuntur, quas deus à ſceleratis repetit, ſumit... cæteris in rebus in quibus peccata non maxima inſunt, noxias tamen inferunt, *Hortenſ.* (ſuperſtites & permanentes pœnæ.)

* Peccatum *originale*: (Vide *retro*, Originalis, e.)

* Peccatum *habituale*, labes ignominiaque, vel macula, peccati commiſſi in animo reſidens, inhærens... animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec ullis manibus elui poteſt, 2. *de Leg.* 24.

* Peccatum *actuale*, culpa, crimen, ſcelus, erratum, delictum, peccatum, commiſſum facinus & admiſſum dedecus, commiſſa maleficia, culpa commiſſa... ſi qua culpa commiſſa eſt...

* Peccatum *mortale*, grave, mortiferum & ſempiternâ pœnâ dignum, magna crimina, crimen maximi ſceleris, tanti maleficii crimen, nefarium crimen & fraus capitalis, facinus, ſceleſtum ac nefarium facinus, tetrum facinus, facinus ſceleris & perfidiæ, facinora capitalia.

* Peccatum *veniale*, parva delicta, leve delictum, levis culpa, minimæ noxæ & leviora peccata... quæ autem parva videntur eſſe delicta, ab iis eſt diligentiùs declinandum, 1. *Off.* 145. tolerabile erratum...

* Peccatum *malitiæ*, ex malitiâ atque nequitiâ, per malitiam atque nequitiam, perfidia & malitia, per ſummam fraudem & malitiam... ad omnem malitiam & fraudem mentem ſuam verſare... homo ſingulari nequitiâ præditus...

Digitized by Google

* Peccatum *fragilitatis*, *ſeu infirmitatis*. peccatum imbecillitatis & inconſtantiæ, 2. *de Fin.*

* Peccatum *ignorantiæ*: per errorem, propter errorem atque inſcitiam, per ignorantiam, propter ignorantiam, per imprudentiam, imprudenter, inſcienter... lapſus eſt per errorem... neſcio qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri... quod ſæpè per imprudentiam fit...

* Peccatum *commiſſionis*: commiſſum facinus, admiſſum peccatum, culpa commiſſa.

* Peccatum *omiſſionis*: officium prætermiſſum, culpa negligentiæ... officium prætermiſſum imprudentiæ vel negligentiæ excuſatione defenditur, *pro A. Gabin.*

* Peccatum *excuſabile*: tolerabile delictum... peccatum imbecillitatis & inconſtantiæ... erratum quod imprudentiæ vel negligentiæ excuſatione defenditur.... (Vide, *Peccatum veniale.*)

* Peccati *remiſſio*: liberatio culpæ, errati venia... cùm à te non ſolùm liberationem culpæ, ſed errati veniam impetraviſſent, *pro Ligar.* eaque errata expiantur, *de Ar.* 23. eximere aliquem à culpâ... quæ violata ſunt expiari, expiabuntur. (Vide, *Expior*, in *App.*) animadverſionem & ſupplicium remittere & condonare...

* Peccatum *irremiſſibile*. cui errato nulla venia, 2. *cont. Rull.* 5. ſacrum commiſſum, quod expiari non poterit, impiè commiſſum eſto: quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto, 2. *de Leg.* 12. inexpiabile ſcelus.

Pecco, are. (V. *App.*) atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem ferè peccat, 1. *de Nat.* Empedocles multa alia peccat... non multa peccas, inquit ille... quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis, *Parad.* 3.

Pecunia, æ: *nummi*, *æs*, *fortuna*, *patrimonium*, *denarii*. pecunia omnium dignitatem exæquat, *Att. l.* 9. *ep.* 14.

Pendeo, ere: *ſuſpenſus ſum*, *orior*, *proficiſcor*, *hæreo*. (V. *App.*)

Penſio, onis: *merces*, *vectigal*.

* *Penſionarius*, *ii*: vectigalis, aut cui penſio ſolvenda eſt, ſeu qui aliquam penſionem exigendi jus habet...

Penſum, i: *quod pendi debet*, *munus*.

* *Penultimus*, *a*, *um*: ſuperior, proximus ante extremum.

Per. (V. *App.*)

* *Per accidens*: temerè, caſu, fortuitò.

Per ſe: ſuâ vi, ſuâ naturâ, ſuâ ſponte, ſuâpte vi, ſuâpte naturâ, inſitâ vi: tum ipſa propter ſeſe... ipſa per ſeſe... per ſe ipſe, ipſe per ſeſe...

Perceptio, onis: collectio, comprehenſio (*quam apprehenſionem mentis Scholaſtici vocant.*) perceptio, quam κατάληψιν Græci vocant, 4. *Acad.* 17.

Percipio, ere: capio, colligo, intelligo, aſſequor... cognoſcere & percipere aliquid... aliquid percipere animo & memoriâ cuſtodire...

* *Percuſſura*, *æ*: percuſſio.

Perduellio, onis: *crimen imminutæ majeſtatis*. (V. *App.*)

* *Peremptorius dies*: à Prætore dies dictus.

* *Peremptorium argumentum*: firmiſſima

ma ratio, validiſſimum argumentum, firmamentum.

Perfectè, *abſolutè*, *plenè*, *cumulatè*, *ex toto*. perfectè abſolutus. (V. *App.*)

Perfectio, onis: *expletio*, *abſolutio*. in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque abſolutio, *de cl.* 137.

* *Perfectionaliter:* perfectè, accuratè.

Perfector ac magiſter.

Perfectus, a, um. illud cui nihil addi poſſit, quod ego ſummum & perfectiſſimum judico, *Orat.* 3. nihil ſimplici genere omni ex parte perfectum natura expolivit, 2. *Rhet.* 3. quod undique aptum atque perfectum expletumque ſit omnibus ſuis numeris & partibus, 2. *de Nat.* 37. perfectus & abſolutus... perfectus completuſque... ſummus atque perfectus imperator... perfecta cumulataque virtus... expleta & perfecta forma honeſtatis... omnia præclara, rara; nec quidquam difficilius eſt quàm reperire, quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum, *de Amic.* 81. quod perfectum atque abſolutum eſt, omnes numeros habet, 3. *Off.* 14.

Perficio, ere. (V. *App.*)

Perfuga, æ: *transfuga*.

Perfugium, ii: *portus*, *præſidium*. commune perfugium... perfugium & præſidium ſalutis Reip... perfugium ac ſolatium...

Periodus, i: *ambitus*, *circuitus*. (V. *App.*)

Peripateticus, a, um. (V. *App.*)

Peritus, a, um, ſſimus. (V. *App.*)

Perjurium, ii: perjurus, ſſimus. (V. *App.*)

Perjuro, are, (*Horat.*) pejero.

* *Permingo*, *ere:* urinâ adſpergo.

Permiſſio, onis: permiſſus, ûs, licentia, conceſſus. (V. *App.*)

Permitto, ere: permittere poteſtati &c. (V. *App.*)

Permotio, onis: *motus*, *perturbatio*.

Pernego, are: *prorsùs nego*.

* *Pernicialiter:* perniciosè.

Pernicies, ei: *exitium*, *peſtis*, *labes*, *calamitas*. (V. *App.*)

Peroratio, *concluſio*, *epilogus*. (V. *App.*)

Peroro, are: *pronuncio*, *concludo*.

Perpendiculum, i.

* *Perpendiculariter:* ad perpendiculum, rectis lineis, ad pares angulos...

Perpetuitas, tis: *perennitas*, *diuturnitas*, *continuatio*: *immortalitas*.

Perpetuò, *in perpetuum*, *ſine intermiſſione*.

Perpetuo, are: *continuo*, *are*.

Perpetuus, a, um: *perennis*, *conſtans*, *æternus*, *vel ſempiternus*. (V. *App.*)

Perſcribo, ere: *refero*, *in tabulas publicas refero*, *ſcribo*. (V. *App.*)

Perſcriptio, onis. legis perſcriptio... (quod perſcribitur in tabulis.)

Perſequor, i. (V. *App.*)

Perſequutio, onis: (*in Jure Civili*, *actiones; non autem pro afflictione aut pro vexatione ſumitur.*)

Perſeverantia, æ: *aſſiduitas*, *conſtantia*. (V. *App.*)

Perſevero, are: *perſiſto*, *permaneo*, *perſto*.

Perſona, æ: *eſt ea proprietas*, *quâ homo differt ab altero homine iis in rebus quæ attributa ſingulis perſonis dicuntur; item munus*, *partes*, *homo*, *hominis conditio*.

Perſpectus, a, um, ſſimus: *certus*, *cognitus*, *exploratus*.

Perſpicacitas, *ſolertia*, *acumen*.

Digitized by Google

Perſpicientia veri, 1. *Off.* 15.
Perſpicio, ere: *animadverto.*
Perſpicuè: *manifeſtè, apertè, dilucidè.*
Perſpicuitas, tis: *evidentia.* (Vide *cap.* 9. §. 6. *pag.* 77. *de perſpicuitate & evidentiâ.*)
Perſuadeo, ere. (V. *App.*)
Perſuaſio, onis: perſuaſus, ûs. (V. *App.*)
Pertinacia, *obſtinatio, pervicacia, contumacia.*
Pertinaciter, cum pertinaciâ.
Pertinax, acis: *obfirmatus, obſtinatus, contumax.*
Pertinens, tis: *attingens, penetrans.* (V. *App.*)
Pertineo, ere: *permeo, penetro, attingo, pervenio, extendor.* (V. *App.*)
Pertinet, ebat: *attinet, ſpectat, attingit &c.* (V. *App.*)
Pertingo, (*Cic. Plin. Lucret.*) pertineo; penetro.
Pertranſeo, (*Plin.*) permeo, tranſeo.
Perturbatio, onis: *affectio animi, motus animi turbidus.* (Vide *cap.* 9. §. 13. *pag.* 107. *de perturbationibus animi.*
Pervagatus, a, um: *divulgatus, pervulgatus.* (V. *App.*)
Pervenio, ire: *devenio, pertineo, mano, permano, perducor, accedo.* (V. *App.*)
Perversè, *perperam, præpoſterè.* multi deorum beneficio perversè utuntur, 3. *de Nat.* 70. perversè abuti aliquâ re... perversè dicere.
Peſſundo, are, (*Terent. Ovid.*) obtero, protero, perdo.
Peſtiferus, a, um, (*Celſ.*) peſtifer, perniciofus. peſtiferè & perniciosè...
* *Phantaſticus*, opinioſus, fanaticus.
* *Philoſophaſter:* minutus Philoſophus.
Philoſophia, æ. (Vide *cap.* I. *de Philoſophiâ*; & *App.*)
Philoſophor, ari: *Philoſophiam colo.*
Philoſophus, i. (V. *App.*) ut antiquis Philoſophis hiſque maximis & clariſſimis placuit, *Hortenſ.* minuti Philoſophi, minorum gentium, plebeji.
* *Phlebotomo, are:* ſanguinem mitto: venam ſeco.
* *Phlegma*, pituita.
* *Phlegmaticus:* pituitoſus, cui pituita moleſta eſt.
Phraſis, (*Quintil.*) verba conjuncta.
Phyſica, æ: *explicatio naturæ.* (V. *App.*)
Phyſica, orum: *res Phyſicæ, hoc eſt, naturales.*
Phyſicè, *Phyſicorum more, acutè de naturâ.* quæ à te phyſicè dicta ſunt, 3. *de Nat.* 18. & 1. *de Divin.* 26. (*ſi qua cauſa agitur*, efficienter, *pro*, phyſicè, *uſurpandum eſt.*)
Phyſicus, a, um. (V. *App.*)
* *Phyſiognomus:* Phyſiognomon, *Cic.*
Phyſiologia, æ: *naturæ ratio.*
* *Pica*, pro abſurdo prægnantium appetitu, malacia.
* *Pinnaculum:* pinnæ, arum.
* *Piſcatio, onis:* piſcatus, ûs.
Pius, a, um, piiſſimus: *qui pietatem colit.* deos piorum & impiorum habere rationem, 2. *de Leg.* 15.
Placeo, ere, placet, placitum eſt &c. (V. *App.*)
* *Placere deo:* deo gratum & acceptum eſſe, fieri, reddi... ſatisfacere deo piè & caſtè... homo apud deum gratioſus, deo charus & acceptus... qui cum fide & juſtè vixerint &c.
Placitum, i: placita Philoſophorum.

Plan-

Digitized by Google

Planctus, ûs, (*Lucanus.*) plangor, oris: fœmineus plangor... plangore & lamentatione complevimus forum.

Planè, iùs, ſſimè: *clarè*, *apertè*, *omninò*, *funditùs*. (V. *App.*)

Planetæ, arum: *inerrantes ſtellæ ſeptem:* Planeta *in ſingulari numero à Cicerone non uſurpatur:* hoc eſt, aſtrum vel ſtella errans, ſtella vaga, ſidus errans.

* *Planitudo*, *inis*: planicies, æquor.

Planto, are, (*Plin.*) ſero arbores, ſemina, ſtirpes, facio olivetum, inſtituo vineam.

* *Plauſibiliter:* cum applauſu.

Plenè, *planè*, *perfectè*, *cumulatè*.

Plenitudo, (*Plin.*) magnitudo, plenum eſſe.

Plenus, a, um, ior, ſſimus: plenum & inane. (V. *App.*)

Plerique, pleræque, pleraque. (V. *App.*)

Plerumque, *magnâ vel majore ex parte*, *perſæpè ferè*. (V. *App.*)

* *Pleureſis:* pleuritis, lateris dolor.

Plico, are, (*Lucret.*) complico.

Plurimùm, *multùm:* quamplurimùm. (V. *App.*)

Plus, ris: plures, plura. (V. *App.*)

Podager, (*Claud.*) qui dolore podagræ ardet, doloribus podagræ cruciatus, podagricus.

Poëma: *Poëtæ opus verſuum multitudine conſtans.* (V. *App.*)

Pœna, æ. (V. *App.*)

Pœnitens, tis. optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii, 12. *in A.* 6.

Pœnitenter, (*Minuc. Felix.*) cujus aliquem pœniteat.

Pœnitentia, æ, (*Plin. Liv.*) mutatio conſilii... confiteri peccatum ſuum... petere veniam errato... (una ex naufragio tabula) agnovi erratum meum... tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, ut non ſolùm animus à factis, ſed aures quoque à commemoratione abhorreant, *Epiſt. l.* 16. *ep.* 21. tanta vis fuit pœnitendi, 4. *Tuſc.* 79. commiſſum quod expiari poterit, publici ſacerdotes expianto, 2. *de Leg.* 12.

Pœnitet. (V. *App.*) quod ſi eſt erratum ſpe falsâ atque fallaci, redeamus in viam. optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii, 12. *in A.* 6.

Poëſis, is: poëma.

* *Poëtis*, *poëtris:* poëtria.

Pondero, are: *pendo*, *appendo*, *expendo*, *examino*, *æſtimo*. (V. *App.*)

* *Ponderoſitas:* gravitas.

Pondo, *mina*, *quam alii libram vocant:* auri pondo centum, auri quinque pondo, pondo decem.

Pondus, eris: *gravitas*, *momentum*, *vis*, *auctoritas*. perſona non qualiſcumque teſtimonii pondus habet, *Top.* 73. non enim numero hæc judicantur, ſed pondere...

Pono, ere: *propono*, *depono*, *adhibeo*, *adjicio*, *conſumo*, *pro certo ſtatuo*, *figo*, *repono*. (V. *App.*) Ponamus &c... ſed primum poſitum ſit &c. exempli causâ ponatur aliquid, quod &c... in primis autem conſtituendum eſt &c.

Pontifex, icis: antiſtes cæremoniarum & ſacrorum, auctor & magiſter publicæ religionis, qui publicis ſacerdotiis præeſt, qui ſacris præeſt, ſacerdos populi Romani, antiſtes deorum immortalium (*Dei im-*

immortalis) antiſtes ſacrorum. . . Pontifices minores...

Pontifex maximus. (*ſummus Pontifex*, *ſupremus Vicarius Chriſti in terris*, *B. Petri in Romanâ ſede ſucceſſor*, *ſummus rector & magiſter publicæ religionis*, *primarius antiſtes ſacrorum*, *fidiſſimus internuncius & interpres divinæ voluntatis: veridicus tutuſque interpres divinorum oraculorum*, *divinæ mentis*.) Rex ſacrorum, *pro Dom.* 38. & *de Aruſp.* 12. ſacerdotem maximum creari oportet, 4. *in V.* 128. ampliſſimo ſacerdotio præditus, 1. *de Divin.* 89. & 2. *in Ant.* 80. & *de Sen.* 61. comitia pontificis maximi, 3. *de Orat.*

Pontificalis, e. ſi pontificalis maneret auctoritas, 2. *de Leg.* 52.

Pontificalis compoſitio juris, *ibid.* 55. jus pontificale, *ibid.* 57.

Pontificatus, ûs: *ſacerdotium*, *ampliſſimum ſacerdotium.*

Pontificius, a, um: *Pontificalis*, *e*: jus pontificium, pontificio jure, jure pontificio.

* *Populoſus*, frequens.

* *Portarius*, janitor.

Portentum, i: *monſtrum*, *prodigium*, *miraculum.*

Portio, onis: *pars:* pro portione, pro ratâ portione.

Portitor, oris: *publicanus exigendis portoriis præfectus.* (V. *App.*)

Portorium, ii: *vectigal quod in portu exigitur.*

Poſitus, a, um. (V. *App.*)

Poſſeſſio, onis: poſſeſſor, oris: poſſideo, ere. (V. *App.*)

* *Poſſibile*, *poſſibilia*, *ium:* quod fieri poteſt, poteſt fieri, quod fit in multis quæſtionibus, ut &c. poteſt fieri ut fallar... quod in noſtram poteſtatem cadit. V. *Impoſſibile.*

* *Poſſibilitas*, *atis:* facultas, vires, vis, *aut* eſſe poſſe, fieri poſſe.

Poſſum, poſſe. (V. *App.*)

Poſteri, orum: *nepotes*, *qui inferioris ſunt ætatis.* Poſteri noſtri, apud poſteros noſtros, poſteris noſtris... poſteritas &c.

Poſterior, oris: (opp.) ſuperior, prior. (V. *App.*)

Poſteritas, atis: *poſteri.* optimus quiſque poſteritati maximè ſervit... 1. *Tuſc.* 35. (V. *App.*)

Poſteriùs, *poſtea.*

Poſterus, a, um: *conſequens ratione temporis.* (V. *App.*)

* *Poſthabeo:* adſpernor, contemno.

Poſthac, poſthæc. (V. *App.*)

* *Poſtilla*, *æ:* Commentarius Euangelicus.

Poſtremò, poſtremùm. (V. *App.*)

Poſtremus, a, um: *ultimus*, *extremus*, *noviſſimus.*

Poſtulatum, i: poſtulatio, onis. (V. *App.*) poſtulata Geometrarum...

Potens, ſſimus. (V. *App.*)

Potentia, æ: *poteſtas*, *vis*, *opes*, *magnæ opes.* (V. *App.*)

* *Potentia*, *æ:* (*pro facultate*) facultas, vis... facultates, ſeu virtutes animi (ne dicas, *potentiæ animæ.*)

* *Potentia activa:* vis, virtus; quod movendi & efficiendi vim habet, ſeu efficientiam in ſe cohibet; vis vitalis, cauſa efficiens, conficiens.

* *Potentia paſſiva*, quod accipiendi & quaſi patiendi vim habet, quod poteſt eſſe vel fieri... cùmque omne animal patibilem habeat naturam, 3. *de Nat.* 29.

* *Potentiâ eſſe*, *vel eſſe in potentiâ:* eſſe poſſe, fieri poſſe.

Po-

Digitized by Google

Poteſtas, tis: *poteſtatem dare, tradere, permittere, facere, concedere, habere poteſtatem, in poteſtate eſſe, poteſtatem eſſe.* (V. *App.*)

**Poto*, pro potum præbeo, ſignificat enim bibere.

**Practica, æ:* uſus, experientia, aſſiduus uſus, uni rei deditus.

Practicus, a, um, (*Quintil.*) experiens, uſu peritus, agitatus, exercitatus, magnum uſum habens, rerum varietate atque uſu ipſo perdoctus, vel quod in actione verſatur.

**Practica ſcientia, ars, quæſtio:* quæ in actione verſatur, vel cujus finis eſt actio... quæſtionum autem quâcumque de re ſint, duo ſunt genera; unum *cognitionis;* alterum *actionis.* cognitionis ſunt hæ quarum finis eſt ſcientia &c. *Top.* aut enim ſcientiâ cernitur virtus, aut actione, *Partit.* atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo, *ibid.*

Præ. (V. *App.*)

**Præcedens*, antecedens, præcurrens, antegreſſus, præpoſitus, antepoſitus.

Præcedo, ere, (*Virg. Plaut.*) antecedo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteverto.

Præceptio, onis. itaque propria eſt ea præceptio Stoïcorum, 1. *Off.* 6. verumtamen ut quædam præceptio detur hujus quoque partis, 1. *Rhet.*

Præceptor, oris: *doctor.* artium liberalium magiſtri & vivendi præceptores, 1. *Rhet.* 35. ſapientiâ præceptrice &c.

Præceptum, i: *monitum, admonitio, inſtitutum, juſſum, via, ratio.* Ariſtoteles tradidit plurima præcepta differendi... qui dicendi præcepta tradunt... dare præcepta de aliquâ re... præcepta & quaſi vias, quæ ad eloquentiam ferant, tradere... te abundare oportet præceptis inſtitutiſque Philoſophiæ... communia & contrita præcepta... habeo communia præcepta fidem faciendi & commovendi... ſunt igitur Aſtrologorum præcepta hujuſmodi... extremum autem præceptum in &c. eſt, ne quid &c.

Præcipio, ere: *mando, præcepta do, antecapio.* (V. *App.*) ut rectè præcipere videantur, qui monent &c.

Præcipuè: *potiſſimùm, vel maximè, propriè:* (opp.) *communiter, univerſè.*

Præcipuus, a, um: *peculiaris, proprius.*

Præcisè, *breviter, ſimpliciter:* præcisè dicitur, præcisè negavi.

**Præciſio, onis: vel abſtractio per mentem, à Scholaſticis dicitur, cùm mente & cogitatione diſtinguimus, quæ reverà copulata ſunt. quod quidem fit ſevocatâ mente, ſevocato animo ab aliquâ parte, ut ad unam tantùm animum attendamus, quæ cogitatione ſejungitur ab alterâ, vel à re, in quâ ineſt...*

Præconium, ii: *ars præconis, laudatio.*

Præcordia, orum: *jecur:* in præcordiis, *hoc eſt, in animo.*

Præcurrentia, ium: *antecedentia.* ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus, 2. *de Orat.* 170.

Præcurro, ere: *anteeo, antecedo, ſupero.* (V. *App.*)

Præcurſio, onis: *anteceſſio.* non fieri aſſenſiones ſine præcurſione viſorum, *de Fato* 44.

**Præ-*

immortalis) antiſtes ſacrorum. . . Pontifices minores...

Pontifex maximus. (*ſummus Pontifex, ſupremus Vicarius Chriſti in terris, B. Petri in Romanâ ſede ſucceſſor, ſummus rector & magiſter publicæ religionis, primarius antiſtes ſacrorum, fidiſſimus internuncius & interpres divinæ voluntatis: veridicus tutuſque interpres divinorum oraculorum, divinæ mentis.*) Rex ſacrorum, *pro Dom.* 38. & *de Aruſp.* 12. ſacerdotem maximum creari oportet, 4. *in V.* 128. ampliſſimo ſacerdotio præditus, 1. *de Divin.* 89. & 2. *in Ant.* 80. & *de Sen.* 61. comitia pontificis maximi, 3. *de Orat.*

Pontificalis, e. ſi pontificalis maneret auctoritas, 2. *de Leg.* 52.

Pontificalis compoſitio juris, *ibid.* 55. jus pontificale, *ibid.* 57.

Pontificatus, ûs: *ſacerdotium, ampliſſimum ſacerdotium.*

Pontificius, a, um: *Pontificalis, e*: jus pontificium, pontificio jure, jure pontificio.

* *Populoſus*, frequens.

* *Portarius*, janitor.

Portentum, i: *monſtrum, prodigium, miraculum.*

Portio, onis: *pars*: pro portione, pro ratâ portione.

Portitor, oris: *publicanus exigendis portoriis præfectus.* (V. *App.*)

Portorium, ii: *vectigal quod in portu exigitur.*

Poſitus, a, um. (V. *App.*)

Poſſeſſio, onis: poſſeſſor, oris: poſſideo, ere. (V. *App.*)

* *Poſſibile, poſſibilia, ium*: quod fieri poteſt, poteſt fieri, quod fit in multis quæſtionibus, ut &c. poteſt fieri ut fallar... quod in noſtram poteſtatem cadit. V. *Impoſſibile.*

* *Poſſibilitas, atis*: facultas, vires, vis, *aut* eſſe poſſe, fieri poſſe.

Poſſum, poſſe. (V. *App.*)

Poſteri, orum: *nepotes, qui inferioris ſunt ætatis.* Poſteri noſtri, apud poſteros noſtros, poſteris noſtris... poſteritas &c.

Poſterior, oris: (opp.) ſuperior, prior. (V. *App.*)

Poſteritas, atis: *poſteri.* optimus quiſque poſteritati maximè ſervit... 1. *Tuſc.* 35. (V. *App.*)

Poſteriùs, *poſtea.*

Poſterus, a, um: *conſequens ratione temporis.* (V. *App.*)

* *Poſthabeo*: adſpernor, contemno.

Poſthac, poſthæc. (V. *App.*)

* *Poſtilla, æ*: Commentarius Euangelicus.

Poſtremò, poſtremùm. (V. *App.*)

Poſtremus, a, um: *ultimus, extremus, noviſſimus.*

Poſtulatum, i: poſtulatio, onis. (V. *App.*) poſtulata Geometrarum...

Potens, ſſimus. (V. *App.*)

Potentia, æ: *poteſtas, vis, opes, magnæ opes.* (V. *App.*)

* *Potentia, æ*: (*pro facultate*) facultas, vis... facultates, ſeu virtutes animi (ne dicas, *potentiæ animæ.*)

* *Potentia activa*: vis, virtus; quod movendi & efficiendi vim habet, ſeu efficientiam in ſe cohibet; vis vitalis, cauſa efficiens, conficiens.

* *Potentia paſſiva*, quod accipiendi & quaſi patiendi vim habet, quod poteſt eſſe vel fieri... cùmque omne animal patibilem habeat naturam, 3. *de Nat.* 29.

* *Potentiâ eſſe, vel eſſe in potentiâ*: eſſe poſſe, fieri poſſe.

Po-

Digitized by Google

Poteſtas, tis: *poteſtatem dare, tradere, permittere, facere, concedere, habere poteſtatem, in poteſtate eſſe, poteſtatem eſſe.* (V. *App.*)

**Poto*, pro potum præbeo, ſignificat enim bibere.

**Practica*, *æ:* uſus, experientia, aſſiduus uſus, uni rei deditus.

Practicus, a, um, (*Quintil.*) experiens, uſu peritus, agitatus, exercitatus, magnum uſum habens, rerum varietate atque uſu ipſo perdoctus, vel quod in actione verſatur.

**Practica ſcientia, ars, quæſtio:* quæ in actione verſatur, vel cujus finis eſt actio... quæſtionum autem quâcumque de re ſint, duo ſunt genera; unum *cognitionis;* alterum *actionis*. cognitionis ſunt hæ quarum finis eſt ſcientia &c. *Top.* aut enim ſcientiâ cernitur virtus, aut actione, *Partit.* atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo, *ibid.*

Præ. (V. *App.*)

**Præcedens*, antecedens, præcurrens, antegreſſus, præpoſitus, antepoſitus.

Præcedo, ere, (*Virg. Plaut.*) antecedo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteverto.

Præceptio, onis. itaque propria eſt ea præceptio Stoïcorum, 1. *Off.* 6. verumtamen ut quædam præceptio detur hujus quoque partis, 1. *Rhet.*

Præceptor, oris: *doctor*. artium liberalium magiſtri & vivendi præceptores, 1. *Rhet.* 35. ſapientiâ præceptrice &c.

Præceptum, i: *monitum, admonitio, inſtitutum, juſſum, via, ratio.* Ariſtoteles tradidit plurima præcepta differendi... qui dicendi præcepta tradunt... dare præcepta de aliquâ re... præcepta & quaſi vias, quæ ad eloquentiam ferant, tradere... te abundare oportet præceptis inſtitutiſque Philoſophiæ... communia & contrita præcepta... habeo communia præcepta fidem faciendi & commovendi... ſunt igitur Aſtrologorum præcepta hujuſmodi... extremum autem præceptum in &c. eſt, ne quid &c.

Præcipio, ere: *mando, præcepta do, antecapio.* (V. *App.*) ut rectè præcipere videantur, qui monent &c.

Præcipuè: *potiſſimùm, vel maximè, propriè:* (opp.) *communiter, univerſè.*

Præcipuus, a, um: *peculiaris, proprius.*

Præcisè, *breviter, ſimpliciter:* præcisè dicitur, præcisè negavi.

**Præciſio*, *onis: vel abſtractio per mentem, à Scholaſticis dicitur, cùm mente & cogitatione diſtinguimus, quæ reverà copulata ſunt. quod quidem fit ſevocatâ mente, ſevocato animo ab aliquâ parte, ut ad unam tantùm animum attendamus, quæ cogitatione ſejungitur ab alterâ, vel à re, in quâ ineſt...*

Præconium, ii: *ars præconis, laudatio.*

Præcordia, orum: *jecur:* in præcordiis, *hoc eſt, in animo.*

Præcurrentia, ium: *antecedentia.* ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus, 2. *de Orat.* 170.

Præcurro, ere: *anteeo, antecedo, ſupero.* (V. *App.*)

Præcurſio, onis: *anteceſſio.* non fieri aſſenſiones ſine præcurſione viſorum, *de Fato* 44.

* *Prædeceſſores*, ſuperiores, majores, Patres noſtri, Priſci, orum.

* *Prædeſtinatio*, *onis*: fatum, (conſilium quo Deus ſingula deſignat, decernit, deſtinat ab æterno ſeu longè antequam eveniant.)

* *Prædeſtinatus*, *a*, *um*: quæ à Deo conſtituta & deſignata ſunt.

* *Prædeſtinat Deus*, conſilio ſuo deſignat.

* *Prædeſtinati*, *orum*: divino conſilio deſignati, deſtinati, electi.

Prædicatio, onis: *celebratio*, *commemoratio*.

Prædicator, oris: *laudator*, *præco*.

Prædico, are: celebro, dico, commemoro: dici de aliquo, *idem* eſt quod ajunt, *prædicari de aliquo*.

* *Prædicatum*, *i*: *prædicamenta*, *orum*: quæ dicuntur de quodam aut quibuſdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant, 4. *Tuſc.* 21. ſumma rerum genera...

Prædicere, o. (V. *App.*)

Prædictio, onis: *prædictum*, *prædicta*, *orum*, *divinatio*, *ſignificatio*, *vaticinatio*, *præſenſio*.

Præditus, a, um: *ornatus*, *inſtructus*. (V. *App.*)

Præfari: *præloqui*.

Præfatio, onis: *exordium*.

* *Præfatus*, *a*, *um*: dictus, de quo dixi.

Præfectura, æ: *locus in quo jus dicebatur & nundinæ agebantur*, *item regio in quâ præfecti jus dicebant*.

Præfectus, i: *præpoſitus*.

Præfero, *antefero*, *præ me fero*; *antepono*.

Præficio, ere: *præpono*.

Præfinio, præſcribo, præſtituo.

Præfoco, ſuffoco.

Præfractè, *pertinaciter*.

* *Præinſtitutus*, priùs ab alio inſtitutus.

Præjudicatus, a, um. primum poſtulo, id quod æquiſſimum eſt; ut ne quid huc præjudicati afferatis, *pro Clu.* 6. tantùm opinio præjudicata poterat, ut etiam ſine ratione valeret auctoritas, 1. *de Nat.* 10. præjudicata res... res ſemel atque iterùm præjudicata...

Præjudicium, ii: *judicii conceptum ſpecimen*, *quod ante ſtatum futuri judicii tanquam exemplar ſit*. (opp.) judicium: (*judicia temerè facta & ſine conſideratione*, Gallicè, *préjugés*, *non* præjudicium *à Cicerone vocantur*, *ſed* opinio præjudicata, aliquid temere præjudicatum.

* *Præjudicia habere in mente*: opinionem præjudicatam habere, præjudicatâ opinione occupari, occupata mens, falſis opinionibus vel erroribus antè occupari: præoccupari... videndum eſt ut ne quid præjudicati afferamus... ne quid incognitum pro cognito ſeu quaſi præjudicatam rem habeamus.

Præjudico, are: *præjudicium facio*.

* *Prælatus*, antiſtes, præpoſitus.

Præloqui. vix hæc erat præloquutus...

Præmeditatio futurorum malorum...

Præmeditor, ari: præmeditatus. (V. *App.*)

Præ me fero, præ te fers, præ ſe fert: *præ me gero*, *profiteor*.

Prænotio, onis: *prima notio*, *antecepta animo rei informatio*, *anticipatio*. (V. *App.*)

Præoccupo, are: anteoccupo, anteverto, anticipo.

* *Præparamentum*, præparatio.

Præparo, are.

Præ-

Præpondero, are. (V. *App.*)
Præpono, ere: *antepono*, *præfero.*
Præpoſitio, onis. præpoſitio *in*, privat verbum eâ vi quam habebat, *Top.* 48.
Præpoſitus, a, um: *præfectus.*
Præpotens, *omnipotens*, rerum omnium præpotens Jupiter, 2. *de Divin.* 42. natura deorum præpotens & excellens, 2. *de Nat.* 77.
Prærogativa, æ: *quaſi ſpecimen & præjudicium*, *ante beneficium nobis præſtitum: itaque differt à privilegio.* (V. *App.*)
Præs, edis: ſponſor.
Præſagium, præſagitio, præſenſio.
Præſcribo, ere: *definio*, *præfinio*, *voce prævo.*
Præſcriptio, onis: *norma*, *regula*, *præſcriptum.* (V. *App.*)
Præſcriptum, i: *præſcriptio*, *norma*, *regula*, *certa quadam & definita lex.* (V. *App.*)
Præſens, tis: *qui in præſentiâ eſt*, *inſtans*, *arbiter*, *teſtis*, *inſpectans.* (V. *App.*) (præſens tempus) adſtantia, inſtantia, ium.
Præſenſio, onis: *præſagitio.* præſenſio & ſcientia rerum futurarum, 1. *de Divin.* 1. præſenſa & prædicta...
Præſentia, æ: *conſpectus*, *adſpectus.* in præſentiâ & ante oculos. (V. *App.*)
Præſentire, io: *cogitatione percipio*, *præcognoſco*, *præſagio.* (V. *App.*)
Præſertim: *cum primis*, *maximè*, *præcipuè.* (V. *App.*)
Præſes, idis: *cuſtos*, *vindex*, *antiſtes.* cuſtos & præſes... præſes cuſtoſque... cuſtos ac præſes templi...
Præſidens, tis: qui aliis præeſt, præficitur, præſes.
Præſideo, ere: *cuſtos vel præſes ſum*, præficior.
Præſidium, ii: *ſtatio*, *comitatûs cuſtodes*, *auxilium*, *ſecuritas.*
Præſignifico, are: *prænuncio.* (V. *App.*)
Præſtabilis, e: *præſtans.* (V. *App.*)
Præſtans, tis, tior, ſſimus. (V. *App.*)
Præſtat, *melius eſt*, *conducit.*
Præſtigiæ, arum: Gallicè, *enſorcellemens*, *ſorcelleries.*
Præſtituo, ere: *præfinio*, *præſcribo*, *dico.*
Præſto, are: *excello*, *antecello*, *exſequor*, *perficio.* (V. *App.*)
Præſto eſſe, *in promptu.*
Præſum, præeſſe: *præſideo*, *præpoſitus ſum.*
* *Præſumere ſibi:* ſumere ſibi, arrogare ſibi.
Præſumptio, onis: *major propoſitio in argumentatione.* (V. *App.*)
* *Præſumptuoſus:* arrogans, ſuperbiens, ſuperbus, ferox.
Prætendo, ere: *prætexo*, *oſtento.*
Prætereo, *omitto*, *miſſum facio*, *prætermitto:* non præterit, *id eſt*, non fugit, ſcio.
Præteritus, a, um: *anteactus*, *tranſactus.*
Prætermiſſio, onis. (V. *App.*)
Prætermitto, ere: *prætereo*, *relinquo*, *omitto.*
Prætexo, ere: *creo*, *conſtituo*, *præ me fero.* (*cauſor*, *cauſari*, *vel prætendere*, *ſæpiùs uſurpatur pro eo quod* Gallicè *dicitur*, *prendre pour prétexte.*)
Prætextus, ûs, (*Sueton.*) nomen, ſimulatio, ſpecies, per cauſam, per beneficium. Vide, *Cauſari*, *or.*
Prævaleo, ere, (*Plin.*) præſto, are, invaleſco.
Prævaricor, ari; prævaricatio, onis; prævaricator, oris. (V. *App.*)
Præverto, ere: *anteverto*, *prævenio.*

Prævideo, ere: *proſpicio*, *animo proſpicio*, *præſenſio*, *præcaveo*.

Pragmaticus, a, um: *expertus*, *in agendo verſatus*.

* *Pravicors*: qui pravo eſt animo.

Pravitas, atis: *vitium*, *perverſitas*, *deformitas*.

Praxis, is, (*Quintil.*) actio, onis: cujus finis eſt actio: quod in actione verſatur.

In praxi, in agendo... atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo, *Partit.*

Premo, ere: *urgeo*. (V. *App.*)

Prenſatio, *ambitio*.

Pretium, ii: *merces*, *præmium*. (V. *App.*)

Primarius, a, um: *principum aliquis*, *vel unus*: vir primarius, fœmina primaria... non ea quæ primario loco ſunt, ſed ea quæ ſecundum locum obtinent...

Primatus, ûs, (*Varro*) principatus.

Primigenius, a, um. (V. *App.*)

Primò, primùm, initio, principio, à primo &c. (V. *App.*) (*obſervandum eſt* primò *ratione temporis dici*; primùm *autem ratione ordinis inter multas res*, *quarum una primum locum*, *altera ſecundum obtinet*; *attamen*, ut primùm, cum primùm, nunc primùm, *ad tempus refertur*.)

Primordium, *principium*, *cauſa præcurrens*. primordia rerum & quaſi præcurrentia, *Partit.* 7.

Primoribus labris attingere, guſtare, *Cic.*

Primus, a, um. (V. *App.*) in primis, cum primis.

Princeps, pis. (V. *App.*) principatum obtinens, primus, auctor. In Jure Civili longè omnium princeps, *Cic.* Princeps, atque architectus ſceleris, *Cic.*

Principalis, e: *princeps*. principalis cauſa, principalibus cauſis definitum... cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adjuvantes & proximæ, *de Fato* 40.

* *Principaliter*, præſertim, maximè, præcipuè, in primis, cum primis.

Principatus, ûs: *dominatus*, *prima*: principatum tenere, obtinere, dare, tribuere, deferre... regius principatus... (V. *App.*)

Principio, *primo*, *initio*, *primum omnium*. (V. *App.*) in principio, à principio... an à principio dii omnia fecerint, I. *de Nat.* 2.

Principium, ii: *initium*, *primordium*, *origo*, *fons*, *caput*, *fundamentum*, *radix*, *ſemen*, *ſeminarium*, *cauſa*. principii nulla eſt origo. nam ex principio oriuntur omnia, ipſum autem nullâ aliâ ex re naſci poteſt, I. *Tuſc.* 53. principia & cauſæ rerum, I. *Off.* II. principia naturæ... principia rerum ex quibus omnia conſtant, 4. *Acad.* 117. (*dicuntur etiam*, initia, elementa, natura, primordia rerum, quatuor naturæ ex quibus omnia conſtare volunt, vis vitalis per omnem mundum pertinens) omnium autem rerum ſeminator & ſator & parens, ut ita dicam, deus...

(*Principia cognitionis*) quocirca vereor committere, ut non benè proviſa & diligenter explorata principia ponantur, *de Leg.* I. poteſtis igitur principia negare, cùm extrema concedetis?... atque his principiis reliqua conſentiebant... in Geome-

triâ,

triâ, prima ſi dederis, danda ſunt omnia, 5. *de Fin.* 83. itaque noſtrum eſt ad ea principia quæ accipimus, conſequentia exquirere. 5. *de Fin.* ſi quis legum fontes & capita viderit, 2. *de Orat.* omnes omnium rerum fontes animo ac memoriâ contineret... 1. *de Orat.* 4. multò ſtudioſiùs Philoſophiæ fontes aperiemus, 1. *Tuſc.* 6. ut ea è fontibus potiùs hauriant, quàm rivulos conſectentur, 1. *Acad.* 7. tardi ingenii eſt rivulos conſectari, fontes rerum non videre, 1. *de Orat.* 17. mathematica falſis initiis profecta vera eſſe non poſſunt, 1. *de Fin.* 72. aperiamus autem ea capita undè &c. 1. *de Orat.* ſed ipſa capita dicenda &c... caput eſt &c. & quod caput eſt &c... omnia revocare ad primas notiones, 1. *de Nat.* rerum notiones... notiones rerum, è quibus non principia ſolùm, ſed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ reperirentur, 1. *Acad.* 41. inſitæ vel potiùs innatæ cognitiones... quo è genere nobis notitiæ rerum imprimuntur, ſine quibus neque intelligi quidquam, neque quæri aut diſputari poteſt, 4. *Acad.* 21. intelligentia, communis intelligentia, in animis imprimuntur inchoatæ intelligentiæ... rerum omnium quaſi adumbratæ intelligentiæ animo ac mente conceptæ. . . communis ſenſus... fundamentum Philoſophiæ poſitum eſt in finibus bonorum & malorum, 2. *de Divin.* 2. virtutem omnium fundamenta &c... fundamenta jeci &c. jacta ſunt fundamenta... ſed paulò antè jacta ſunt fundamenta... fundamenta ſunt jacta... hoc utar initio & quaſi fundamento defenſionis, *pro Cluent.* 30. hæc enim ſunt fundamenta firmiſſima &c. poſitum ſit igitur in primis &c. ſed primum poſitum ſit &c. hoc poſito & verborum concertatione ſublatâ &c... hoc autem poſito atque conceſſo &c. quibus poſitis, intelligis quid ſequatur &c... hoc enim conſtituto in Philoſophiâ, conſtituta ſunt omnia... maneat ergò quod &c... quamobrem illud maneat ac fixum ſit &c... poſtremò illud fixum in animis veſtris tenetote... percepta & explorata... benè cognita & animo comprehenſa. . . conceſſa, conceſſæ res... hoc jam igitur à principio perſuaſum ſit, *vel* eſſe debet... communia præcepta... pervulgata præcepta... communia & contrita præcepta... ſunt igitur Aſtrologorum præcepta hujuſmodi...

* *Prioritas:* id quo quid prius eſt.

Privatio, onis: *amotio*, *diminutio*, *ſpoliatio*, *vacuitas.* privatio doloris, *Cic.*

* *Privativus, a, um:* privans, privantia... ſunt enim alia contraria, quæ privantia licet appellemus Latinè, *Top.* 48.

Privatus, a, um: *ſuus*, *domeſticus*, *proprius.*

Privilegium, ii: *lex privata homini irrogata.* in privatos homines leges ferri noluerunt: id eſt enim privilegium, 3. *de Leg.* 44. (*Differt itaque privilegium à lege, quòd lex ad omnes alicujus certi ordinis homines ſpectat, privilegium ſingulorum eſt, non multorum, & maximè in vitio privilegium ponebant, ut cùm irrogaretur privilegium alicui*, Gallicè, *lettre de cachet, ut exſularet.*)

Digitized by Google

Privilegium, (pro immunitate, Gallicè, *privilege.*) immunitas, atis. immunitate donare, dare alicui immunitatem munerum... immunitates dantur... immunitas ac libertas alicujus provinciæ... civitates immunes ac liberæ... agri immunes... liberari vectigalibus, vectigales liberare, tollere portorium.

* *Privilegiatus, i:* immunitate donatus, immunis ac liber ab aliquo munere, ſeu onere, liberatus ab aliquo munere, ab aliquo vectigali... præmio affectus... Apud Ulpianum reperitur *Privilegiarius*.

Privo, are. (V. *App.*)

Pro. (V. *App.*)

* *Problema, tis: (Græcum nomen à Cicerone allatum, quo ſignificatur quæſtio.)*

Probabilis, e: *veriſimilis, credibilis.* (V. *App.*)

Probabilitas, tis: *veriſimilitudo.* (V. *App.*)

Probabiliter: *ad hominum opinionem, credibiliter.*

Probatio, onis: *approbatio, onis.*

Probator, oris: *approbator.*

Probatus, a, um: *ſpectatus, laudatus, laude dignus.*

Probo, are: approbo, aſſentior, confirmo.

Procedo, ere: *proficio, exeo, egredior, progredior, evenio, accido.*

Proceres: *Principes*, Viri primarii.

Proceſſus, ûs: *progreſſus.*

* *Proceſſus criminalis:* lis capitalis, diſceptatio, quæſtio.

Proclivis, e: *propenſus, facilis.*

Procliviter, *proclivius.*

Procreator, oris: *genitor.* procreator ille mundi deus, *de Univ.* 23.

Procreo, are: creo, pario, gigno.

Procul dubio, (*Sueton.*) ſine dubio.

Procuratio, onis: *curatio, adminiſtratio, gubernatio.*

Procurator, oris: *qui aliena negotia procurat.*

Procuro, are: *curo, gero, adminiſtro, guberno.*

* *Prodigalitas:* prodigentia, effuſio, nimia liberalitas.

* *Prodigaliter:* prodigè, largè, effuſè.

* *Proditoriè:* proditorum more.

* *Producere fructus:* efferre fructus, ſegetes &c.

Profanare, o, (*Ovid.*) loca ſacra & religioſa, profana haberi... facere aliquid ex ſacro profanum... ſanctiſſima ſacella omni turpitudine fœdavit... mors profanat omne ſacrum.

Profeſſio, onis: *certa confeſſio & denunciatio eorum quæ quiſque poſſidet, promiſſio, pollicitatio, declaratio; facultas.* profeſſio bonæ voluntatis... vis Oratoris profeſſioque ipſa dicendi &c...

Proficio, ere: *aſſequor, procedo, valeo, proſum.*

Profectus, ûs, (*Plin. Jun. Quintil.*) progreſſus, ûs.

Profeſſor, oris, (*Quintil. Sueton. Plin.*) magiſter, alicujus artis doctor.

* *Proficuè*, utiliter.

* *Proficuum*, utile.

Profiteor, eri: *polliceor, promitto, oſtendo, doceo, præ me fero, denuncio, ſignifico.* (V. *App.*)

Profluens, (*Quintil.*) fluvius, flumen, torrens, fluentum.

Profugium, ii: *perfugium.*

* *Profunditas, atis:* altitudo.

Progigno, ere: *procreo, gigno.*

Prognatus, a, um, *natus, procreatus.*

Pro-

Digitized by Google

Prognoſtica, orum. ſi prognoſtica noſtra vera ſunt... prognoſtica mea... prognoſtica tua...

Progreſſio, onis; progreſſus, ûs... ſi qua ad virtutem eſt facta progreſſio... progreſſus facere. (V. *App.*) & Aſcenſio.)

* *Prolificus, a, um:* fœcundus.

Proluſio, onis, *quaſi proœmium.*

Promeritum, i: *meritum, beneficium.*

Promiſſio, onis, promiſſum, i, promitto, ere. (V. *App.*)

Pronunciatio, onis: *propoſitio legis, prolatio, vocis moderatio, dictum, enunciatio.*

Pronunciatum, i: *effatum, enunciatio.*

Proœmium, ii: *exordium, principium orationis.*

* *Propalo, are:* manifeſto, are.

Propensè, *ex animo, libenter.*

Propenſio, onis: *proclivitas, inclinatio; voluntas.*

Propenſus, a, um: proclivis, e.

Propheta, æ, (*Feſt.*) vates, fatidicus, divinus ſacerdos, mantes.

Prophetia, æ: vaticinatio, divinatio, oraculum, prædictio.

* *Prophetiſſa:* Prophetis, idis, Vates divina.

Propitius, a, um: *ſecundus, præſens.*

Propono, ere: *pono ob oculos, mihi conſtituo.*

* *Proponere quæſtionem*, ponere quæſtionem, aut aliquid de quo quis audire velit; ambigere.

Proportio, onis: *ratio, comparatio.* peræquâ proportione cætera... quæ Græcè *analogia*, Latinè comparatio proportioque dici poteſt, *de Univ.* 12. proportione reddere... pro ratâ portione... habere eamdem proportionem comparationemque... (V. *App.*)

* *Proportionaliter:* proportione, peræquâ proportione, pro ratâ portione, pro ratâ parte, pro cujuſque facultatibus.

Propoſitio, onis: propoſitum, i: Theſis. (V. *App.*)

* *Propoſitio, onis:* (pro enunciatione. Vide enunciatio, onis: enunciatum, i: pronunciatio, onis: pronunciatum, i: effatum. omnis propoſitio eſt vera aut falſa; omne enunciatum, ſeu pronunciatum, aut verum eſt, aut falſum: aut verum, aut falſum eſt. omnis enunciatio aut vera eſt, aut falſa. quid eſt, cur non omnis pronunciatio aut vera, aut falſa ſit, *Cic.*)

* *Propoſitio de futuro contingenti.* omne quod dicitur in futuro... quæ in futuris dicentur... & ſi verè dicatur de futuro, *de Fato* 13. neceſſe eſt enim in rebus contrariis duabus, (contraria autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat) ex his igitur neceſſe eſt, invito Epicuro, alterum verum eſſe, alterum falſum: ut, ſauciabitur Philoctetes, omnibus ante ſæculis verum fuit; non ſauciabitur, falſum. niſi fortè volumus Epicureorum opinionem ſequi, qui tales enunciationes nec veras, nec falſas eſſe dicunt: aut cùm id pudet, illud tamen dicunt quod eſt impudentius, veras eſſe ex contrariis disjunctiones: ſed quæ in his enunciata eſſent, eorum neutrum eſſe verum, *de Fato* 37.

* *Propoſitio neceſſaria.* effatum immutabile, quod ex vero in falſum converti non poſſit... neque in falſum

è vero præterita poſſunt converti... hæc commutari ex veris in falſa non poſſunt... ſi enim alterutrum ex æternitate verum ſit, eſſe id etiam certum; &, ſi certum, etiam neceſſarium. (Vide *lib. de Fato.*) nam ut præterita ea vera dicimus, quorum ſuperiore tempore vera fuerint adſtantia: ſic futura, quorum conſequenti tempore vera erunt inſtantia, ea vera dicemus, *ibidem...* & tamen tam eſt immutabile venturum, cùm eſt verum, quàm veniſſet: nec ob eam cauſam fatum, aut neceſſitas extimeſcenda eſt, *ibidem.*

* *Propoſitiones multiplicis ſunt generis.* multa genera ſunt enunciandi, *de Fato* 16.

* *Propoſitio duplex eſt, ſimplex & compoſita.* omnis enunciatio aut ſimplex, aut copulata, conjuncta, ſeu compoſita, complexa. quædam enim ſunt in rebus ſimplicia, quædam copulata.

* *Contradictoriæ propoſitiones.* (Vide disjunctio, onis, disjunctiones, in *App.*)

* *Propoſitio modalis:* enunciatio quæ modum quo rem fieri neceſſe eſt, aut res fieri poteſt, vel non poteſt, explicat.

* *Propoſitio contingens:* effatum, ſeu enunciatum, quod verum aut falſum eſſe poteſt.

* *Propoſitio indefinita:* infinita enunciatio.

Propoſitum, i: conſilium, propoſita ratio, ſuſceptum conſilium, inſtitutum. (V. *App.*)

Propoſitus, a, um: *objectus, ſuſceptus, manifeſtus, promptus.*

Propriè: *privatim, ad rem, legitimè, verè.* (opp.) *communiter, publicè, promiſcuè.*

Proprietas, tis: *natura, vis, natura propria:* (Vide, eſſentia.) ſingularum rerum ſingulæ proprietates ſunt, 4. *Acad.* 56. definitio genere declaratur & proprietate, *Part.* 41. proprietas ſic, in hominemne ſolùm cadat, atque etiam in belluas ægritudo, *Top.* 83. proprium, quod nullam in aliam rem transferri poſſet, *Top.* 29. de propriis oritur plerumque magna diſſenſio, *Partit.* 41. ejuſque virtutis hoc munus eſt proprium, 1. *Off.* primum munus eſt &c. *ibidem.* ejus enim videtur eſſe proprium &c. 1. *de Nat.* & ut beſtiis aliud alii *præcipui* à naturâ datum eſt, quod &c. 5. *Tuſc.* animantium proprium eſt, ut aliquid appetant, 1. *de Nat.* 5. proprium in communi ſigno notari non poteſt, 4. *Acad.* 34. propriæ notæ argumentum &c.

Proprius, a, um: *præcipuus, peculiaris: legitimus, germanus, certus.* certâ & propriâ notâ veri, 4. *Acad.* 33. hoc eſt unum Oratoris maximè proprium, *de Cl.* 22. propriis & ſuis argumentis quæque res tractanda eſt, 5. *Tuſc.* 19. propriæ autem notæ argumentum, *Partit. Orat.* 34.

Prorogare, o. (*V. App.*)

Proſa, æ, (*Gell.*) ſoluta oratio, verba ſoluta, oratio, nuda oratio, ſoluta à modis oratio. Vide *Partit. Orat. c.* 4

Proſpicio, *prævideo, præſentio: conſulo, provideo.*

Proſtituere, o, (*Ovid.*) corpus palam ad omnes libidines divulgare & vulgare, palam divulgare ſe & vulgare,

gare, palam in meretriciâ vitâ ſe collocare; omnibus modis ſe collocare, omnibus ſe vulgò pervulgare.

* *Protectio:* defenſio, clientela.

* *Protector:* patronus, parens ac deus vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis.

* *Proteſtor, ari:* teſtor, conteſtor.

* *Protocollum, i:* auctoritates, formula, æ.

Proventus, ûs, (*Plaut.*) fructus, reditus.

Proverbium, ii: *adagium.* (V. *App.*)

Providentia, æ. (V. *App.*)

Provincia, æ: *regio,* (*& tranſlatione,* negotium, munus, onus, partes, officium.)

Provincialis, e. viri provinciales... provinciale officium... (V. *App.*)

Prout, *perindè ut.* prout res poſtulat... prout facultates ferebant...

Proximè: *valdè propè, maximè, paulò antè.*

* *Proximior,* proximus, propior, junctior, citerior, vicinus, anterior.

Proximus, a, um. (V. *App.*)

Publicanus, i: *qui vectigal exercet & exigit.*

Pugno, are: *dimico, certo, decerto, congredior, curo, contendo.* hoc ſolùm pugno, ut &c. illud pugna & enitere, ne &c.

Pulpitum, i, (*Martial.*) ſuggeſtum, pons.

Punctum, i: *lineæ extremum, momentum, capita rationum.* puncta argumentorum, 2. *de Orat.* 117. (V. *App.*

* *Punctus, i:* punctum, momentum.

Purgamentum, (*Liv. Colum.*) ſordes, fex.

* *Puritas, tis:* munditia, elegantia.

Puriter, (*Catul.*) purè.

Purgatio, *ſatisfactio, excuſatio.*

* *Puſillanimis:* timidus, anguſto & humili animo.

* *Puſillanimitas:* timiditas, animus puſillus, anguſtus animus & demiſſus, imbecillitas, infirmitas, egeſtas animi, anguſtia pectoris.

* *Puſillanimiter:* timidè, timido animo, humili, demiſſo, fracto.

Q.

QUâ, (*quâ parte, partim, tum.*)

Quadratum: forma quadrati.

Quadrum, i... redigere ſententias in quadrum numerumque, *Orat.* 108.

Quæro, ere. (V. *App.*) *& hæc adjice:* cùm ex eo quæreretur &c. quærit ex proximo vicino, nùm &c. ſic enim ex te quæro... ſed ego ex te quæro &c. quæro illud etiam ex te &c. quæ cùm ita ſint, quæro ex te, nùm &c... atque illud etiam ſcire ex te cupio, *vel* audire ex te cupio... ac primùm illud à te requiro &c... ſed quæro à te... quare peto à te... quæro abs te primùm... quæ cùm ita ſint quæro abs te &c. non quæro abs te, quare &c. ſed quæro à vobis, nùm &c. in quo quæritur, nùm &c. id eſt enim de quo quærimus... à quo quæram, ſi prodierit &c. quæro igitur à te, Quincte &c... quæro quid ſit, cur &c...

Quæſtio, onis: *cauſa, dubitatio, dubium, controverſia.* Vide *cap.* 3. *pag.* 15. *de multiplici genere quæſtionis.*

Quæſtiuncula, æ. his propoſitis, quæſtiunculæ multæ naſcuntur, 2. *de Leg.* 51.

Digitized by Google

51. quæſtiunculam, de quâ meo arbitratu loquar, ponitis &c...

Quæſtor, oris: *ærarii & publicæ pecuniæ præfectus.*

Qualis qualis, (*Triphon.*) cujuſque modi, cujuſmodicunque, qualiſcunque.

Qualis, e: *cujuſmodi, cujus generis, qui &c.*

Qualitercunque, (*Columel.*) perindè, utcunque, quomodocunque.

Qualitas, atis. quod ex utroque, id eſt, ex materiâ & vi, id jam corpus & qualitatem nominabant, 1. *Acad.* 25. earum igitur qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ, 1. *Acad.* 26.

Quamobrem: *quare, quid ita, cur.* (V. *App.*)

Quantitas, (*Plin.*) numerus, magnitudo; vis.

Quantitas continua, magnitudo, magnitudo continuata. (opp.) *diſcreta.*

Quantitas, ut vulgò aiunt, numerus, aliquot &c.

* *Quantitativè:* ſecundùm magnitudinem.

* *Quantociùs:* quamprimùm, ſtatim.

Quantus, a, um. (V. *App.*)

Quatenùs, *quantùm, ratione finis ac termini menſuræque.* (V. *App.*)

* *Quercinus:* quernus, quercicus, querneus.

* *Querulοſus, querelοſus:* querulus.

* *Quidditas, tis.* Vide, *eſſentia:* natura, vis, vis & natura, propria natura &c.

Quoad, donec, uſque dum. (V. *App.*) quoad ſcitu opus eſt... quoad licuit, quoad vixit... quoad facultas tulit, feret... quoad fieri poſſit... quoad videbitur...

Quotus, a, um. quotus enim quiſque (*id eſt, quàm pauci ſunt, qui &c.*) quotus igitur quiſque eſt, qui &c. quota enim quæque res &c. (V. *App.*)

Quouſque, quouſque tandem &c. (V. *App.*)

R.

* RAtifico, *are:* ratum facio, habeo...

Ratio, nis: *mens, animus, mentis actio, judicium, intelligentia, conſilium, argumentatio, argumentum, modus, via, inſtitutum, genus, conditio, res, reſpectus, proportio, rei pecuniariæ calculique ratio &c.* (V. *App.*) ratio ſtabilis & firma... confirmatio rationis... infirmatio.

Ratiocinatio, onis: *argumentatio* (Græcè, *ſyllogiſmus.*) Vide *cap.* 5. *pag.* 28.

Ratiocinativus, a, um.

Ratiocinator, oris: *rationum ſubducendarum peritus.*

Rationabilis, e; & rationalis, e, (*Quintil.*) ratione utens, ratione præditus, mentis compos; *vel æquus*, a, um, probabilis, e.

* *Rationabiliter:* probabiliter, certâ ratione, nec temerè.

Ratus, a, um: *firmus, conſtans, certus, fixus.*

* *Reactio, repaſſio:* actio & paſſio reciproca.

* *Realiter:* reverâ, reipſâ, reapſe.

Reapſe, *reverâ.*

Rebellio, onis: defectio, alienatio, perduellio.

Rebellis, e, (*Statius*) qui ab aliquo deficit, perduellis.

Rebello, are, (*Cæſar*) ab aliquo deficio, deſciſco, retrahor.

* Re-

Digitized by Google

* *Recapitulatio, onis:* coacervatio, collectio.
* *Recenter:* recens.

Receptus, ûs: *refugium, revocatio à prælio:* receptui canere: Gallicè, *battre la retraite.*

Recipio, ere. (V. *App. & verba* accipere, pati, afficere, affici.)

Reciprocor, ari. ſiquidem iſta reciprocantur, ut & ſi &c. 1. *de Div.* 10.

Recognoſco, ere. (V. *App.*)

* *Recommendo, are:* commendo, commendatitias literas dare.
* *Recompenſo, are:* compenſo, rependo.

Recordatio, onis: memoria. (V. *App.*)

Rectà, *rectâ viâ.*

Rectè: *benè, probè, præclarè, jure, ritè, ordine, ratione, rectâ viâ...* ſi rectè homines novi... ſi rectè vos cognovi... rectè atque ordine... ſeu rectè ſeu perperam &c. (V. *App.*)

Rectio, onis: *gubernatio, adminiſtratio.*

Rector, oris: *gubernator.* ſummus rector & dominus... rector Reip. & publici conſilii auctor... rector & moderator & tanquam architectus tanti operis... civitatum rectores & conſervatores... (V. *App.*)

Rectum, i. rectum honeſtumque... recti præceptio pravique depulſio... recti pravique partes... intereſſe oportet ut inter rectum & pravum, ſic inter verum & falſum... (V. *App.*)

Rectus, a, um: *bonus, directus.*

* *Rectitudo, inis:* integritas, bonitas.
* *Redargutio, onis:* refutatio, reprehenſio.

Reddo, ere. (V. *App.*)

Redemptio, onis: *conductio...* redemptio eſt hujus judicii facta grandi pecuniâ...

Redemptor, oris: *operis faciendi ſive vectigalium conductor, manceps:* (*apud Chriſtianos, humanæ ſalutis Redemptor & Servator.*)

Reditus, ûs, (*Ovid.*) (pro fructu) fructus, vectigal, proventus, ûs.

* *Reduplico, are:* conduplico, congemino, itero.
* *Reduplicativè:* ut, prout, quâ, (*id eſt, quâ parte,*) quatenùs... (homo, ut homo: album ut album.)
* *Refectorium:* cœnaculum.

Refello, ere: *redarguo.* (V. *App.*)

Refero, erre. (V. *App.*) refert. (V. *App.*)

* *Reflexio, onis:* cogitatio, conſilium, deliberatio, conſideratio, meditatio.

Reflexus, a, um: *retrò converſus, vel inflexus.* cervix reflexa. (meditata & cogitata *nuſquam reflexa dicuntur à Cicerone.* Vide etiam *Conſideratus, a, um.*)

* *Refrigerium, ii:* requies, remiſſio animi, quies.

Refutare, o: *confuto, refello, repello, deſpicio, adſpernor.* noſtra confirmare argumentis ac rationibus, deindè contraria refutare, 2. *de Orat.* 80.

Refutatio accuſationis, in quâ eſt depulſio criminis, *Top.* 93.

Regalis, e: *regius.* (V. *App.*)

Regaliter, (*Ovid.*) regificè.

Regia, æ: *domus & aula Regis.*

* *Regimen, inis:* rectio, gubernatio, adminiſtratio.
* *Regiſtro, are:* in publicas tabulas refero, in libellum refero.

* *Regiſtrum*, *i:* commentarium, tabulæ, literæ publicæ.

* *Regnicola*: regni incola.

Regula, æ: *norma*, *lex*, *exemplum*, *inſtitutum*, *diſciplina*, *præceptum*. præcepta tradere... (V. *App.*)

* *Regula S. Benedicti*, inſtitutum, diſciplina, *vel* præcepta S. Benedicti.

* *Rejuveneſco*: juveneſco, (*Horat. Plin.*)

Relatio, onis: *tertiæ vices altercandi aut ſcribendi, quæ replicationes dicuntur, aut verborum quidam ornatus.*

* *Relatio*, *onis:* (*pro comparatione*) ſimilitudo, collatio, comparatio... in comparationem cadunt ea &c. ex comparatione...

* *Relativa*, *orum*: verba relata contrariè... (quæ ſub eamdem rationem cadunt, quæ cum aliquo conferuntur.)

* *Relativè*, comparatè, ratione &c.

Religio, onis. (V. *App.*) cultum dei & puram religionem ſuſcipere... religio Chriſtiana: Chriſtianum nomen: Chriſtiana plebs: Chriſtianus populus: Chriſti grex: Chriſtiana profeſſio: qui Chriſtianâ profeſſione cenſentur.

* *Religioſitas:* pietas in vel erga Deum.

Religioſus, a, um. (V. *App.*)

Remedium, ii. remedia incommodorum... auxilia (*pro remediis.*)

Remordeo, (*Claud. Lucret.*) morderi eſt melius conſcientiæ...

* *Renego*, *are:* nego, denego, abnuo.

* *Repatrio*, *are*: in patriam revertor.

Repeto, ere. (V. *App.*) ne neceſſe ſit iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare, 4. *Fin.*

Reprehenſio, onis: *vituperatio*, *confutatio*.

Reprehenſibilis, e: criminoſus, a, um.

Reprehenſor, oris, *exagitator*, *accuſator.*

Repudium, ii, (*Plaut. Terent.*) repudiatio.

Repugnans, tis. repugnante naturâ... adverſante & repugnante naturâ... de locis à repugnantibus &c. (V. *App.*)

* *Repulſio*, repulſa.

Reputo, are: *animo agito*, *cogito*, *ſentio*, *animadverto*. (V. *App.*)

Res, ei. (V. *App. & cap.* 10. *pag.* 120. *de rebus & verbis.*)

Reſigno, are: *aperio*, *ſolvo*. (opp.) *obſigno*.

* *Reſignare aliquod beneficium*, alicujus ſacerdotii ſeu muneris dimiſſionem facere, alterius gratiâ, cui benevolumus. *vel* magiſtratum abrogare..

* *Reſignatio:* abrogatio, dimiſſio.

Reſolvo, ere: (pro, diſſolvere) redigo ad &c. reduco, revoco, aut diſſolvo.

* *Reſolutio*, *onis*: redigendi vis. (Vide *Analyſis*.)

* *Reſpectivè*, comparatè.

Reſpectus, ûs. itaque cùm reſpectum ad ſenatum & ad bonos non haberet &c. (V. *App.*)

Reſplendeo, (*Cic.*) reluceo, fulgeo, niteo, ſplendeo.

Reſponſio, onis: reſponſum. (V. *App.*) reſponſa atque decreta Juriſconſultorum... hominum peritorum reſponſa...

* *Reſponſoria*: ea quibus chorus reſpondet.

Reſpublica, æ. (V. *App.*)

Reſtauro, are, (*Juſtinus*, *Tacit.*) inſtauro, reſtituo, reſarcio.

Reſtrictè: anguſtè, ſtrictè.

Re-

Digitized by Google

Reſurgo, ere, (*Ovid.*) ſurgo: *reſurgere à mortuis:* excitari ab inferis, reviviſcere, in vitam redire, renaſci.

Reſumo, ere, (*Ovid.*) colligo, recreo, recipio me.

Reſuſcito, are, (*Ovid.*) recreo, excito, ab inferis revoco, ab Acheronte excito, vitam reſtituo, à mortuis excito, reducem ab inferis ſiſto.

* *Revelatio, onis:* patefactio rerum opertarum, oracula Dei, divinum teſtimonium... oracula quæ inſtinctu divino afflatuque funduntur, 1. *de Divin.* 34.

Revelare, (*Ovid.*) enunciare, proferre, aperire, illuſtrare, patefacere, oracula fundere.

* *Reverendiſſimus*, admodùm reverendus.

* *Reviſio:* rei judicatæ recognitio.

Revolvo, ere: reputo, animo agito, cogito.

* *Revolutio, onis:* temporum converſio, *vel* replicatio, circulus, orbis rotundus, ambitus, converſio.

Reus, i: *qui aliquâ culpâ tenetur, vel is de cujus re diſceptatur.*

Rhetor, oris: *orator, dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus doctor.* (V. *App.*)

Rhetorica, æ: *evolve libros Ciceronis de Inventione & de Oratore &c.*

Rhetorica, orum: *Rhetorum res ſive præcepta.*

* *Ridicularis:* jocularis, ridiculus.

* *Rigoroſus:* rigidus, ſeverus.

* *Riſibilis, e:* qui habet naturam ut ridere poſſit: *vel* ridiculus.

* *Riſibilitas, tis:* vis ridendi.

Ritus, ûs: *mos, conſuetudo, ſacra.* de ritibus patriis, ex ritibus patriis... pecudum ritu... latronum ritu.

Ritualis. rituales libri, 1. *de Divin.*

Rivalis, lis: *æmulus, competitor.*

* *Robuſtè*, nervoſè.

* *Robuſtitas, tis:* gladiatoria corporis firmitas, robur, vires.

* *Rorulentus*, roſcidus.

* *Rubedo*, rubor.

Ruſticus, i: ruſticanus, agreſtis, inurbanus... non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorum, *Orat.*

S.

SAcellum, i: *cella, templum privatum;* Gallicè *Chapelle.*

Sacer, a, um. de religione, de rebus divinis, cæremoniiſque ſacris docere, *pro Dom.* 33. (V. *App.*)

Sacerdos, tis: flamen, flamines, pontifex, antiſtes fani, qui ſacris præeſt, miniſter publicus Dei, ſanctiſſimo ſacerdotio præditus.

Sacerdotes, antiſtites deorum immortalium (*Dei immortalis*,) interpretes internunciique Jovis... hic qui in collegio ſacerdotum eſſet... ſacerdos caſtiſſimus... cur non inauguratur? nam flamines inaugurabantur, 2. *in A.* 120. equidem ſic accepi; Pontifices in religionibus ſuſcipiendis caput eſſe... ii qui ſacris publicè præſunt, 2. *de Leg.* 30.

Sacerdotium, ii: *ſacerdotis munus.* amplitudo ſacerdotii... Jovis illud ſacerdotium ampliſſimum... ampliſſimi ſacerdotii collegium... concilium majorum in ampliſſimis viris ad ſacerdotia deligendis...

Sacra, orum. iſtorum religio ſacrorum... propter religionem ſacrorum... in ſacris initiiſque tradendis divi-

divinæ mentis interpres...

Sacramentum, i: *ſolenne jusjurandum.* (V. *App.*)

* *Sacramentum, i: (pro ritu ſacro.)* ſacra, orum: ritus ſacer.

Sacramentum, (*Horat.*) jusjurandum, juramentum. perfidum dicere ſacramentum, i. e. pejerare.

Sacrarium, ii: *locus ubi res ſacræ reponuntur & aſſervantur.*

Sacrificium, ii: *ſacrum, res divina, ſacra, orum; ſacrificatio, onis:* ſacrificium facere... cùm ſacrificium pro populo fieret... ſolemne ſacrificium... publicum ſacrificium. (V. *App.*)

Sacrilegium, ii: *rei ſacræ furtum.*

* *Sacriſtia, æ:* ſacrarium.

Sacro, are: *conſecro, dedico.*

Sacroſanctus, a, um.

Sacrum, i: *ſacrificium.*

* *Sagittator:* ſagittarius, ſagittifer.

Salarium, ii, (*Plin.*) *merces, præmium.*

Salubris, e: ſalutaris. (V. *App.*)

* *Salvator, oris:* ſoter, ſervator, conſervator... is eſt nimirùm ſoter, qui ſalutem dedit, 4. *in Verr.* 154.

* *Salvifico, are:* ſalvum reddo, præſto; incolumem ſervo.

Salvo, are: *ſalutem do, ſalutem fero atque affero, ſalutem reddo, ſalvum præſto, ſaluti ſum, ſervo.*

Salus, tis: *incolumitas, ſanitas, requies, bonum, vita.* ferre opem & ſalutem indigentibus.... dare ſalutem... accipere ſalutem ab aliquo... multum poſſe ad ſalutem alterius... ſalutem afferre.

Salutaris, e: *ſalubris.* (V. *App.*)

Salutariter, *ſalubriter.*

* *Salvificus, a, um:* ſalutaris, ſalubris.

Salutifer, (*Mart. Ovid.*) ſalutaris, ſalubris.

Salvus, a, um. (V. *App.*)

* *Salvus conductus:* fides publica, interpoſitâ fide publicâ.

Sancio, ire: *fero, decerno, conſtituo* &c. ſancitum eſt &c. (V. *App.*).

Sanctè, ſanctitas, ſanctimonia, ſanctitudo, ſanctus, a, um. (V. *App.*)

* *Sanctificare, o:* animum ſic innovare, ut ſanctus Deoque gratus & acceptus fiat.

* *Sanctificans gratia:* affectio animi cœlitùs immiſſa, quæ juſtitiæ ſtudium & amorem nobis infundit & inſtillat, Deoque gratos & acceptos homines efficit, reddit.

Sapio, ere: ſapiens, ſapienter, ſapientia. (V. *App.*)

* *Sapidus, a, um:* conditus.

Satis, ſat. (V. *App.*)

Satiſdo, are, ſatiſdatio, onis: ſatiſaccipere. (V. *App.*)

Satisfacio, ere. (V. *App.*)

Sator, oris: *ſeminator.* omnium rerum ſator & ſeminator.

* *Satum, i:* ſatio, onis, ſeges.

Satyra, æ, (*Varro, Horat.*) aculei, orum; reprehenſio, animadverſio, cenſura... emittere aculeos ſeveritatis in aliquem... fuerunt nonnulli aculei in Cæſarem... genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum inſunt. (*Vide* Aculeus *in App.*)

* *Satyricus, i:* aliquis cum aculeo & maledicto facetus, mordax obtrectator, petulans; habens aculeos... ſatis aculeatas litteras dare.

* *Scabroſitas:* aſperitas, ſpinoſum dicendi genus.

* *Scandaloſum:* pias aures offendens, læ-

Digitized by Google

fædens, quod offendit tenellos animos.

* *Scandalum:* offendiculum, impedimentum.

Schola, æ: *gymnaſium.* (V. *App.*)

* *Sciaticus morbus:* iſchiadicus.

* *Scibile:* quod ſciri, quod ſcientiâ comprehendi poteſt. quod ſcientiâ continetur... (quicquid ſciri, percipi, comprehendi poteſt.)

Sciens, ſcientior, ſcientiſſimus. (V. *App.*)

Scienter, *ſcitè*, *intelligenter.* ſcienter verſari in aliquâ re... ſcienter interpretari aliquid... ſcienter ac peritè...

Scientia, æ: *cognitio*, *intelligentia*, *doctrina*, *diſciplina*, *ſtudium*, rerum cognitio, virtus, ars, eruditio. (V. *App.*) Epicurus nullam eruditionem eſſe duxit, niſi quæ beatæ vitæ diſciplinam juvaret, 1. *de Fin.* 71. quæ ſine eruditione Græcâ intelligi non poſſunt...

Scientia *ſubalterna:* inferior: ex alterâ pendens.

Scientia *ſubalternans:* ſuperior.

Scio, ſcire. (V. *App.*) ſcire (*propter quid*) ſcire rem ex cauſâ... ſcire (*quia eſt*) ſcire rem ex effectu...

Scitè, *ſcienter.* ſcitè & literatè... ſatis ſcitè hoc quidem...

Scitum, i: *juſſum:* ſcita, orum. ſcita ac juſſa noſtra comprobat...

Scopus, i: (Græcè σκοπὸς) propoſitum, conſilium, exitus... & in unum exitum ſpectantibus rebus... certum ac deliberatum &c...

Scriba, æ: *librarius*, *ſcriptor.*

Scribo, ere. (V. *App.*) itaque ad pingendum, ad fingendum, ad ſculpendum &c. apta, 2. *de Nat.* ad ſcribendi operam omne ſtudium curamque convertimus...

Scriptio, onis. nulla res tantùm ad dicendum proficit, quàm ſcriptio, *de Cl.* 92.

Scriptor, oris: auctor.

Scriptum, i: *ſcriptura*, *monumentum*, *literarum monumentum*, *monumenta annalium*, *monumentorum memoria.* (V. *App.*)

Scriptura, æ: *ſcriptum*, *literatura*, *ſcriptio.* literatura conſtat ex notis literarum & ex eo in quo imprimuntur illæ notæ, *Partit.* 26.

Scrupuloſè agere, dubiè, anxiè, nimis exiguè & exiliter, ad calculos revocare.

Scrupuloſus, (*Plin.*) anxius, dubius; metaphoricè religioſus, nimiâ religione anxius, ſuperſtitioſus.

Scrupulus, i: religio, ſuperſtitio, nimia religio.

Scrutinium, (vox *Apul.*) ſcrutatio, inquiſitio.

Sculpo, ere, (*Ovid.*) incîdo.

Sculptor, oris, (*Plin.*) fictor.

* *Scurrilitas*, obſcœnitas, ſcurrilis jocus.

Seceſſus, ûs, (*Virg.*) receſſus, locus remotus, ſolitudo, latebra, longè procul ab oculis populi.

Secerno, ere: *ſeparo*, *diſtinguo.* (V. *App.*)

Seclum, i: *ſeculum.* multis ſeclis ante ſuam ætatem... ſeclis innumerabilibus...

* *Secretarius*, à ſecretis.

* *Secretè:* ſecretò, clam, remotis arbitris.

Secta, æ: *familia*, *ſchola*, *diſciplina*, *certa quædam diſciplinæ formula*, *pars*, *vel partes*, *hæreſis*, *factio*, *ſtudium*, *ratio vitæ*, *ratio philoſophandi.* Philoſo-

loſophorum ſectæ, familiæ, diſciplinæ... ratio & diſciplina... diſciplina & inſtitutio... proſeminatæ ſunt quaſi familiæ diſſentientes inter ſe... tota illa familia &c... ſic enim qui à Platone & Socrate & ab illâ familiâ diſſident &c... ex his duabus diverſis ſicuti familiis... (V. *App.*)

* *Sectatio*, *onis*: affectatio.

Sectarius, ii, (*Plaut.*) ſectator, conſectator, ſtudioſus, æmulus, gregalis. neque quiſquam de gregalibus ejus... qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt...

* *Sæcularis*, *e*: civilis, e: aut profanus, a, um.

Sæcularis, e, (*Plin.*) quod centeſimo quoque anno inſtauratur.

Seculum, i: *ſeclum*, *multorum annorum ſpacium*. (V. *App.*)

Secundò, *iterùm*, *deindè*, *tum*, *poſt &c.*

Secundùm, *poſt*, *juxta*. (V. *App.*)

* *Secundùm quid*: quâdam ex parte, cum adjunctione.

* *Securè*, *ſecuriter*, ſine cura.

Semen, inis, *materia ſerendi*; *principium*, *origo*, *primordia*. (V. *App.*)

Seminarium, ii: *ſemen*. ex illo fonte & ſeminario... id autem eſt principium urbis & quaſi ſeminarium Reip...

* *Semotè*: ſemotis, remotis arbitris.

* *Senſatio*, *onis*: ſenſus, ûs.

* *Senſatus*, ſentiens, intelligens, ſenſu pollens.

Senſibilis, e, (*Gell.*) habens ſenſum, vel quod ſub ſenſus cadit, adſpectabilis.

* *Senſibilia*, *res ſenſibiles*, adſpectabilia, quæ ſub ſenſus cadunt: res terrenæ.

Senſilis, e.

Senſum, i, (*Lucret.*) *ſententia*, *ſenſus animi*; *conſilium*. ſenſa mentis & conſilia verbis explicare, 3. *de Orat.* 32.

Senſus, ûs: *exteriores ſenſus & interiores*, *intima cogitatio*, *ſenſum*, *ſententia*, *animus*, *mens*, *notitia*, *judicium*, *captus*, *cura*; *ingenium*, *ſtudium*. (V. *App.*) animus videt quæ ſenſibus percipiuntur, 1. *Tuſc.* 46.

In ſenſu compoſito: ſenſu conjuncto, *vel* conjunctè, conjunctim.

In ſenſu diviſo: ſeorsùm, ſeparatim, præcisè.

Sententia, æ: *dictum & oratio brevis ac præclara*, *conſilium*, *mens*, *opinio*, *voluntas*, *ſuffragium*, *ſenſus verborum*. (V. *App.*) *& hæc adjice*... in contrarias ſententias diſtrahi... meâ quidem ſententiâ... ac meâ quidem ſententiâ... id habet hanc, ut opinor, ſententiam... non ab ſententiâ, ſed à literis legis recedere... in quo quidem neutra omninò contemnenda ſententia eſt... pluraque in eam ſententiam ab iiſdem contra verecundiam diſputantur... multa in noſtro collegio præclara, ſed hoc in primis, quòd ut quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet... ſin autem temerè &c. aut non ſatis &c. ſecuti videbimus, docti ab aliquo facilè & libenter ſententiam commutabimus... ex ſcripto & ſententiâ controverſia conſiſtit, cùm alter verbis ipſis, quæ ſcripta ſunt, utitur; alter, ad id quod ſcriptorem ſenſiſſe dicet, omnem adjungit dictionem... cùm ſcriptum à ſententiâ diſcrepat... aut ita ut à ſententiâ ſcriptum diſſideat... neque hæc in eam ſententiam

tiam

Digitized by Google

tiam diſputo, ut &c... non ſatis ex ſententiâ procedere... in utramque ſententiam dicere de rebus omnibus (*vel*, in utramque partem, utramque in partem)... hanc ego cùm teneam ſententiam, quid eſt, cur &c... cui ſententiæ conſentaneum eſt &c... ſententiâ deſiſtere... de quâ tam variæ ſunt doctiſſimorum hominum tamque diſcrepantes ſententiæ, ut magno argumento eſſe debeant &c... qui verò tantâ ſunt in varietate ac diſſenſione conſtituti, ut eorum moleſtum ſit annumerare ſententias... quorum opiniones cùm tam variæ ſint tamque inter ſe diſſidentes &c... non quæro quid dicat, ſed quid convenienter rationi poſſit & ſententiæ ſuæ dicere &c... circumſcriptis igitur iis ſententiis, quas poſui &c. relinquitur, ut &c... innumerabilia dici poſſunt in hanc ſententiam: ſed non eſt neceſſe &c... ipſæ ſummæ rerum ac ſententiæ... hoc intereſt, Calene, inter meam ſententiam & tuam &c... ac meâ quidem ſententiâ &c... ex animi ſui ſententiâ... ſed quot homines, tot ſententiæ... expoſitis jam igitur ſex de ſummo bono ſententiis &c... utrum igitur inter has ſententias dijudicare malumus &c... ponere in medio ſententias Philoſophorum... ſelectæ breveſque ſententiæ...

Sententiola, æ.

Sentio, ire: *ſenſibus percipio*, *judico*, *cenſeo*, *conſentio*, *intelligo*.

* *Seorſim:* ſeorſùm, ſeparatim. (V. *App.*)

* *Separatio*, *onis:* divortium, diſſidium.

Septentrionalis, e, (*Plin.*) Aquilonaris, ſub axi poſitus, ad ſeptem ſtellas.

* *Septimana*, *æ:* hebdomade, (dixit tamen Varro ſeptimanæ Nonæ.)

* *Septimanatim:* hebdomadatim, quâvis hebdomade.

Sequax, acis, (*Virgil.*) qui ſequitur, gregalis.

Sequitur: *relinquitur*, *fit*, *conficitur*, *reſtat &c.* (V. *App.*) neceſſe eſt &c. (*id eſt*, *neceſſariò ſequitur.*)

Series, ei: *contextus vel continuatio quædam rerum.* (V. *App.*)

Seriò: graviter, affirmatè, deditâ operâ.

Sermo, onis: *locutio*, *mentio*, *oratio.* (V. *App.*)

* *Sermuſculus*, ſermunculus.

Servilis, e: *famularis*, (mercenarius amor, qui non ipſo honeſto movetur, ſed utilitate aliquâ, aliquo fructu: qui facit nihil niſi ſuâ causâ & omnia metitur ſuis commodis: qui omnia ad ſuum commodum refert: qui utilitatibus ſuis & commodis ſervit. ſervilis autem timor dicitur, cùm quis pœnæ aut infamiæ metu coërcetur.)

Serviliter, *abjectè*, *timidè.*

Servio, ire, famulari. ſervire famæ, i. e. conſulere. ſervire tempori, i. e. parere.

* *Servitor:* miniſter, famulus.

Sigillatim, ſingulatim.

Sigillo, are: ſigno, obſigno, conſigno.

Significatio, onis: *ſententiæ vis*, *notio*, *poteſtas*, *virtus*, *vel judicium*, *ſignum*, *argumentum.* (V. *App.*)

* *Significatum*, *i:* ſignificatio, ſententia, vis verbi, notio.

Significo, are. (V. *App.*)

Si-

Signum, i: ſignum eſt quod ſub ſenſum aliquem cadit, & quoddam ſignificat, quod ex ipſo profectum videtur, quod aut ante fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt ſit conſecutum, & tamen indiget teſtimonii & gravioris confirmationis, 1. *Rhet*. 48. quæ ſigno ſunt omnia... (V. *App.*) volunt probabile aliquid eſſe, & quaſi veriſimile &c. 4. *Acad*. 32. ſed appellemus docendi gratiâ veriſimile, quod plerùmque ita fiat, ut adoleſcentiam procliviorem eſſe ad libidinem: propriæ autem notæ argumentum, quod nunquam aliter fit certumque declarat, ut fumus ignem &c.

Similis, e: ſimilitudo, inis: ſimiliter. (V. *App.*)

Simplex, icis: *uniuſmodi*, *apertus*, *purus*, *credulus*, *antiquus*. ſimplex & aperta mens... in animi autem cognitione dubitare non poſſumus, quin nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex, 1. *Tuſc*. 71.

Simplicitas, tis, (*Martial. Ovid.*) ſine concretione, uniuſmodi, nihil admixtum &c. *vel* ingenuitas, probitas.

Simpliciter... ſi ſimpliciter dictum ſit, 2. *de Orat*. 158. ſimpliciter & ex ſuâ vi conſiderari, 2. *Rhet*. 102. ſi eſt ſimpliciter breviterque dicendum, 2. *Off*. 31. quæ non ſimpliciter ſpectatur, ſed ex comparatione nonnunquam, *Partit*. cùm autem quæritur quale ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè, *Top*.

Simplum: ut duplum, ſimplum.

Simul: *unà*, *pariter*, *communiter*, *cum*, *ſimul cum*, *in unum*, *ſimul ac*, *ſimul ut*, *conjunctim*. (V. *App.*) ac mihi quidem videtur *conjunctim* agendum de materiâ ac partibus, 1. *Rhet*.

* *Simul naturâ*, ſimul naturæ ordine.

* *Simul tempore*, ſimul temporis ordine.

Simulatè, *fictè*, *fallaciter*. ne quid invidioſè, ne quid ſimulatè, ne quid fallaciter.

Simulatio, onis. (V. *App.*) aliud eſt celare, aliud tacere... neque ego nunc te celo, ſi tibi non dico &c... neque enim id eſt celare quicquid retices &c. 3. *Off*. hoc autem celandi genus quale ſit, quis non videt? certè non aperti, non ſimplicis, non juſti, non viri boni: verſuti potiùs, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri, 3. *Off*.

Simulo, are. (V. *App.*)

Simulatus, a, um. nihil eſſet niſi falſum atque imitatione ſimulatum...

Sincerus: purus, integer, minimè mendax, non fallax. Sinceritas, integritas &c.

Singillatim, ſingulatim.

Singularis, e: *maximè rarus*, *ſummus*, *inauditus*, *incredibilis*, *ſolus*, *ſingulus*, *unicus*, *proprius*. (V. *App.*)

* *Singularitas*, *tis*: vitium quo quis nimiùm ſingulariter ſe gerit.

Singuli, orum: ſingula. (V. *App.*)

* *Situari*, *ori*: ſitum eſſe, jacere.

Societas, tis. (V. *App.*)

Socius, ii: *conſors*, *particeps*, *gregalis*. ſocius & conſors, ſocius & comes, ſocius ac particeps, ſocius atque adjutor. (V. *App.*)

Sodalis, is, *ſocius*.

So-

Digitized by Google

Sodalitas, atis: ſodalitium, ii: *coitio*, *collegium*. (V. *App.*)
Solamen, ſolatium, ii, levamen.
Solarium, (*Cic. Plaut.*) id quo horæ declarantur.
Solemnis: e. (V. *App.*)
Solemniter, (*Liv.*) ſolenni religione, ſolenni ritu *vel* ceremoniâ.
* *Solemnizo*, *are*: ago diem feſtum, ago diem natalem quotannis, celebro.
Soliditas, atis: *firmitas*, *eminentia*.
Solidus, a, um: *habens ſoliditatem*, *verus*, *eminens*, *ſtabilis*.
* *Solummodò*, duntaxat, tantummodò, ſolùm.
Solutè, *expeditè*, *liberè*.
Solutus, a, um: *liber*, *diſſolutus*, *promptus*. (V. *App.*)
* *Somnolentia*, *æ*: ſopor, languor.
* *Somnolentus*, *a*, *um*: ſomniculoſus, ſomno gravis, plenus.
Sonorus, (*Virg.*) canorus.
Sonus, i: *vocis ſonus*, *vocis cantus*. è tribus omninò ſonis, inflexo, acuto, gravi, *Orat.* 57. & 59. (V. *App.*)
Sophiſma, tis: captio. (V. *App.*)
Sophiſtes, æ. (V. *App.*)
* *Sophiſtico*: ſophiſtas imitor, ſophiſtam ago.
* *Sopitivum*, ſoporiferum.
* *Sordities*, ſordes.
Sorites, æ, & tis: *acervus in argumentatione*. (V. *App.*)
Soter, eris: Gr. σωτηρ, *ſervator*, *conſervator*. is enim ſoter, qui ſalutem dedit, 1. *V.* 154. ſoter Latino uno verbo exprimi non poteſt, *ibid.*
Sparſim, (*Plin. Gell.*) fusè.
Spatium, ii: *intervallum*, *curriculum*, *curſus*, *regio*, *temporis intervallum*. (V. *App.*)
* *Spatia imaginaria*: infinitum inane: in infinito inani intermundia.
* *Specialis*, *e*: præcipuus, ſingularis.
* *Specialiter*: ſpeciatim, ſigillatim, nominatim.
Species, ei. (V. *App.*) & *cap.* 4. *pag.* 23. *de genere ipſiuſque formis.*
* Species *ſpecialiſſima*: ſpecies ultima, extrema ſpecies, ultima forma.
Specimen, inis: *indicium*, *ſignificatio*, *exemplum*.
* *Speculatio*, *onis*: cognitio, ſcientia, cogitatio, conſideratio, contemplatio... vitæ autem degendæ ratio maximè quidem illis placuit quieta, in contemplatione & cognitione poſita rerum, 2. *de Fin.* quæſtionum autem quâcumque de re ſint, duo ſunt genera: unum cognitionis, alterum actionis. cognitionis ſunt hæ, quarum finis eſt ſcientia &c. *Top.* eſt igitur vis virtutis duplex: aut enim ſcientiâ cernitur virtus, aut actione, *Partit. Orat.*
* *Speculativus*, *a*, *um*: qui, quæ, quod in cognitione verſatur: contemplator, ſcientiæ & cognitioni rerum deditus.
* *Sperma*, ſemen.
Spero, are. (V. *App.*) ſed ut iis bonis erigimur, quæ expectamus &c.
Spes, ei: *boni expectatio*, *fiducia*, *expectatio*, *firmamentum*, *cupiditas*. (V. *App.*) & ſi ſpes eſt expectatio boni, mali expectationem eſſe neceſſe eſt metum, 4. *Tuſc.*
* *Spondaicus*, ſpondiacus.
* *Spontaneus*, voluntarius.
Sponte: *ultrò*, *ſuâ naturâ*, *vi ſuâ*, *per ſe*, *voluntario motu*, *ſuo judicio*. (V. *App.*)
* *Stanno*, *as*, *are*: ſtanno illino, plumbo candido illino.
Statera, æ: *libra*, *trutina*.

Statuarius, ii, (*Quintil.*) fictor, qui ſigna fabricat.

Status, ûs: *conditio fortunæ*, *ordo*, *locus*, *caſus*, *cauſa conſtitutio.* (V. *App.*) in diſſimili ratione...

* *Sternutatio*, ſternutamentum.

Studeo, ere: ſtudium, ii: ſtudioſè: ſtudioſus, a, um. (V. *App.*)

Stylus, i: *inſtrumentum quo in tabulis ſcribebant Veteres*, *ipſa ſcriptio*, *dictio.*

* *Subalterna genera:* genera quorum unum ab altero continetur, vel quorum unum alteri genus eſt, alterum ſubjacet.

* *Subalterno, are:* ſubjungo; ut omnes artes Oratori ſubjungere, vel ſubjicere, alternis ſuperior & inferior ſum.

* *Subalternus:* ſecundarius, inferior.

* *Subauditur abſolutè:* ſubjungitur abſolutè. (ſupplere *etiam pro* addere, adjungere.)

* *Subcontrariæ propoſitiones:* adverſis contrariæ.

Subditus, a, um: ſubditis ignibus... ſubditus in locum alterius. (*pro cliente aut vectigali ſeu ſtipendiario* ſubditus *non uſurpatur.*)

Subjector teſtamentorum: *qui falſa pro veris teſtamentis ſubjicit & ſupponit.*

* *Subjectum*, *i:* materia, ſubjecta materies, aut ea res in quâ quid accipitur.

Subjectus, a, um. (V. *App.*)

* *Subintelligo:* aliquid non expreſſum intelligo.

* *Subitaneè*, ſubitò.

* *Subitaneus:* ſubitus, ſubitarius.

* *Subjugatus:* qui in dominatu alicujus eſt, ſubjectus.

Subjugo, are, (*Claud.*) ſubigo, jugum ſervile impono, ſub jugum mitto.

Subjungo, ere: *ſubjicio.*

Sublimè, *altè*, (*ne dicas*, ſublimiter.)

Sublimitas, (*Plin.*) excelſitas.

* *Subſiſtentia*, *æ*, Græcè, *hypoſtaſis:* (ultimum naturæ complementum à Scholaſticis *ſubſiſtentia* vocatur.)

Subſtantia, æ, (*Quintil.*) natura, res.

* *Subſtantivum*, *i:* nomen de quo aliquid dicitur, ut homo, ſeu quod ipſam naturam ſignificat. (quod *Verbale* vocant.)

* *Subtiliari:* attenuari, minui.

* *Succeſſivè:* ſenſim, pedetentim.

* *Succurſus*, ſuppetiæ.

Sufficiens: *contentus*, *aut vi cujus ſatis eſt præſidii ad &c. qui*, *quæ*, *quod vires ſatis validas & ſufficientes* (*cum adjunctione certè*, *quæ in noſtrâ poteſtate aliquo modo ſit*) *ſuppeditet*, *ſeu præbeat.*

Sufficienter, (*Ulpian.*) ſatis, ſatis præſidii ad &c. ſatis poſſe.

* *Sufficientia*, *æ:* quod ſatis eſt.

Sufficio, ere: *ſatis habeo*, *ſatis eſt.*

* *Suffraganeus*, Vicarius Epiſcopi.

Suffragium, ii: *ſententia.*

* *Suffumigium:* fumus ſuaveolentium aromatum.

Suggillo, (*Plin.*) irrideo, exiſtimationem imminuo, violo; famam lædo, de famâ detraho.

Sum, eſſe. (V. *App.*)

Summa, æ: *caput*, *ratio præcipua rei pecuniariæ.* (V. *App.*)

Summarium, ii: ſummaria, orum: (*Senec.*) ſummæ rerum ac ſententiæ, *vel* capita, ipſa capita.

Summatim, *acervatim*, *breviter.*

Summè, *maximè*, *ſummoperè.*

Summus, a, um: *ampliſſimus*, *perfectus*, *ſingularis*, *incredibilis*, *unicus*

in.

in quo omnia ſumma ſunt. ſummum eſt quo nihil ſit ſuperius, 2. *Tuſc.* 44. ſumma ſanctimonia... nihil niſi ſummâ ratione facere... ſummum bonum... ſummum naturæ bonum... ad ſummum, aut ad ſummum, ſummum, aut ſummum...

Sumo, ere: *aſſumo, arrogo, attribuo, tribuo, pro certo ſeu pro comperto accipio, habeo, pono, capio.* (V. *App.*)

Sumptio, onis: *aſſumptio.* ſed demus tibi iſtas duas ſumptiones, 2. *de Div.* 108.

* *Sumptum, i:* ſumptio.

* *Superabundo*, ſupero, ſuperfluo, affluo, abundo.

Superficies, ei: *extrema & aperta corporis pars, libramentum, extremitas.*

Superfluitas, (*Plin.*) abundantia, copia.

Superfluus, (*Plin. Jun.*) ſupervacaneus, ſupervacuus, redundans, quod ſuperſit.

* *Superimpleo*, accumulo.

* *Superintendens:* epiſcopus, alicui muneri, negotio præpoſitus.

Superior, oris: *prior tempore, ordine, loco, dignitate.* ſuperioribus temporibus, ſuperioribus diebus, ſuperioribus litteris, anno ſuperiore... ſuperior Africanus & poſterior Africanus... ſuperior ætas... ſuperiores (*pro majoribus.*)

* *Superioritas:* excellentia, præſtantia.

* *Superſcriptio*, inſcriptio.

* Superſtes, itis: *qui mortuo ſupereſt, ſalvus, incolumis.*

Superſtitio, onis: *nimia religio, vana vel inanis religio, impia fraus.*

Superſtitioſus, a, um: *ſuperſtitione imbutus.*

Superſum: *reſto, inter vivos adhuc ſuperſum.*

Superus, a, um: (opp.) inferus... cogitare ſupera atque cœleſtia, 4. *Acad.* 127.

* *Supervivo*, ſuperſum.

Supplementum, i: *quo aliquid ſuppletur.*

Supplex, icis: ſuppliciter. (V. *App.*)

Supplicatio, onis: *gratulatio diis immortalibus, ſeu honor habitus pro victoriâ.* (V. *App. & verbum* Supplico.)

Suppono, ere: *ſubjungo, ſubſtituo, ſubdo.* (V. *App.*)

Supponere, (*Cic. Terent.*) falſum teſtamentum ſupponere, *pro verbo fingere aut ſumere:* ponere, ſumere, ſtatuere, fingere, loquentem inducere, facere, dare... ſtatue contra aliquem confectum tantis animi corporiſque doloribus &c. 1. *de Fin.* finge animo aliquem... finge aliquem... fingite animis... ſumatur enim nobis quidam præſtans vir... fingite vobis, ſi poteſtis, aliquem &c... ponamus &c. exempli cauſâ ponatur aliquid quod &c. ſed primum poſitum ſit... his igitur ita poſitis... poſito... hoc poſito... hoc autem poſito atque conceſſo... quibus poſitis... quo conſtituto... conſtituto autem illo &c. ſint iſta vera... da mihi hoc...

Suppoſitio, onis, (*Colum.*) (*aut de ſuppoſitâ perſonâ, ſuppoſitiſve teſtamentis dicitur, tumque verbo* ſupponere, ſuppoſitus, a, um, *uti decet, commutatis verbis; aut pro figmento ſumitur; aut idem ſonat, ac* ſumptio, onis; propoſitio, effatum, *vel* aſſumptio.)

Suſcipio, ere. (V. *App.*)

* *Suſpenſio, onis:* aſſenſionis retentio... neutram in partem moveri.
* *Suſpenſorium:* locus in quo aliquid ſuſpenditur.
* *Suſpenſus ab officio:* magiſtratu ſubmotus, officio abſtinere juſſus.

Suſpicio, onis: *conjectura, ſcrupulus, metus, opinio.* (V. *App.*)

Suſpiratio, (*Seneca*) ſuſpirium.

* *Suſtentaculum, i:* fundamentum, baſis, fulcrum, tibicen.

Syllaba, æ. (V. *App.*)

Syllabatim, *ad literam.* dictare alicui ſyllabatim, *ad Att. l.* 13. *ep.* 25.

* *Syllogizo, are:* ratiocinor.
* *Syllogiſmus, i,* (*Quintil.*) ratiocinatio, ratio, argumenti concluſio, argumentum, ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit: conſectaria, brevia conſectaria, argumentatio, inventi artificioſa expolitio, concluſio. (tribus autem partibus conſtat ratiocinatio, nimirùm propoſitione, aſſumptione, & complexione.)
* *Syllogiſmi Major,* propoſitio... *Minor,* aſſumptio..... concluſio, complexio, argumenti concluſio.
* *Syllogiſmi materia,* partes argumentationis, ſeu ratiocinationis.
* *Syllogiſtica forma,* argumenti formula, concluſionis modus.
* *Syllogiſmi figura,* dicitur aptus ordo & diſpoſitio verborum quibus ratiocinatio conſtat.
* *Syllogiſmi termini* dicuntur verba ſeu vocabula, quibus tres partes ratiocinationis conſtant. *majus extremum,* (ut Scholaſtici loquuntur) vocabulum eſt latiùs patens, quod in complexione de aliquâ re dicitur, & in propoſitione reperitur, niſi fortè inverſus ſit concludendi modus. *minus extremum* dicitur vocabulum minùs patens, de quo aliquid in complexione dicitur & in aſſumptione collocatur. *medium ſeu medius terminus,* eſt inventum quod in propoſitione & aſſumptione cum utroque vocabulo ſigillatim confertur.
* *Syllogiſmi Propoſitiones,* ratiocinationis partes, ſeu enunciata, pronunciata, enunciationes, quibus ratiocinatio conſtat.
* *Syllogiſmi principia, vel regulæ generales:* fundamenta firmiſſima ratiocinationis, initia & quaſi fundamenta argumentationis, præcepta diſſerendi, communia præcepta quæ de ratiocinatione Philoſophi tradunt. (ea ſunt hujuſmodi:) nihil eſt idem quod eſt aliud... ſi quid unum & idem videtur eſſe atque illud, vel idem eſt quod illud, utrumque genere idem eſt, nulla diſſimilitudo eſt in genere... item, quæcumque eadem ſunt quod illud, ſimili ratione inter ſe eadem ſunt, vel ea ſunt generis ejuſdem, ſeu nulla diſſimilitudo eſt in genere. atque adeò quæcumque non eadem ſunt ac illud, inter ſe non ſunt ejuſdem generis atque illud, ſed inter ſe ipſa pugnant. (hoc eſt quod ſic enunciant recentiores Philoſophi & Geometræ: quæ ſunt eadem in tertio, ſunt eadem inter ſe. quæ non ſunt eadem in tertio, non ſunt eadem inter ſe.) quæcumque eſt generis notio & definitio, una in omnes formas & partes ejuſdem generis convenit. forma enim à genere quoad ſuum nomen retinet, nunquam ſeparatur. atque adeò quicquid de genere dicitur, de omnibus ejus partibus verè dici poteſt; non autem viciſ-

viciſſim (id eſt, dici de omni, ut Scholaſtici aiunt, ſeu quicquid ſuperiori convenit, idem etiam convenit inferioribus; quicquid de genere prædicatur, de omnibus ejuſdem generis ſpeciebus prædicari poteſt. quod fundamentum eſſe ſtatuunt ſyllogiſmorum affirmantium.) ſingulis autem formis & partibus generis ea repugnant, quæ cum ipſo genere pugnant. (hoc eſt dici de nullo, ut effantur.)... ſi quod primum in connexo eſt, neceſſarium eſt, fit etiam quod conſequitur neceſſarium. ipſa enim ratio connexi, cùm conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. unde locus eſt Dialecticorum proprius ex conſequentibus & antecedentibus & repugnantibus. ea enim dico conſequentia, quæ rem neceſſariò conſequuntur. itemque & antecedentia & repugnantia: quicquid enim antecedit quamque rem, id cohæret cum re neceſſariò: & quicquid repugnat, id ejuſmodi eſt, ut cohærere nunquam poſſit... præterea docent nos Dialectici, ſi ea quæ rem aliquam conſequantur, falſa ſint, falſam illam ipſam eſſe, quam ſequantur. (*hoc eſt*, ſi falſum ſit conſequens, falſum eſſe antecedens, *ut Scholaſtici jam loquuntur.*)

* *Syllogiſmorum modi*, multiplices variique concluſionis modi: multiplex concluſionis modus, varius multiplexque concluſionis modus. ſeptem à Cicerone recenſentur, *Top.* 52. vide retrò.

Symbolum, i, (*Plaut. Terent.*) collecta, nota... Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod eſt Latinè nota, *Top.* 31.

Sympathia, (*Cic.*) convenientia, conjunctio naturæ.

* *Syncope*, verbum imminutum, *Orat.* 157.

Syngrapha, æ, (*Cic.*) chirographum, cautio.

T.

Tabella, æ: *literæ*, *codicilli*, *voti tabula.* tabellis obſignatis.

Tabellarius, ii: *nuncius*, *qui literas fert*, *nec uſurpatur pro cuſtode tabellarum*, *quem tabellionem in Jure Civili vocant.*

Tabula, æ: *aſſer*, *pictura*, *exaratus codex*, *tabulæ publicæ.* (V. *App.*)

Talaris, e: tunica talaris... manicatis & talaribus tunicis amicti...

Talentum, i: *multa genera talenti fuerunt.* (V. *App.*)

Talio, onis: *pœna cum æquabilitate.*

* *Tangibilis, e:* tractabilis, res quæ ſub tactum cadit.

* *Tardatio*, tarditas.

Taxo, are, (*Plin.*) æſtimare, reprehendere, carpere.

Techna, æ, (*Plaut.*) dolus, fraus.

Temerè: inconſultò, inconſideratè, nullâ ratione, ſine judicio & modo, temeritate quâdam, fortuitò, fortuitu. (V. *App.*)

Temperatura, æ, (*Varro*) temperamentum, temperatio.

Tempeſtas, atis: *tempus*, *naturalis turbo*, *procella*, *ærumna*, *calamitas*, *miſerum tempus.*

Tempeſtuoſus, a, um, (*Gell.*) turbulentus.

Temporalis, e, *de Nat.* (*temporalia*: res terrenæ.)

Tempus, oris. (V. *App. & retrò cap.* 15. *pag.* 157. *de tempore & æternitate.*)

Tenaciter, (*Ovid.*) pertinaciter.

Tenebræ, arum: *obſcuritas*, *caligo*, *nox.* (V. *App.*) ut ab animo, ſic ab oculis caliginem diſpulit...

Tenebroſus, a, um, (*Varro*) tenebricoſus, obſcurus, tenebricus.

Teneo, ere. (V. *App.*)

* *Tentationes*: vitiorum illecebræ, invitamenta, incitamenta, juventutis illecebra, illecebræ blandæ voluptatis, voluptatis illecebræ... voluptates verè & graviter à Platone dictæ ſunt illecebræ atque eſcæ malorum, *Hort.*

Tepidare, (*Plin.*) tepefacere.

* *Tepiditas*, tepor.

Terminus, i: *finis*, *regio*, *extremum.*

* *Termini propoſitionis*: verba, vocabula, quibus enunciatio conſtat.

* *Terrefacio*: terrifico, terreo, territo, terrorem affero.

Terrenus, a, um; terreſtris, e. (V. *App.*)

Teſtamentum, i: *ſuprema voluntas.* (V. *App.*)

Teſtificatio, onis: *teſtimonium*, *affirmatio.*

Teſtificor, ari; teſtor, atteſtor. (V. *App.*)

Teſtimonium, ii. (V. *App.*) & *adde*: teſtimoniorum quæ ſunt genera? divinum & humanum. divinum ut oracula, ut auſpicia, ut vaticinationes & reſponſa ſacerdotum &c. *Partit.* 6.

* *Textus*, *ûs*: contextus, ſcriptum, verba ſcriptoris.

Theorice, es, (*Quintil.*) cognitio contemplatioque naturæ: tractare contemplarique res cognitione digniſſimas.

* *Theoricus*, *a*, *um.* Vide, *Speculativus.*

* *Theſaurizo*, *are*: pecuniam condo.

Theſis, is: *propoſitum.* hæc igitur quæſtio à propriis perſonis & temporibus ad univerſi generis orationem traducta appellatur theſis, *Orat.* 46. (opponitur *hypotheſis*, hoc eſt certum quæſtionis genus perſonis & temporibus definitum.)

Titulus, i: *index*, *attributio*, *inſcriptio.*

* *Tonitruare*, tonare.

* *Tonus*, ſonus.

Topice, es. inveniendi ars quæ Topice dicitur, *Top.* 6.

Topica, orum. Ariſtotelis topica quædam, *Top.* 1. *id eſt*, *de locis.*

* *Tortura*, tormentum.

* *Totalis*, *e*: totus.

* *Totaliter*: omninò, ex omni parte, planè, penitùs.

Totus, a, um: *omnis*, *cunctus*, *univerſus*, *omnes partes*, *plenus*, *integer ſolidus.* (V. *App.*)

Toxicum, i, (*Plin. Mart. Ovid.*) venenum.

Tractatio, onis: tractatus, ûs: *uſurpatio*, *uſus*, *explicatio*, *opus*, *liber*, *lucubratio.*

Tracto, are: *exerceo*, *diſſero*, *doceo*, *diſputo*, *accipio*, *excipio*, *cum aliquo ago.* (V. *App.*)

Tractim, (*Virg.*) longo tractu, uno ſpiritu.

* *Tranſactio*, *onis*: deciſio, pactum, fœdus.

Trado, ere: *do*, *exhibeo*, *dico*, *doceo*, *probo.* (V. *App.*)

Traditio majorum, (*Cic. Quintil. Gell.*) Vide, *Majores.*

Traditur, traditum eſt: (*pro*, dicitur, ſcribitur.) ſic enim eſt traditum, 1. *Leg.* 3 tenebimus conſuetudinem à Socrate traditam... hoc

eſt

Digitized by Google

eſt nobis à majoribus traditum... ut traditum eſt ab iis, qui &c. Iſocratem dixiſſe traditum eſt... nam &c. memoriæ traditum eſt... (V. *App.*) loquimur quod traditum eſt. ſit igitur hoc jam à principio perſuaſum civibus &c. 2. *de Leg.* 15.

Tranſcribo, ere, (*Cic. Virg. Liv.*) deſcribo, exſcribo.

Tranſcriptio, (*Quintil.*) deſcriptio.

Transfiguro, are, (*Plin. Sueton. Quintil.*) muto, commuto, converto, formam aliquam induo.

Transformo, are, (*Virg. Ovid.*) converto, formâ aliquâ induor, me converto.

Tranſitio, (*pro ſejunctione, apud Heren.*) tranſitus, ûs: ſejunctio: tranſgreſſio... verborum concinna tranſgreſſio, 3. *de Orat.* 205.

Tranſlatio, onis: (*quam metaphoram vel allegoriam Græci dicunt.* V. *App.*)

* *Tranſmigratio animarum :* (elicies ex iis quæ ſequuntur:) qui autem intemperatè vixerit, eum ſecundus ortus in figuram muliebrem transferet; & ſi ne tum quidem vitiorum finem faciet, gravius etiam jactabitur, & ſuis moribus in ſimillimas figuras pecudum & ferarum transferetur. neque malorum terminum priùs adſpiciet, quàm illam ſequi cœperit converſionem, quam habebat in ſe ejuſdem & unius, ſimul innatam & inſitam, *de Univ.* 8.

* *Tranſmutatio, onis :* viciſſitudo, immutatio.

Tranſmuto, are, (*Horat.*) converto, aliò transfero. tranſmutat incertos honores fortuna.

* *Tranſparere :* perlucere, tralucere.

* *Tranſparens*, pellucidus.

Trecenti, (*Cic. Horat.*) tercenteni, tercentum.

* *Tredecim :* decem & tres, tres & decem.

* *Tremulare*, tremere.

Trepidus, (*Liv. Virg. Tacit. Horat.*) tremens, horrens.

Triangulus, i: forma trianguli, baſis trianguli.

Tribuo, ere. (V. *App.*)

* *Triginta octo :* duo de quadraginta, octo & triginta.

Tritus, a, um. res trita, communis & pervagata... verbum uſitatum ac tritum.

* *Triuncium*, teruncius.

* *Tropicus, i :* ſolſtitialis orbis, brumalis orbis revocatio.

Trutina, æ: ſtatera. (V. *App.*)

Tueor, eri, tuendus, a, um. (V. *App.*)

* *Tumba :* ſepulchrum, tumulus.

* *Typographus*, librarius.

V.

* V*Acantia :* vacatio, onis, feria, ceſſatio.

Vacuo, are, (*Martial.*) exhaurio, vanum facio, nudum inaneque relinquo.

* *Vacuum, i :* inanitas, inane.

* *Vagabundus, i :* vagus, qui ſedem ſtabilem & domicilium certum non habet.

* *Valedico, ere :* jubeo valere. plurimùm te jubere valeo.

Valenter, (*Colum.*) fortiter, viriliter.

Valeo, ere. (V. *App.*)

Valor, oris, (*Plin.*) pretium, æſtimationis auctoritas, momentum, virtus.

Va-

Digitized by Google

Vanè, inaniter.

**Vaſſallus*, *i*: cliens, alicui ſubditus, ſubjectus.

* *Vecorditer*: animo vecordi, ignavè.

* *Vegetativum*: vigens, quod viget & vivit.

Verè, veriùs, veriſſimè... vel ut veriùs dicam... ſed veriſſimè loquor... quantò Ariſtoteles graviùs & veriùs nos reprehendit...

* *Verifico*, *are*: probo, approbo, comprobo.

* *Veriloquus*, veridicus.

Veriſſimus, a, um. verùm ego non quæro nunc, quæ ſit Philoſophia veriſſima &c.

Veritas, atis; verum, i. (V. *App.* & *cap.* 9. §. 7. *pag.* 81. *de vero & falſo*.

* *Sempiternæ veritatis res*: quæ ſunt ſemper eadem... ratio autem vera verſatur in iis quæ ſunt ſemper eadem, *Cic.*

* *Verſificor*, *ari*: condo poëma, pango, verſus facio, conficio, cano.

* *Verſio*, *onis*: interpretatio, converſio... ſi ſic veterem Platonem, ut vertêrunt noſtri Poëtæ fabulas & convertêre orationes Græcorum, 1. *de Fin.* 7. ut è Græco vertam &c... Latinæ fabulæ ad verbum de Græcis expreſſæ... aut ſi verbum è verbo volumus &c... *Catalepſis*, quam verbum è verbo exprimentes, comprehenſionem dicimus... etymologia, id eſt, verbum ex verbo, ut veriloquium... epiſtola, quam modò totidem ferè verbis interpretatus ſum... verbum pro verbo reddere... totidem verbis transferre aliquem locum ab aliquo Auctore... totidem ferè verbis interpretari... cùm ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem... cùm iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas, non inviti legant... neque ſint converſa de Græcis... convertere Græca in Latinum... Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur. quem nos è Græco in Latinum convertimus... converti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias, Demoſthenis & Æſchinis, nec converti ut interpres, ſed ut orator, ſententiis iiſdem & earum formis tanquam figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis: in quibus non verbum, prout neceſſe habui reddere, ſed genus omnium verborum vimque ſervavi. non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, ſed tanquam appendere, *de Opt.* 14. de ratione interpretandi... de optimo genere interpretandi... nec quidquam aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari velis, quàm ſtudium ſapientiæ... Panætius, quem multùm in his libris ſecutus ſum, non interpretatus... verborum vim interpretari... nec tamen exprimi verbum è verbo neceſſe erit, ut interpretes indiſerti ſolent, 3. *de Fin.* hæc verba ipſa Platonis expreſſi, 1. *de Divin.*

Verſor, ari. (V. *App.*)

Verſus, ûs: carmen, modus. (V. *App.*)

Via, æ: *iter*, *angiportus*, *modus*, *ratio*, *forma*, *inſtitutum*. (Vide *retrò*, methodus, & *hæc adjice*) inuſitatas vias indagare, tritas relinquere, *Orator.* & quoniam in omnibus quæ ratione docentur & viâ, primum conſtituendum eſt quid quidque ſit &c.

&c. *Orator*. ut ratione & viâ procedat oratio, 1. *de Fin.* tum quòd conſtent ex cognitionibus & contineant quiddam in ſe ratione conſtitutum & viâ, 2. *de Fin.* uſitatis viis... habeo autem certam viam atque rationem... videamus igitur in ſententiâ dicendâ, quam viam & quæ præcepta teneamus, *Partit.* ſed ut in pleriſque rebus, ſic in hâc duplex eſt conſiderandi via; quarum altera eſt longior, brevior altera; eadem etiam planior, *Orator*. 180. exſequar igitur eas vias quas didici ab Antiocho, 4. *Acad.* qui &c. ratione & viâ philoſophantur, 2. *Tuſc.* quæ res duplicem habuit docendi viam, *Orator*: 114 viâ progredi, 2. *de Nat.* 81. & eſt iſta recta docendi via, 2. *de Leg.*

Viaticum, i. (V. *App.*)

Viator, oris: *quicumque iter facit.*

Vicarius, ii. (V. *App.*)

Vices, partes, (*Plaut. Virg. Ovid.*)

* *Victorioſè*, victrici manu.

* *Victualia*, commeatus, annona.

Video, ere. (V. *App.*) atque hoc diligenter videre oportebit, ne quo pacto &c... & hoc eum magnoperè conſiderare oportebit, non quid &c... videre igitur primum oportebit... in his tametſi quoque videri oportebit &c. videamus igitur deinceps &c... vides igitur, ſi &c... videte nunc &c... videre autem in laudando & vituperando oportebit, non tam &c...

Videtur, videretur, viſum eſt, videri. (V. *App.*) ut mihi videtur... ſicut mihi videtur... quamquam hoc videbitur fortaſſe cuipiam durius &c... cùm autem Popilio videretur unam dimittere legionem &c ..atque in hoc loco mihi caput illud videtur eſſe, ut &c.. ac mihi quidem ſæpenumerò... quærendum eſſe viſum eſt, quid eſſet, cur &c... ſi eis videbitur... poteſt enim non ſolùm aliud mihi, ac tibi videri, ſed mihi ipſi aliud aliàs videri, *Orator*. ut mihi quidem videtur, ac fieri poteſt ut errem...

* *Vileſacere*: vile putare, parvi æſtimare.

* *Viliſicare*: ſubmittere, demittere.

Vir, viri. (V. *App*)

* *Virtualis*, *e*: implicitus, implicatus, æquiparatus.

* *Virtualiter*: implicitè & abſconditè.

* *Virtuosè*: honeſtè, fortiter.

* *Virtuoſus*: virtutum cultor, vir bonus, pius.

* *Virunculus*: homuncio, homunculus.

Vis, vim, vi. (V. *App.*) vis & natura... vis vocabuli... ſuâpte vi & naturâ...

Viſibilis, e, (*Plin.*) adſpectabilis, ſub viſum cadens.

Viſio, onis: viſum, viſa. (V. *App.*) viſiones inanes.

Vita, æ. (Vide *Apparatum*, *& hæc adjice*:) vitam etiam profundere pro patriâ parati eſſent, 1. *Off.* tunc id ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit, quod maximè adamavit &c. 1. *Off.* cui ſit exploratum ſe ad veſperam eſſe victurum &c. *de Senect.* quaſi ex aliquâ turbidâ tempeſtate in portum, ſic ex ſeditioſâ & tumultuoſâ vitâ ſe in ſtudium aliquod traderent quietum, 1. *Rhet.* vita ante acta... ex ante factis vitam alicujus improbare... ex ſuperiori vitâ ſpectare vitam alicujus, *ibid.* qui &c. eum vitæ curſum tenere potuerunt, ut &c. *Orator*. ſed ad paulò ſuperiorem ætatem revecti ſumus &c. *Orator*. ſi vita ſuperet... de benè beatéque vivendo diſputare, 4. *Acad.* quod in omni munere vitæ... ô præclaram benè vivendi & apertam & ſimplicem & directam viam &c. 1. *de Fin.* totamque vim benè vivendi in animi robore ac magnitudine, & in omnium rerum humanarum contemptione ac deſpicientiâ &c. 2. *Tuſc.* qualis cujuſque animi affectus eſſet, talem eſſe hominem: qualis autem ipſe homo eſſet, talem ejus eſſe orationem: orationi autem facta ſimilia, factis vitam, 5. *Tuſc.* neque enim in aliquâ parte, ſed in perpetuitate temporis vita beata dici ſolet &c. 2. *de Fin.* lucis hanc uſuram eripere... in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam brevi... in terris (*id eſt*, *in hâc vitâ*) vitæ autem degendæ ratio maximè quidem illis placuit quieta &c. 5. *de Fin.* 11.

Vitalis, e: vis vitalis... vitalis & ſalutaris ſpiritus. (V. *App.*)

Vitium, i, vitioſitas, atis. (V. *App.*)

* *Vituperium*, *ii*: vituperatio, opprobrium, convicium.

Vivacitas, tis, (*Colum. Quintil.*) ingenium,

viriditas, perſpicacia, ſolertia, longa vita.
* *Vivifico, are*: vitam do... vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus, *de Nat. D.*
Vivo, ere. (V. *App.*)
Ulterius, (*Ovid.*) ultrà.
* *Ultimatè*: ad extremum, noviſſimè.
* *Ultimatim*: denique, tandem, poſtremò.
Ultroneus, (*Seneca*) voluntarius, lectus ipſe à ſe, ſponte, ultrò factus.
Unanimis, vel unanimus, a, um, (*Virg. Catul.*) concors, conſentiens, unâ voce, unâ mente conſentientes, unâ atque conſtanti voce, unâ voce ac mente: voluntatum, ſtudiorum, & ſententiarum ſumma conſenſio: omnes uno ore conſentientes, omnes ad unum idem ſentientes, hominum conſentiens auctoritas.
* *Unanimitas*; (eſt tamen *Plauti*) una mens, unus animus, conſenſus, conſentiens voluntas, conſpiratio.
* *Unanimiter*: unâ mente, uno ore, unâ voce, uno conſenſu.
* *Undecumque*, *undequâque*: ex omni parte, undique.
* *Uniformis*, *e*: uniuſmodi, ſui ſimilis, ejuſdem naturæ, conſtans, perpetuus.
* *Unigenitus*, *i*: unigena, (*Cic.*) unicus filius.
* *Unio*, *onis*: (pro concordiâ) concordia, conjunctio, copulatio, applicatio; pro *margaritâ*, Latinè dicitur.
* *Unio*, *ire*: (eſt tamen *Apuleji*) conjungere, ſimul jungere.
Unitas, atis, (*Columel. Plin.*) propria ratio, quâ ſuo quidque genere ſingulare eſt & unigenum, vel unum & idem ad numerum... ſingularis ratio, quæ in nullum aliud convenire poſſit... ſingularum rerum, quâ ſingularum, propria nota.
* *Unitas indiverſitatis*: ſimilitudo, communio, communione ſimilis, communiter in plures.
Univerſalis, e, univerſus, abſolutus. (V. *App.*)
* *Univerſale*, (*utrùm detur univerſale à parte rei, an à parte mentis*) in duobus aut pluribus natura communis, *vel* nullâ re differens ulla communitas, ſimilitudo, natura communione ſimilis; *vel* communiter in plures conveniens, genus univerſum, univerſum genus, genera univerſa, revocari ad genus & naturam univerſam... cur potiùs id contenditis, quod rerum natura non patitur, ut non ſuo quidque genere ſit tale, quale eſt? nec ſit in duobus aut pluribus nullâ re differens ulla communitas? ut ſibi ſint & ova ovorum & apes apum ſimillimæ? 4. *Acad.* 55.
* *Univerſaliter*: univerſè, generatim, generaliter, communiter, omninò, ex omni parte.
Univerſitas, atis: univerſum, mundus... univerſitas rerum, in univerſitate rerum &c.
Univerſus, a, um. (V. *App.*)
Unus, a, um. (V. *App.*)
Vocabulum, i: *nomen*, *verbum*. (V. *App.*)
Vocalis, e. concurſu vocalium. (V. *App.*)
Volo, velle. (V. *App.*)
Volumen, inis. de quibus volumina impleta ſunt, non à noſtris ſolùm, ſed etiam &c... ex illo cœleſti Epicuri de &c. volumine accepimus, 1. *de Nat.*
Voluntas, atis. (V. *App.* & *cap.* 9. §. 11. *pag.* 94. *de voluntate.*)
* *Voluptuarius*: voluptarius, jucundus.
* *Voluptuoſus*: voluptarius, jucundus.
* *Voracitas*, *atis*: abdomen, edacitas, gula.
* *Votivè*: ex voto.
* *Urinale*: matella.
* *Uſualiter*: uſitatè, uſu.
* *Uſufructuare*: uſum fructum legare.
Uſura, æ: fœnus, fœnerationis fructus, verſura, creditoris mutatio; verſuram facere, ſolvere. (V. *App.*) verſuram nunquam omninò fecit ullam... alia cauſa eſt ejus qui calamitate premitur, & ejus qui res meliores quærit, nullis ſuis rebus adverſis, *Cic.*
Uſus, ûs: *conſuetudo, experientia, exercitatio, utilitas, amicitia, familiaritas.* (V. *App.*)
Ut. (V. *App.*) ſed utut eſt... ut ſi quis dicat... (Vide, quo, *pro*, ut.)
Vulgariter, (*Plin. Cic.*) populariter, plebejo ſermone. vulgariter ſcribere, *Cic.*
* *Uſurare*: fœnori dare pecuniam.
* *Uxoratus*: qui duxit uxorem.

Z.

* ZElus, æmulatio.
* *Zephyrus*, *i*: Favonius. lenis aura Favonii.
* *Zingiber*: zingiberi, vel zingiberis.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google